Prius fieri solet circumfesso loco, & eventu adhuc dubio, voto, ac spe urbis facilius capiundæ, ne adversi sint Dii, sed novæ religionis, novarumque sedium studio definiti aut in obſidentium partes transeant;

aut obſessorum ne foveant. Posterius autem accidit expugnato jam, & occupato loco, sive cum certum saltem est captum iri; tum enim creditum est, Deos ulti excedere locis ab hoste devictis.

Ita Aeneas, capta jam, & fumante Troja, ac desperata salute, sociis ait: (*Virg. L. 11. Aen. v. 350.*)

— *Quæ fit fortuna, videtis.
Excessere omnes, adytis, arisque relictis.
Di, quibus Imperium hoc steterat.* —

Quod & Petronius Arbiter ex tabula prædicta, quæ Trojæ halosum pictura referebat, ita expressit:

*Jacet sacerdos inter aras victimæ,
Plangitque terram; sic profanatis sacræ,
Peritura Troja, perdidit primum Deos.*

Eaque potissima ratio fuit, qua Camillus populum detraxit a pertinacia deferendi Romam, & migrandi Vejos nuper captos, pro palam testatus, se nefas ducere, desertam, ac reliquit a Diis immortalibus urbem incili. *Liv. l. 5. c. 30.* Ita Hierosolymis captis, inter prodigia, seu præfigia recensetur: *Festu Pentecostes nocti ex intimo templo auditum esse sacerdotibus motum, ἐξ strepitum quendam, ἐξ mox subitam vocem. Migremus hinc. Joseph. de B. Jud. l. 7. c. 12.* Quod idem quoque retulit Tacitus *Hist. lib. 5. c. 13.* *Auditam humana majorem vocem; excedere Deos: simul ingentem motum excedentium.* Adeo constans fuit gentium opinio, devicta loca deseriri a Diis suis.

Duae vero cause sunt, cur credi oportuerit, loca ita ab hoste capta, viduata sacris, & derelicta a Numinibus suis intelligi. Id enim statui par erat, sive civitates victæ propitiis Diis suis, sive iratis, aut infensis uti crederentur. Si enim hoc, ut offensos, vitæ forte suis, Deos haberent; vel propter haec ipsa vitia, aut facinora, deseruisse populum existimandum fuerat, quod factis suis id meruissent. Ita Annibal cum Selinunte in Sicilia expugnasset, & Syracusani missis legatis eum monerent ut Deorum fanis abstineret, respondit, *Deos incolis infensos Selinunte jam exceſſisse.* Diod. Sicul. *Hist. l. 13. c. 59.* Et Cleopatra, victa cum Antonio, per Deos Romanos, non per suos, obtestatur, addita ratione: *Noſtri enim nos prodiderunt.* Plutarch. in *Anton. c. 107.*

Sin prius, ut propitiis, propensosque in populum Deos fuisse, eoque tutelam eorum suscepisse putetur; perinde dicendum fuit, Deos quoque, ut victos, cedere loco victo-

ribus : quod enim inter partes certamen est, idem quoque inter eos esse oportet, qui partes defendunt, earumque praesidium, ac tutelam recipiunt, sc. inter utriusque partis Deos tutelares, *supra b. Differt.* Victa igitur parte, victos quoque, qui ab ea stetere, Deos, parti victrici, ipsiusque adeo Diis viatoribus tanquam certamine superioribus loco cedere necesse est. Quae eleganter Virgilius depingit, cum de Panthro Phœbi Sacerdote ait : *Eneid. I. v. 320.*

Sacra manu, victosque Deos, parvunque nepotem

Ipsæ trahit.

Et Eneid. I. v. 72.

Ilium in Italiam portans, victosque penates.

Ac iterum ipse Aeneas d. l. I. v. 382.

— — — *Raptos qui ex hoste Penatcis*
Classe vebo mecum. — — —

Unde Albani cum tres fratres Curiatios animarent ad fortiter pugnandum, aiunt, *Deos patrios nunc eorum intueri manus.* Liv. lib. I. c. 25. Et Camillus ita suorum animos in Gallos acuit, *quibz pugnaturi sint in conspectu habentes fata Deum.* Liv. lib. 5, c. 49.

Unde & hoc est, quod studium quasi finitur populi victi Deos suos servandi, & ipsorum Deorum, alibi sedes querendi. Idem Aeneas se ita monitum narrat ab Hectore, ab inferis sibi apparente : *Eneid. lib. 2. v. 293.*

Sacra, suosque tibi commendat Troja penates:

Hos cape fatorum comites; bis mania quere.

Et tum mox v. 296.

Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potenter,

Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Et hos raptos ex hoste penates, ait, se clasfe secum vehere loc. cit.

Qua ratione Bacchus quoque, apud Jovem patrem intercedens pro Thebis, petit urbi parci, aut sacra saltem sua alibi restitui, apud Papin. Statuum *Thebaid. lib. 7. v. 178.*

*Cedo equidem: (victis Thebis) quo sacra tam
men, ritusque peremptæ
Gentis abire jubes?* — — —

Et mox de iisdem sacris:

Da sedem profugo!

Tanti visum fuisse Diis Gentilibus, creditum est, certam cultus, sacerorumque sedem habere inter homines.

Quin & id creditum fuisse videtur, posse victorem vel auferre eis Deos, sacra v. gr. evocando si velint, aut relinquere si eos ipsi iratos putarent. Ut de Romanis refertur, quod Tarento Herculis simulacrum Romam transulerint, reliquos vero Deos tanquam Tarentinis iratos ipsis reliquerint. *Add. Liv. l. 27, c. 18.* Et hoc casu ergo non videntur desuisse sacra. Ita Gentes cum Diis suis tanquam cum hominibus ipsis egere.

Hæc primum exponenda fuere, ut appareret, quæ præcipue causa esset juris illius Gentium saltem secundarii, communis populorum usu, consensuque comprobati, quo loca sacra ab hostibus capta desinunt esse sacra, & intelliguntur fieri profana. Cum enim sacerorum usus unice in Deorum cultu consistat, & Deorum causa, atque ad eorum cultum comparata illa sint, nihil sacri relinquitur Diis fugatis, vel fugientibus; nec cultus numinum intelligi potest sine numeribus.

Accedunt alia momenta. Idem enim consequens est ejus sententia, qua numina arbitrio civilis potestatis adsciscuntur, eisque templis pro lubitu dedicantur. Ea enim potestate victa, & subacta ab alio, cessant penitus omnia ejus arbitria, ac jura; & adeo, cum & dedicandi potestas, omnis perinde, ac reliqua imperii jura captivitate extincta fuerint cum ipsa civitate, dedicationes quoque extinguiri necesse est. Nam vero cum civitas illa Deos assumserit ut in tutela Deorum suorum esset, definit tutela civitatis, cum civitas esse definit, ut omnis tutela morte, aut interitu Clientis, cuius illa fuit propria; quod & relatorum natura pervincit. arg. §. 3, quibz mod. tut. finit. Denique, vel ideo alteri statui non potuit, quia captivitate omnia quasi vacua, etiam liberi homines in servitutem redacti, nullumque adeo pristini juris vestigium relictum fuit: qua ratione utitur Jurisconsultus in d. l. 36; & inde nec sepulchra hostium devictorum religiosa nobis dicuntur, d. l. 36. l. 4, ff. Sep. violat.

Hoc ergo tanquam jus commune Gentium, etiam jure Romano nostro relatum est in d. l. 36, ff. de Religios. Loca sacra ab hostibus capta, desinere esse sacra, ac religiosa, ac fieri profana. Et hinc marmora, monumenta eximi inde, & alienari, atque ad quosvis usus humanos transferri possunt, & cessat sepulchri violati actio: d. l. 4. ff. de sep. viol. ita tamen ut si liberentur ab hoste,

hoste, perinde, ac omnia jura, postliminio restituantur, d. l. 36. Et hæc ita juris fure singularis, nec ad alios casus extensa; etenim si diruta, aut collapsa fuerit ædes, area tamen manet sacra, l. 6, §. 3, ff. de Rer. div. §. 8, eod. nec in commercium venit, l. 73, pr. ff. de contr. ent.

Adeo autem Romani confisi sunt huic ritui evocandi Deos, ut inter occultissima eum habuerint, idque summa cura, ac studio egerint, ne quem ipsi haberent Deum tutelarem, seu in cuius tutela urbs esset, & ipsius urbis Latinum nomen vulgaretur: ut caverent, ne quod saepe adversus urbes hostium fecisse se noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paternerent, si tutela sua nomen divulgaretur, ut inquit Macrobius d. lib. 3, Saturnal. cap. 9. ubi ait: *urbis nomen latinum* (forte quod formula sacra non nisi patria lingua, & vernacula concipienda fuit:) *dæfissimis quoque ignoratum suis*, nec Dei nomen certo proditum.

Aliud vero ab evocatione facrorum fuit devotio urbis, seu exercitus hostilis: et si enim alterum ex altero inferri quodammodo queat, cum Deorum evocatio exsecracionem quandam continere videatur, & exsecratio votum, ut Dii eos derelinquant; tamen in se aliud est, Deos invitare ad inde migrandum, aliud, odium Deorum imprecari civitati: quemadmodum & diversum utriusque ritus carmen est, uti cujusque formulas exhibet Macrobius d. c. 9. Enimvero evocatio fuit Deorum tantum tutelarium; devotio autem fiebat per omnes Deos utriusque partis, uti tum ex memorata formula Macrobii, tum ex ea appareat, qua Decius se devovit apud Livium lib. 8, c. 9. Sed votum, ut Dii hosti terrorē injiciant, utraque formula comprehensum fuisse videtur. *Macrob. d. c. 9.* & *Liv. d. cap. 9.*

„ Ex his præmissis B. Parens concludit, (*in d. D. de Evocat. Sacr.*), vastari loca, „ sacra jure gentium posse, quamquam id „ nec inter Christianos, nec apud ipsos Romanos manus ubique receptum fuerit: ita enim „ pergit *Secl. 3, §. 4,* usque ad §. 12.

Id vero jam maxime dubium videri debet, num justum, ut & hostili occupatione deleatur loci religio? Id quidem jure Romano, quin & usu Gentium satis constat, ut explicatum id est, rationesque additæ, quod Numinia cuique genti propria, ac peculiaria fuerint, quæ proinde aliis gentibus non fuere sacra, sed profana. Verum ex his ipsis

rationibus apparet, contrarium inter Christianos, omnesque veri Dei cultores, tenendum esse. Cum enim cultus Deo vero, & omnipotenti debitus universalis, & omnium hominum, ac gentium communis sit, omnes, etiam hostes, ad illum obligantur, nec sine summa Numinis injuryia illa, quæ ei dedicata sunt, ab ullo hominum profanari, & violari impune possunt. Hæc enim ubique divini juris, & illius Dei sunt, qui omnibus, & omnium æque Deus agnoscitur; qui colendus ab omnibus est, non profanandus: nec evocari è gente in gentem potest, cuius ubique Numen praefens esse fatemur: & cui proinde quicquid consecratum est, omnium gentium, ac hostium quoque judicio sacram est.

Neque obstat alia ratio relata in l. 36, ff. de Religio. quod capta ab hoste terra, tota in servitutem ita redigatur, ut liberi homines quoque servi siant: atque adeo omne territorium, & quicquid publice, privatimque in eo fuit devictorum, plenissimo jure cedat hostium prædæ, ut Scipio Africanus dicebat *Masinissa de Syphace victo: Syphax P. R. auspiciis vietus, captusque est: itaque ipse, conjux, regnum, ager, oppida, boni, qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi R. est.* *Liv. l. 30, c. 14.*

Enimvero usum hunc Gentium excessisse modum juris naturalis, atque abusum quendam fuisse in hoc more Gentium, quo capti ita servi hostium siebant, ut impune occidi potuerint, etiæ in potestate essent, ostendimus in Disputatione de jure victoria diverso a jure belli; neque adeo id fas belli, aut victoriarum, sed nævum quendam fuisse, etiæ Hebrei quoque eo usū fuerint, quippe quibus talionis jure id licitum, quin aliquando & speciali jussu divino ob sceleris hostium injunctum erat. Atque adeo inter Christianos sensim mos ille abolitus est.

Sed & inter gentes ipsas tamen, & in primis a Romanis, improbatæ sunt violations templorum, & facrorum etiæ armis captorum, & pro sacrilegio habitæ; adeo ut Diodorus Siculus arguerit eo nomine Poeninos, tanquam peculiaris, & familiaris ipsorum moris, ac sceleris: *Adeo* (inquit versio) *crudeli impietate cateris mortalibus hi Barbari* (scilicet Poeni, capto Selinuntio metuentes ne inclusi templis ea, ac una spem prædæ cremarent) *præcelabant, cum aliis ne quid nefarie in Numen committant, consigentes ad tempora impanitate donent:*

Pæri ratione contraria ab hostibus ideo sibi temperaverint, quo fana deorum sacrilegis manibus deprædarentur. Lib. 13, c. 57. In primis autem improbatum id fuit, ubi sacra victoribus communia fuere. Dignum memoria est quod Livius de Fulvio Censore retulit, qui cum ædem Fortunæ Equestris Romæ vovisset, ejus exornanda causa partem regularum marmorearum, quibus ædes Junonis in Brutis tecta erat, inde ablatas Romanam misit, dissimulato sacrilegio. Sed re comperta ipse Censor accersitus, gravissima censura strictus, ac laceratus, tegulæ ex SCto reportatae, & piacularia Junoni fieri, decretum fuit. *Liv. lib. 42, c. 3.* Ubi & argumentum a communionibus sacris, inter alia, in Senatus proibitione ita habetur: *Eo facto obstringi religione populum R. ruinis templorum templa edificantem; tanquam non iidem ubique Dii immortales sint, sed spoliis aliorum alii colendi, exornandiique.* Et enim Juno & Romæ religiose colebatur, Vejis eo translata, ut supra dictum. Similiter Cambyses quod occupata Ægypto fana dirui jussisset, & ad templum Jovis Ammonis expugnandum exercitum mississet, dicitur sacrilegia patrasse, cum contemptu religionis etiam adversus Deos grassatum fuisse, & exercitum tempestibus, & arenarum molibus oppressum interisse. *Justin. lib. 1, c. 9.* Alia exempla quam plurima, quibus idem ostenditur, accumulat Grotius de *J. B. & P. lib. 3, c. 12, §. 6. 7.*

Unde dicendum videtur, et si gentibus ea federit fententia, loca sacra ab hostibus capta fieri profana, ea tamen non obstante tantam remansisse Deorum reverentiam, ut quicquid in loca ipsis dicata hostiliter actum fuit, pro immanni scelere, ac sacrilegio habuerint. In bello Phocensi novennali, quod quia ex causa vindicandi sacrilegii spoliato templo Delphico gerebatur, bellum sacrum dixerunt, Philippus contra Phocenses Dux electus iustit milites omnes laureas tanquam Apollinis insignia gerere, quibus conspicatis, fine prælio, sola facinoris conscientia fusi, fugati sunt; eaque res Philippo tantam gloriam peperisse dicitur, ut Diis proximus haberetur. *Iustum vindicem sacrilegii, illum ultorem religionum, quod orbis viribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret dignum existisse.* At cum ipse deinde, urbibus Græciæ subactis, fana quoque spoliare non dubitaret, neque sacris parceret, non minus ipsum, quam antea Phocenses, sa-

crilegii reum peregerunt: de quibus omnibus graviter Justinus lib. 8, c. 3, & seqq. Atque id plenius patet supra ex allegatis.

Quæ quidem non satis inter se convenire videntur, sacrilegium fieri in rebus, quæ profanæ sunt, nisi discrimen admissum fuerit inter ea, quæ communia, & utrique parti sacra, & inter ea, quæ soli hosti sacra, nobis profana sunt. In his, si jus omne hostium victoria extinctum fuerit, nihil sacri, vel divini juris reliquum est; secus, ac in sacris communibus: abolita enī per occupationem bellicam consecratione hostili, relinquit nostra; quia eadem numina, & quicquid adeo iis dicatum est, nobis quoque similiter sacra sunt, non profana. Quod discrimen etiam observat Grotius de *J. B. & P. l. 3, c. 12, §. 6.*

Nec movet exemplum Cambyses, quem sacrilegii reum postulant. Auctores quod sacra Ægyptia violaverit, quæ tamen ipsi ut Persæ sacra non fuere, quia Persæ solem unum Deum esse credunt. *Just. l. 1, c. 10.* *Curt. l. 4, c. 13.* Enimvero ad solem omnes Gentium Deos referri, eruditè differit Macrobius *Sat. lib. 1, cap. 17, usque ad cap. 24.* Et Persis multos Deos fuisse, testatur Strabo *Geogr. lib. 15, c. 14.* Et agnoscit Darius, Deos Imperii Præfides memorando, apud ipsum Curtium d. c. 13, & c. 14, ubi precatur non solum per solem, & sacrum ignem, sed & per alios Deos patrios: idque probat Seldenus de *Diis Syr. Syntagm. 2, c. 8, p. 320;* et si Justinus d. loc. unum solem, & Strabo quoque d. lib. 15, cap. 11, unum Martem iis coli, asserat. Agunt enim illi de cultu præcipuo. Sed nec Martis, nec Jovis aliud Numen esse, quam Solem, docet Macrobius d. lib. 1, c. 20, & cap. 23. In primis vero Jovis (cuius ædem quoque invasit Cambyses) numen Babyloniis (quorum rex erat Cambyses) sub nomine Belis cultum fuisse, pluribus exponit Seldenus d. loc. cap. 1. Notumque est illud, quod ex Orpheo affert Macrobius d. l. 1, cap. 18.

Εἰς ζεύς, εἰς ἄρεν, εἰς ἥλιον, εἰς δίόνυσον.

Qua ratione dicendum quoque omnino erit, inter Christianos omnes cum omnia tempa Deo vero, quem omnes colunt, sacra, dicataque sint, nunquam illa belli, victoriæ jure desinere esse sacra, neque adeo inter eos Jus ilius Romanum allegari posse.

Alia.

Alia autem longe quæstio est , quid ille , cuius imperium est , in res sacras statuere , & maxime , an , & quatenus liberare eas a religione , & ad alios usus convertere posse ; quæ foret quarta species liberandi res a religione . Evidem certa regula est , non posse ab eo destrui sacra , templa , &c ; non quod non habeat in ea imperium æque , ac in publica profana ; sed quia ea res excedit fines imperii : nam nec publica profana ipse vaftare , & destruere potest ; quia imperium constitutum est ad conservandum , & tuendum , non ad perdendum , neque in disceptationem id trahi potest .

Verum , cum ex hac tenus traditis constet , imperium summae potestati æque competere in sacra , ac in profana ; consequens est , eidem quoque intra fines imperii de utrisque statuendi facultatem , atque adeo omnia illa agendi jus esse , quæ ad tuendam Rempubl. in sacris , & profanis pertinere vixum ipsi fuerit : his enim finibus omnis imperii , vel summae potestatis ratio concluditur , & absolvitur ; quæ quid aliud est , quam tutela civitatis ? finisque ejus , quam salus , pax , & securitas populi ? Quod ita LL. 12. tabb. expressum fuit , *Salus populi suprema lex esto.*

Ex his , quæ hactenus , & in Sect. 2. exposta sunt plenius , hæc quasi conjectaria oriuntur . Hinc enim recte infertur , ubi de modo , vel ratione extrinseca cultus divini agitur , imperii , seu civilis potestatis esse de eo statuere ; modo ne conditio cultus divini fiat deterior . Ita potest modum templorum pro re nata vel reducere , vel augere , vel alias immutare , si alius commodior , expeditior , vel melior exercitii sacri modus sit , idque evidenti ratione appareat .

Qua de causa ita quoque id sancitum est in Pace Osnabr. art. 5 , §. 30 , ubi dicitur , jus reformandi cohærere Imperio Civili , seu , quod in Imperii Statibus idem , superioritati territoriali : adeoque non potestati Clericorum ; hæc enim sola quæstio , de qua contentio erat , ibi deciditur : adeoque contra Clericos , non contra subditos ; de his enim alia mox regula , seu norma subjicitur , §. 33 , & seqq. de quo mox .

Ex eadem ratione sequitur , si agatur de abusibus sacrorum tollendis , id quoque arbitrium imperii , seu summae potestatis esse . Ea enim est pars præcipua reformationis , ejusque complexu in primis continetur . At-

que hæc reformationis in Imperio factæ causa pluribus in locis fuit , ut abusus in ecclesiis , & maxime in monasteriis inter clericos , & monachos tollerentur . Quod cum illi refractarii , ac rebelles , inexpiable nefas , ac sacrilegium esse clamarent , immamen in se crudelitatem , fævitiamve exerceri calumniarentur , turbas ideo in Imperio cierent , aliosque in Principes suos animarent , jussi sunt officio cedere , quæ omnia ex actis publicis constant . Atque id jus Pace Osnabr. superioritati territoriali quasi postliminio vindicatum , eoque illi Reformatores absoluti sunt . Nullibi vero unquam subditi quoque prætextu reformationis ob religionis confessionem expulsi , aut male multati , aut conscientiæ coactæ , vel excruciatæ fuerunt , neque hoc pro jure reformationis habitum , aut sub eo comprehensum , vel intellectum fuit : unde per etiam tale quid ex jure talionis defenditur , ut quidam faciunt . Vid. *Jus Publ. nostrum c. 18 , §. 31.*

Id enim e contrario certum est , nullum esse imperium in conscientias , & omnium longissime id excedit fines potestatis humanae . Etenim cum conscientia ne quidem sit in nostra ipsorum potestate , nedum in alterius esse concipi potest . Non est illa res voluntatis nostræ , quæ & nostro arbitrio mutari , & alterius parere potest ; sed res intellectus , quem formare , aut necare , humanæ opis non est . Non magis itaque hominis est , conscientiam vel alterius cogere , vel propriam refingere , quam vel ipse statuere potest , vel alii statuendum injungere , bis bina esse centum , vel nivem esse atram . Philippus Arabs Christianus fuit , Cuspin. in Philippo Arab. sed sacra Imperii , quod fere totum adhuc gentile erat , non mutavit . At mutavit Constantinus M. non coactis civibus , sed quia tum major pars jam erat Christiana .

Thuanus , Vir ut eruditione , judicio , ac ingenio incredibili , ita fide . ac candore pari , provocans ad experientiam , & gesta temporum , quæ nemini uni magis comperta fuere , quam ipsi , ita in epistola nuncupatoria operibus suis præmissa scribit : *Experientia satis edocit sumus , ferrum , flammæ , exiliâ , proscriptiones , irritasse potius , quam sanasse morbum menti inbærentem ; ad quem proinde curandum non ies , qua in corpore tantum penetrant , sed doctrina , & seculula institutione , quæ in animum leniter infilla-*

instillata descendit, opus esse: alia quippe omnia pro arbitrio civilis Magistratus, atque adeo Principis, sanciuntur; sola religio non imperatur, sed ex præcepta veritatis opinione, accedente divini Numinis gratia, bene preparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatu nibil valent, quin obfirmant potius animos, quam fragunt, aut persuadent: quod de sua illa sapientia tam magnifice prædicavere Stoici, hoc nos multo justius de religione dixerimus. Et in sequentibus prolixè rebus ipsi id commonstrat, tum ex Augustino rem præclare dedit, ex quo in Canones id relatum est: deinde ex more, & sententia primævæ Ecclesiæ, quæ contenta fuit excludi hæreticos ab ecclesia, idem demonstrat, ostenditque, quam illa, & pii Episcopi, ac inter eos B. Martinus (quem Sulpitius Severus lib. 2. Hist. Eccles. circa A. C. 386, virum, dicit, planè Apostolis conferendum) inde abhoruerint, etiam in causa Priscilliani existibilis doctrinæ auctoris, & quantopere factum reliquorum. Episcoporum detestati fuerint; idque ex relatione ipsius B. Ambrosii, cuius hæc verba exhibet: *Cum vero ex surialium istorum Episcoporum sententia, Maximus (tum Imperator) postea derrevisset, Tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, reprehensis vitam, & bona adimerent, idem B. Martinus apud eum tenuit, ut deseritum revocaretur.* Deinde Sulpitium Severum d. lib. 2, circa fin. suæ ætatis Episcoporum violentiam, secutaque inde in Ecclesia, & misera plebe Dei, calamitates deplorantem d. lib. 2, circa fin. exhibet, & inde agnoscit imaginem temporum pueritiae suæ (sub Henrico III.). Hinc laudat Ferdinandum I. ut sapientissimum Principem, qui pacem religionis sanciverit; tum incidit in ea, quæ contra Vallenses, homines innocentes, simplices, & conscientia suæ tenaces, horrenda immanitate, & truculentissime acta fuere, pluraque alia letu perdigna in eam rem affert vir pius, ac cordatus, & ingenuus, quibus vim a conscientiis abesse debere evincit.

Nec potest quisquam aliter sentire, nisi immanissimos, & sævissimos primæ ecclesiæ persecutores, ac Tyrannos pari ratione absolvere velit, quorum in Martyres patrata omnia comprobare, quin laudibus extolle re eos oporteret. Illi enim persecutores non minus persuasi de sua religione, ejusque ze-

lo accensi fuere, quin longe plus causæ ipsi fuit contra Christianos sæviendi, a quibus tota religione omnibusque castris diffidebant, cum Christianis inter se de cultu veri Dei conveniat, quin inter eos, qui 4. Conciliis Catholicis quæ vera ac sincera ecclesiæ Catholicæ, post Dei verbum, unica norma, ac regula sunt, & jure habentur, (vid. Nov. 115, c. 3, §. 14. & cap. 4, §. 8. junct. l. 7, §. 4. de Summ. Trin. Disp. nostra de jure circa Hær. 5.-5, & seq.) subscribunt, lis magis sit de auctoritate hominis, vel humana, quam de cultu Dei; scilicet lis inter Imperium, & Sacerdotium, quæ factionibus Gibellinorum, & Guelphorum, ejusdem Religionis hominum, cruenta adeo, ac funesta fuit.

Sane, quam invisa res ea sit ipsi sanctissimo Servatori, patet ex eo, quod tantopere abominatus fuit factum Pharisæorum, eorumque studium, Proselythos, id est, socios religionis suæ querendi: cum tamen iis nec vis ulla fieret, & ab idololatrico illos volentes ad veri Dei cultum converterent. Quid ergo statueret de his, qui vero Deo ac Servatore imbutos, atque ad amissim veræ Ecclesiæ catholicæ, seu 4. Conciliorum formatos, sui commodi, non divini cultus causa, ad sua sacra, vi, ac martyriis, fufoque in immensum hominum, ac Christianorum sanguine, perpellere tantopere lababant, & alias perpetuos hostes profitentur; ut nihil plane reliquum sibi fecerint, quo Pharisæis, quo sævissimis Ecclesiæ persecutoribus irasci possint? Quæ non aliter, quam commendandæ pacis religiose causa, quæ Palladium Imperii est, dicta sunt. Vid Jus. publ. nostrum d. c. 18, §. 28. Persequemur jam reliquos modos liberandi res a religione.

Etsi vero demonstratum jam sit, loca bello capta inter Christianos, & veri Dei cultores, non fieri profana; at victoris tamen jam arbitrium est modum sacris statuere, adeoque & sua sacra, si velit, prioribus surrogare. Cum enim jure victoriæ destruncto priore Imperio novum ipse armis quæsiverit, jam ipsius est statum publicum in sacris, profanisque formare, non abolendo cultum numinis, sed prout è re publica, vel divina visum fuerit, instituendo. Quæres facit ut vel nova templa novis sacris extruere, vel veteribus illa inferre, aliquando etiam priora ad alios usus convertere queat; modo æque cultui divino ex victoriæ populi-

populi judicio prospectum sit. Ita enim & Romani evocatione sacrorum non abolevere cultum Deorum, sed vel eos transtulerunt in alias sedes, uti in suam urbem, vel suos iis substituerunt, vel hostibus, quibus ipsis intensi erant, Deos, quos ipsis iratos putabant, reliquerunt. Ut exempla supra allata testantur.

Unde plurimum interest inter victorem, & imperii successorem. Hic enim in idem imperium, eundemque Reipublicæ salvæ statum succedit; eumque adeo in sacris, profanisque tueri oportet: neque ex successione plus juris consequitur, quam fuit deceforis, de cuius jure reformandi, ejusque finibus dictum est supra, & dicetur adhuc deinceps.

Præterea dubitandum non est, quin summa potestas disponere quoque de rebus sacris possit, pro summis necessitatibus publicis: uti ad redimendam pacem, defensionem reipublicæ, &c. Cum enim sacra etiam in contentione bellicam veniant, ob ea bella gerantur, ipsa pariter eventus armorum sequantur, & jure belli, & victoriae amissa hostium fiant; longe magis equidem, quod armis potest, etiam pace, ac transactione fieri poterit: & quæ cum interitu civitatis peritura essent, pro conservatione ejus impendi. Neque sanctior ullius oblationis, votique usus intelligi potest, quam Rempublicam ab interitu defendi, pacem fessa armis, & nutante Republica redimi, laborantem periculis civitatem servare, & ipsa suomet pretio sacra, quæ ipsa pars civitatis, & imperii sunt, afferi, atque ab exitio vindicari.

Ita sane in Republica, & Ecclesia quoque Judaica veteri fecerunt Reges etiam piiissimi, ut cum immineret cervicibus hostis gravis, ac potens, qui non aliter propulsari videbatur posse, thesauros quoque Deo sacratos templo ablatos hosti, et si idololatriæ, obtulerunt: uti id patet exemplo Regum Iudeæ, Assa, 1 Reg. 15, v. 18. Joas, 2 Reg. 12, v. 18. Achas, 2 Reg. 16, v. 8. Hiskiaæ, 2 Reg. 18, v. 15. &c. qui potentissimos tum Syriæ Reges hac pecunia sacra ab invasione, & obsidione urbis, & quasi a jugulis suis arcuerunt, aut fædere, ac pace sibi conciliarunt.

Idque est, quod notissimo quoque jure proditum est, rem sacram profanam fieri posse. Ita dicitur in l. 83, §. sacram. 5, ff. de verb. ob!. ibi: quanvis sacra profana fieri

Tom. IV.

possint. Et mox: Si rursus lege aliqua res sacra profana esse cœperit. Item in l. 137, §. 6, Eod. tit. de re sacra dicitur, quod jus hoc mutari, & id, quod nunc impossibile est (ut res sacra, quæ divini juris, neque in commercio est, vendi queat), postea possibile fieri, adeoque profana. Quod idem dicitur in §. 2, de Inut. stip. nec dubii juris est. Atqui si res sacra profana fieri potest, certe non alia justior, & major causa est cur possit, quam Reipublicæ pax, atque tranquillitas. Cujus autem auctoritate fiet profana, & liberabitur a religione? Id additur in d. l. 83, §. 5, vers. Nec revocantur, scilicet, lege aliqua, adeoque a potestate civili, & legislatoria, cujus imperio id continetur, ut ostensum supra.

Atque ideo lege civili permisum est vasa quoque sacra vendi, oppignorari, solvi que posse pro redemtione captivorum hominum privatorum, quin si non necessaria sint ad usus sacros, sed alia sufficient, etiam ad æ alienum Ecclesie solvendum, causa cognita, ea alienari. Nov. 170, c. 10. Quod de jure Canonico afferitur, & a B. Ambroſio graviter defenditur in c. Aurum 70, cauf. 12, q. 2. & in primis ostenditur, majoris multo pietatis esse; ad optimos usus ea impendi, quam sterilia esse.

Sed nec unquam inter Gentes ambiguum fuit, de sacris disponere potestatem civilem posse. Plutarchus in Tib. Graccho c. 22. per bene inquit: *Tan sacrosanctum nihil est, quam que Diis dicata sunt donaria; nemotamen unquam prohibuit populon his uti, hæc mutare, ea transferre, uti voluerit.* Idque pluribus exemplis, ac monumentis illustrat Grotius de Jure Bell. & Pac. lib. 3, c. 5, §. 1, n. 3. Ubi inter alia ad rem facit quod ex Seneca Patre afferit, qui ait: *Pro republica plerumque templa nudantur, & in usum stipendiorum dona confamus.* Et ex Trebatio Jurisconsulto: *Profanum, quod ex religioso, vel sacro, in hominum usum, proprietatemque conversum est.* Idemque liquido probant formulæ illæ deditiois, quarum supra injecta est mentio, quibus quilibet populus sui juris sacra æque, ac profana, alii populo dedere consuevit. Ut populus Collatinus delubra, divina, humanaque omnia. Liv. lib. 1, c. 37. Populus Campanus urbem Capuam agros, delubra Deum, divina, humanaque omnia. Liv. lib. 7, c. 31. Iterumque postquam desciverant. Liv. lib. 26, cap. 33. In eandem formulam con-

C venit

verit Regi Thebano cum hostibus, qui deinde ex ea apud Plautum in *Amphytr. Act. I. Scen. 1.*

Deduntque se, divina, humanaque omnia, urbem, & liberos.

Atque hæc est, quæ proprie, voce hodie inventa, ac recepta, *Secularisatio* dicitur; de qua doctissimam Disputationem conscripsit Marcus Rhode.

Quod si igitur de sacrī, iisque rebus, quæ divini plane juris sunt, id verum est, nemini in mentem venire potest, ut de rebus aliis, seu terris ecclesiasticis, quæ Deo consecratae non sunt, dubitet, quin ei, cuius imperium est, intra ejus fines de iis statuendi potestas sit: quippe quæ nec sunt divini juris, nisi quis dixerit, eo sensu esse, quo & res sanctæ quodammodo divini juris dicuntur: neque extra commercium, nisi quia publica sunt; scilicet Ecclesiæ, quæ est pars Reipublicæ, ac Imperii. Hæc ergo bona Ecclesiastica ideo saltem alienari nequeunt, quia publica sunt: nam nec publica profanari possunt; non alia causa, quam quod legibus publicis eorum alienatio interdicta est, nec quod publicum, seu populi est, alias invito populo alienare potest.

Unde id primum certissimum est, quibus casibus ipsæ res sacræ, & divini plane juris, alienari possunt, multo magis res ecclesiasticas posse. Cum igitur demonstratum jam sit, pacis publicæ causa terras cum omnibus sacrī dedi posse; nihil dubii remanet, quin multo magis bona ecclesiastica possint. Et cum imperium civile a natura constitutum sit ad tuendam, & conservandam rempublicam; non potest ambigi, quin rerum harum alienatio, si ad reipublicæ pacem, & securitatem requiri visa fuerit, rata plane, ac valida sit. Enimvero notissimum est, Imperium, seu Imperatores legibus latissimum certum alienandi res ecclesiasticas modum præscripsisse, & pro utilitate ecclesiæ alienationem earum causa cognita permisisse: ut patet ex *I. 17, c. de SS. Eccles. Nov. 120, c. 1, & seqq. Gudelin. de jure noviss. lib. 6, cap. 14.* Cujus igitur rei facultatem alii lege permettere potuerunt, eamne ipsi non habent? & quod pro utilitate ecclesiæ aliis permettere potuerunt, id ipsi pro conservatione totius reipublicæ non possunt? cuius publica salute omnium partium in sacrī, & profanis salus, & securitas comprehensa est.

Sane, cum salus, & pax reipublicæ sit ultimus Imperii finis, summa rerum, compendium omnium bonorum, ac fastigium publicæ felicitatis, ac societatis, non possunt bona ecclesiastica justius, & sanctius, aut ad usus magis pios impendi, quam redimendæ pacis, & securitatis publicæ causa, si illam aliter obtineri non posse visum fuerit: quod vel ex ipsis B. Ambrosii loco jam ante ex *c. 70, cap. 12, qu. 2,* allato intelligi potest.

Imo esto (quo tamen nihil vanius est), non esse Imperio jus in res ecclesiasticas; adhuc tamen bello orto arbitrium pacis de omnibus, quæ intra fines Imperii sunt, & quæ in contentione armorum, & discrimen belli venerunt, penes eum esse, cuius est fumma potestas, & jus belli, ac pacis, nemo quisquam sobrius negavit.

Neque usum gentium exemplis, quorum jam copiæ ante adductæ sunt, ulterius pugnare opus est. Omnium instar esse potest quod præ oculis omnium est, in bellis, quæ inter Christianos, & Turcas gesta sunt, ut plurima fuere pluribus retro seculis: etenim iis tot terræ, Principatus, Regna integræ, cum omnibus sacrī, vel armis ab infestissimo hoste extorta, vel pace, & transactione ipso cessâ, atque in manus, & ditacionem tam impia religionis dedita fuere; neque tamen ulli hominum in mentem venit, summos Principes, inter quos bellum fuit, non potuisse suo jure bellum ita, ut factum, pace finire: & cum moto bello se, urbes, agros, cives, templa, sacra, & divina, humanaque omnia, totamque Rempublicam in ambiguam adeo Martis aleam, eventuum pericula, armorumque discrimen conjicere, ac bello de iis contendere fas fuerit; non potuisse etiam eodem jure de iis transfigere, & pace tali tot malorum, calamitatum, mortuum, exitiorum, formas extinguere, eaque a cervicibus suis, a capite, a Republica depellere.

Unde nihil magis abhorrire potest a sensu communi, quam famosa illa protestatio, quæ extat apud Lundorpium *Tom. 6, contin. 2, lib. 3, cap. 7, fol. 423.* & apud Limnaeum *Add. 2, ad lib. 1, cap. 12, pag. 229.* & ad Capit. *Ferdin. IV. art. 2.* ac Roma emissâ fuit contra pacem Monasterensem, & Osnabrugensem, qua pax conscientiis redditâ, & potestas civilis in res ecclesiasticas, de qua inde ab Henrico IV. per 6. secula lis inter Imperium, ac Sacerdotium, funestissimis

simis motibus servuerat, & qua partem dividiam, eamque longe optimam Imperio detractam esse, teste Conringio, credebatur, postliminio restituta fuit.

Illud vero pactum erat, quo non terræ hostibus cessæ, sed legitimis dominis aut relictæ, aut restitutæ; non sacra hostibus dedita, sed sua Statibus, ac Civibus Imperii, uti ante bellum fuerant, servata; non abditus veri Dei cultus, sed ad amissim divinæ legis, judicio justi terrarum magistratus, exactus; non evocata sacra, sed eodem legitimo judicio emendata; denique bona publica usibus publicis, quibus exempta quidem videbantur, asserta, at sacræ, & cultui divino nihilominus ita consultum, & prospectum fuit, ut sacræ necessitatibus nihil penitus decesserit. Hanc vero curam, ac vigiliam incumbere summa Imperii potestati, ut operam det ne cultus divini exercitium deficiat, segneferat, aut langueat: quibus vero modis, locis, &c. illud optime, & commodissime effici possit, ac debeat, judicium esse ejus, cuius loci Imperium est, demonstratum jam fuit.

Quid vero causatur illa protestatio? Quatuor in primis. 1. Septenarium Electorum numerum, sedis Romanæ auctoritate olim constitutum, sine ejus beneplacito non potuisse augeri. 2. Pacem de rebus Ecclesiasticis sine ejus auctoritate factam nullius momenti esse. 3. Offici ea animarum saluti, & 4. commodis, ac auctoritati sedis Romanae &c.

Cæterum 1. quam illud figmentum pugnet cum certissimis historiarum monumentis, inter alios accurassimè demonstrat Onuphrius Panvinius *tract. de Comit. Imp. cap. 6, per tot.* & vel oculis exhibetur in jure nostro publico c. 10, 11, & 12. 20. Hic error refutatus est tota Sectione 2, & 3. 30. Cultus Dei, pace illa concessus, ad amissim quatuor Conciliorum vere Catholicorum formatus est, nec ab iis, adeoque ab Ecclesia vere Catholicæ, vel minimum recedit. Lis vero fuit de Jurisdictione, & Imperii jure in res Ecclesiasticas, adeoque de re, ac jure humano, & deabusib quibusdam, quos præter quatuor illa Concilia irrepissile, universalis omnium tum sententia fuit, a Sigismundo Imp. laudatissimo, ipsisque Conciliis agnita, reformatioque adeo decreta, sed a sede Rom. impedita. *Vid. Jus publ. cap. 18. §. 25. & passim.* Utinam ergo non aliunde periclitaretur animarum salus! 4º.

Qui jure suo utitur, nemini injuriam facit, etiæ adventitiis aliorum commodis id officere videatur, per text. eleg. in l. 24, §. f. & l. 26, ff. *dann. infid.* Nec sunt aliorum commoda, cum nullum eorum jus est. Auctoritas autem intra leges salva; ultra, nulla est. Adeo omni stipula leviora, ac vaniora sunt, quæ in conspectu terrarum orbis contra pacem tam sanctam, ac solennem edita, ac jactata sunt.

Enimvero omnia posthabenda erant pacem necessariæ, & quieti publicæ a bello civili funestissimo. Videri sane posset, 30 annorum cladibus expletam esse armorum crudelitatem; tot rivis fusi interim sanguinis humani, & Christiani, extinctam cædium sitim; tot incendiis, ac vastitatibus exsaturatam bellri rabiem, ut jam non satietas eorum omnes cepisset, sed nausea, & abominatione. Neque plane vox hominis foret, dari bellorum causas, ac lites, de quibus inter Principes, & populos contendit; quæ non possent fide interposita, ac pace facta, coalescere. Quæ sententia auctorem extra humanam societatem constitueret, *Liv. l. 6, c. 42, in fin.* hostemque humani generis faceret, cum quo nunquam posset nisi ejus internecione debellatum videri. Unde nunquam satis laudari potest summa illa pietas, religio, & magnanimitas Gloriosissimi Imperatoris, & Regum, ac Imperii Principum, de conscientiarum securitate pacientium, qui pacem illam sacrosanctam, ac inviolabilem, contra iniquas hujusmodi molitiones, & protestationes esse, & in ipsa pace jusserrunt, ac Imperii Constitutionibus, & Capitulationibus sanciverunt. *Cap. D. Leopold. art. 2, in fin.*

In belli usus conversas] , Idque exemplis novioribus probat B. Parens in d. disp. scđ. 3, §. 25, usque ad §. 32. Verba modo allegavimus.

Sub pollicitatione restituendi] » Tunc res sacræ non alienantur, quia quantitas facta manet.

Hoc ergo gentium jure usus Germanicus] Immo hoc naturæ jure usus est. Tacito] , Annales. l. 1, c. 51. Factum hoc explicavimus c. preced. § 9, n. 2. Sic Livius] » Lib. 25, c. 40. & lib. 26, c. 11. Marcell. 26, 29.

Numerus aliquod inesse credatur] » Immo non potest id credi, quia res illa facta est ex lege superioris, quæ lex cessat,

» cessat, ubi res illa in potestatem victoris
» transfit.

Et hoc sensu impietatis] » Generosius est
» abstineret; at impietatis accusari nequeunt.

Lefsi etiam gentium juris] » Intelligunt
» jus naturae. Nam gentium jus laedi non
» potest, quia tale non existit.

Nimirum, ex talis opinonis positione] » Nu-
» men scil. aliquod inesse simulacro.

Aliud est si hostes non idem sentiant], A-
» deoque si res ipsis sacra non est.

*Sed & praeceptum est, gentium simulacra
abolere]* » Verba in Deuteronomio c. 7, v.
» 5, & 25, haec sunt. *Aras eorum subvertite,*
» *& confringite statuas, lucosque succidite,*
» *& sculptilia comburite.* At licentia haec
» non est ex jure aliquo gentium voluntar-
» rio, sed ex ipso jure naturae: in primis
» cum accedat hic jussus, & auctoritas Dei.
» de cuius jure unice agitur, qui voluit res
» sub falsis notis sibi consecratas violari.

» Equidem merito miratur Seldenus *de
Jur. Nat.* l. 2, c. 13. contrariam huic a Josepho afferri legem; ubi inter alias divinas
» leges hanc refert: *nemo blasphemet Deos,*
» *quos aliae civitates Deos esse astinent, nec*
» *spolianda sana peregrina, nec donarium Deo*
» *cuiquam dicatum auferendum;* cuius rei
» contra Appionem libro 2. hanc rationem
» afferit, *quod Dei nomine indigantur.*
» Quin & Philo. Mosen vetuisse convitum
» in alienos Deos, tradit l. 1, *de Mon.* &
» l. 3, *de vita Mosis*, tum metu ne gentes
» vicissim vero Deo maledicant, tum ne quis
» discipulus Mosis adsuscitat ullo modo apel-
» lationem Dei contempnere. At factas has esse
» leges, & vel ex male intellectis Mosis le-
» gibus, vel ut Romanis blandiatur, Josephum haec scripsisse, ait Seldenus *de J.*
» *N. l. 2, c. 13.* Sane, locutio illa genera-
» lis, *aliis non maledicet*, intelligenda est de
» viris Principibus; atque Philonem quoque
» legem de Principibus populi intelligere,
» Rabbini recentiores docent. *Seld. d. l.*

Nam quod fieri accipere vetantur] » Du-
» bium Auctor hic removet, quod thesin
» ejus, *qui si alienis sacris parcendum sit,*
» *labefactare videtur: opponi enim posset,*
» *prohibitum fuisse Judaeis, aurum, & ar-*
» *gentium, ex quibus idola facta sunt, con-*
» *cupiscere, ita ut ex idolo nihil in domum*
» *inferre licuerit.* *Deut.* 7, v. 25, & 26,
» idque, teste Josepho, ideo *quia alienis*
» *sacris parcendum esset.* Auctor respondet,
» prohibitum id non esse propter cultum

» natura his rebus debitum, sed ut a con-
» tactu abstinerent rei, quæ anathema erat:
» adeoque legem hanc mere fuisse ceremoni-
» rialem, arbitratur. Rectius dicendum,
» Deum loqui de solis populis damnatis,
» eorumque sacris; his enim solis anathema
» imposuit, adeoque in his solis ipse con-
» tactus interdictus est.

Romanis laud dubie blandiens] » Vid.
» *Gron. b.* Nec mirum est, benevolentiam
» eum captare voluisse Romanorum, a qui-
» bus servatus, Romanum deductus, beni-
» gneque habitus est, & qui ob ingenii
» gloriam statuam Romæ meruit.

De non nominandis gentium Dii] » Lex
» in Exodo 23, v. 13, ita se habet: *No-*
» *men Deorum, seu Dei aliorum, non me-*
» *moraberis; non audieris ex ore tuo. Sel-*
» *dens L. 2, c. 13, statuit, legem illam*
» *intelligendam esse non de sola memora-*
» *ratione idioli, (id enim illicitum non es-*
» *se, et si nomen adhibeat, quod aliquam*
» *divinitatem infert,* *Seld. d. l. p. 269.)*
» *sed de non ineunda cum gentili, dum*
» *idololatra est, societate, ne forte inde*
» *adigatur ille ad jurandum per suos Deos,*
» & tu sic in causa sis ut velut Dii illi non
» *solum memorentur. sed & habeantur.* At
» haec explicatio divinatoria est. Ex ipsa in-
» spectione legis appetat, eam loqui de ju-
» rejurando, quod fit per deastras: & ad-
» ditur, nomen exterritorum Deorum (ad
» firmandas promissiones, & afferendam ve-
» ritatem adhibitum) ex eorum ore audiri
» non debere. Ratio naturae haec est, quia
» *jusjurandum est species cultus divini;*
» Deus testis adhibetur veritatis, &c: hic
» autem cultus deastris tribui nequit. *Vid.*
» *supr. l. 2, c. 12, §.*

*Honoris causa, aut sine abominatione eos
nominare lex non finaret]* » Immo sola
» memoratio nominis non vetita erat, sed
» tunc, cum fiebat honoris causa, uti si
» adjecto idioli nomine aliquid asserebatur:
» colere enim idola, jure naturae prohibi-
» tum est.

Dei certissimo monitu] » Non opus erat
» monitu Dei; nam ex ratione naturali satis
» constat, Deum certo loco non includi.

*In simulacris illis non habitare aut Dei
spiritum]* » Nam lignum, vel materiam
» Deos esse, nec gentiles crediderunt, sed
» simulacris his Dei spiritum inesse, nuga-
» bantur.

Aut bonos angelos] » Quos Heroas anti-
» qui philosophi vocabant. *Aut*

Aut vim astrorum?] Astris enim vim
divinam inesse, Philosophi statuerunt.

Sed pravos, & humano generi infestos da-
monas?] Quos proinde colere, cum per-
fectione divina pugnabat.

Tacitus?] *Hijt. l. 5, c. 4.* Ipse id mox
(cap. 5.) explicat de Idolis: *profanos in-*
telligent, qui Deum imagines mortalibus
materiis in species hominum effingant; simi-
mum illud, & eternum neque mutabile,
neque interitum; igitur nulla simulacra
urbibus suis, nedium templis sunt.

A Maccabeis?] Ita enim Judas diruit
aras in civitate Azoth, & sculptilia Deo-
rum igne succendit. Jonathas quoque suc-
cendit Azoth, & civitates, quae erant in
circuito ejus, & accepit spolia eorum, &
templum Dagon, & omnes, qui eo con-
sugerunt.

Nibil fecit contra jus gentium?] Hoc ve-
rum est, quia tale jus gentium non ex-
istit; at nec contra jus naturae peccavit,
quia res ipsi sacra non fuit.

Graci scriptores?] Add. *Just. 2, 12.*
Perse non credebant, in simulacris ulla
esse numina?] Antiqui Magi nulla admit-
tebant simulacra. *Vid. Clem. Alex. in ad-*
mon. ad Gent. l. 1, c. 181. Statileius
Hijt. ret. phil. fol. 1131. Et temporibus
Herodoti id adhuc obtinuit. *Herod. l. 1,*
c. 181. Conf. Plin. l. 12, c. 1. Tem-
pore Artaxerxis autem Veneris Tanaisis
cultum introductum esse, ait *Clemens d.*
l. Sed & Strabo l. 15, f. 504, ait, Per-
fas Deorum imagines habuisse.

Sed Deum esse Solem? De quo supra
l. 2, c. 20, §. 47.

Et portionem ejus aliquam ignem? Calo-
rem enim, seu ignem, causam rerum om-
nium esse, experientia docet: atque ideo
Deum ignem dixerunt philosophi. At causa
physica confundi non debet cum causa mor-
ali.

Templum jure victoriae ingressus est?] A-
deoque templum victori sacrum non fuit.

Bene ille quod templo pepercit?] *Plut. in*
Pomp. & Joseph. ant. l. 14, c. 8. & de
bell. jud. l. 1, c. 5.

Non Religio?] Pietati ejus id tribuit
Josephus *Antiq. l. 14, c. 8.*

Male quod ingressus est?] Atqui tem-
plum ipsi sacrum non fuit.

Contento vero Deo?] Potius curiositas
gratia: nam scire voluit, num Deorum
effigies tolerent. Hinc Tacitus ait: *Inde*

vulgatum, intus nullam esse Deum effi-
giem, vacuanum sedem, & inania arcana.

Hijt. l. 5, c. 9.

Quod & Chaldaeis exprobant Prophetæ?]

Immo non exprobant ingressum in tem-
plum, sed quod in honorem idolorum
fuorum ex vasis ablatis biberint. Dan. a.
5, v. 23.

Quasi in conspectu Judæa trucidaretur?]

Longe admodum petita est hæc conjectura.
Nibil in eo factum contra jus gentium?]
Romani nec contra jus gentium id factum
crediderunt, quale ipsis cognitum non
fuit; nec contra jus naturæ, quia Roma-
nis res ea sacra non fuit.

Tu τὸ πολέμου νόμῳ, I. e. belli jure: id
, que eo magis, quod ex templo oppugna-
runt hostem. Unde non absque ratione
confiliari quidam Tito suadebant, diru-
endum esse templum, quod castellum ef-
set. Joseph. de bell. jud. l. 7, c. 9. Titus
vero nec pugna captum se incensurum di-
cebat, nec pro hominibus anima carentia
ulciscenda esse. ibid.

A D §. III.

Quare solet, an præscriptione im-
memoriali res destinat esse sacra. Affirmat
B. Parens in disp. de evocat. sacror. §. 3.
At alibi diximus, per præscriptionem im-
memorialem jure naturæ nullum jus ac-
quiri in re aliena.

Idem & de religiosis intelligi deber], Ni-
mirum, ut vastrari, & dirui jure Gentium
voluntario possint. Res religiosas fieri per
mortui illusionem, diximus supra l. 2, c.
19, ubi simul demonstravimus, hanc reli-
gionem non natura inesse sepulchris, sed
lege civili: ex errore illo communi, quod
Manes circa illa loca quiescant, indeque
turbari non debeant. Religio igitur hic
oritur ex lege Principis, cuius effectus
cessat si locus ab hoste occupatur: adeo-
que destrui possunt sepulchra ut alia loca
profana.

Non mortuorum sunt], Mortui enim
nullius juris sunt capaces.

Sed viventium, sive populi alicuius, sive
familia], Naturam religiosarum rerum, ea-
rumque effectum, egregie explicavit B.
Parens in dissertatione de evocatione sacro-
rum scđ. 2, §. 11, iusque ad §. 20.

Pari ratione, ait, res religiosæ quoque,
C 3 uti

uti sepulchra, divini juris, ac nullius dicuntur, l. 6, §. 2, ff. de rer. div. §. 7, eod. tit. quæ tamen & ipsa duplicita sunt, privata, & publica. Quin regulariter hæc privata fuere; & potuit unusquisque locum religiosum voluntate sua facere inferendo mortuum in locum suum, l. 2, §. 5, ff. de Relig. §. 9, de rer. div. Non dubium tamen est, fuisse & publica sepulchra, cum nec credibile sit, omnes habuisse omni tempore fundos proprios, ut inferre potuerint in locum suum: & plurima sepulchra in via Flaminia, via Latina . via Appia fuisse, & Augures, seu Pontifices locum sepulcrorum assignare soleverint, refertur. Vid. Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 3. c. 2. in fin. Rosin. de Antiq. lib. §. c. 39. Plut. in Tib. Gracch. c. 13.

Dicuntur vero sepulchra quoque divini juris, vel hoc ipso, quod non sint juris humani, Inpr. §. 3. quia naturaliter videtur ad mortuum pertinere locus, in quem interfertur, l. 4. ff. de relig. Et l. 4. C. Sepulch. violat. illi quippe ultimo humanitatis officio debitus, atque adeo usibus hominum exemptus, cum mortuus in rebus humanis, & homo esse desierit. Sed & Numa Rex justa funebria æque, ac sacra ad jus Pontificium retulit. Liv. lib. 1, c. 20. in f. Nec diffidendum, apud Romanos olim accessisse superstitionem de Diis manibus.

Atque hæc utraque sacra, seu religiosa publica, & privata, perinde juribus, ac legibus civilibus reguntur, & constant, ac profana. Et sacra quidem privata sunt privatorum, perinde, ac dominia eorum profana; verum, ad solos usus sacros, non profanos. Unde & vindicare ea sibi possunt, & remedii petitoris, & possessoriis, ad hos usus tueri l. 1, ff. ne quid in loco sacr. Uti Laban furti arguebat Jacobum, quod sacra sua abstulisse diceret. Gen. 31 v. 30. Et seq. Et quædam hæreditas quoque factorum gentiliorum intelligitur. Cic. pro Dom. c. 13. Et Orat. Verrin. IV. circa princip. ubi de sacris gentis Clodiæ. Sed & Thesaurus in tali loco sacro inventus totus est inventoris, perinde, ac si in suo invenisset, §. tbesaurus 39. in princ. de rer. div. cuius principium de locis propriis agit usque ad vers. At si quis in alieno. Cui consequens eit, si alius invenerit, dimidium ad ipsum quæsi dominum, & alterum tantum ad inventorem pertinere. arg d. vers. At si quis.

Similiter in rebus religiosis, seu sepulchris privatis, quorum tuendi causa plura remedia

prodita sunt, cum petitoria, l. 2, §. 1, §. 2. l. 7, pr. l. 19. Et pass. ff. de Relig. tum possessoria, tot. tit. ff. de mort. inf. & alia, tot. tit. ff. sepul. viol. Et c. Idemque jus thesauri est in sepulchris, quod modo in sacris privatis esse ostendimus, d. §. 39.

Unde componitur dissidium illud, quod acerrimum intercedere creditur inter d. §. 39. & l. 3, §. pen. ff. de Jur. fisc. ubi thesaurus ab alio inventus cum fisco dividendus statuitur. Etenim ibi non nisi de fiscalibus, & publicis locis agitur: Uti tum arg. Rubrica, tum ex ipso textu apparet, qui diferte loquitur de thesauro reperto in locis fiscalibus, vel publicis, religiosisve, aut in monumentis, item in Cæsaris possessione. Prædictum vero jam est, fuisse sepulchra quoque publica: sed & sæpe factum fuit, ut loca religiosa cum universitate bonorum vacantium, vel publicatorum, ad fiscum per venerint; in quibus hoc jus omnino obtinetur.

AUCTOR hactenus egit de jure *vastandi*; sequitur jam *jus prædandi*: quæ differunt, quod 1. *vastatione* hostium vires atterantur, *prædatione* nostræ etiam augeantur. Unde 2. illud *jus* difficultius est, nec licitum nisi ex necessitate, adeoque ubi militior via non est, & tantum in rebus obtinet, quæ vires in bello alunt, ut frumenta, aliaque, quæ utilitatem aliquam ferunt; non vero in sterilibus, quarum *vastatio* nec momentum ad victoriam affert, nedum necessaria est, sed ex odio, & vindicta originem habet. *Vid. Deut. 20, v. pen. Et al.* Hoc in infinitum licitum est. Nam cum in bello licitum sit rem hostis pro alia capere, & reparare *jus* ex aliis hostium rebus, ut supra c. 2, probavimus; tamdiu *captura* hæc licita est, donec *jus nostrum* reparatum sit. Unde capi *præda* potest etiam ultra id, quod nobis abest, idque extra dubium est de rebus, quæ hostis vires minuant (quia & *vastare* eas licet), vel quæ nostras augent (quia harum *prædatio* necessaria est ad vincendum). Notanter autem dixi, *prædandi* *jus* in infinitum competere, etiam ultra quantitatem debiti, vel modum delicti, quia *jus nobis ablatum* nondum in sua qualitate reparatum, i. e. cum plena securitate *restitutum* est. Sane, res capta durante belli alea recipi ab hoste, vel *injuria* augeri potest; adeoque hæc incertitudo naturalis impedit, quo minus certa quantitas debiti, vel poenæ, determinari possit.

Atque hinc *justissimus* inter gentes titulus est, *acquisitio rei hostilis*. *Halicarn. l. 8, c. 10. L. 11, pr. ff. Evid. l. p. ff. ad l. jul. pecul. §. 17, Inst. rer. div.* Quod ex facie quoque historia Auctor probat *ib. 1.*

Tom. IV.

Præter actionem quorundam inter homines, imputitatem] "Auctor in precedentibus supponit, jure gentium in bello solenni peculiares quosdam effectus juris introducit, nos esse, nimirum, i. licentia, seu imputatis, 2. dominii externi, c. 4, §. 4, in fin. c. 6, §. 1, n. 1. *Vid. diff. Proem. IX.* §. 65. *Et diff. IV*, §. 20. De priori effectu hactenus egit, nimirum, quod hostis hostem impune, etiam ubi justa causa non est, interficere, d. c. 4, & res ejus vastare possit, c. §. De posteriori effectu hic agit, statuitque, jure gentium, in eodem bello solenni, hostem res sui hostis in infinitum capere, & dominium quoque in iis acquirere posse. §. 2, b. c.; adeo ut apud alias gentes ideo tanquam fur puniri non possit, L. 3, c. . . . §. 5. Atque in eo *jus* gentium differre, ait, a jure naturæ, quo is, qui justam causam habet, res alterius capere saltem possit, NB. intra quantitatem debiti, & modum, ac proportionem delicti. *Vid. l. 3, c. 1, §. 2, n. 2, Et n. 3. c. 4, §. 3. c. 6* §. 1. *diff. Proem. IX*, §. 77.

"At jam demonstravimus, *jus gentium* non existere, quo gentes inter se obli-

gentur: indeque frustra de ejus licen-

tia, vel effectu dominii inde acquirendi

querari. *Vid. diff. Proem. IV*, §. 29.

Est & alius effectus bello solenni ex jure gentium proprius] Scilicet, *acquisitio domini*, *Vid. c. 4, §. 4*, quod effectus sal-

tem externos. *Diff. diff. Proem. VI*, §.

20. *Diff. IX*, §. 65.

Bello iusto] "Auctori bellum natura juz-

stum est, quod ex justa causa geritur

(unde a parte ejus, qui justam causam

G * non

» non habet , nunquam jus belli obtinere ,
» ait ; adeo ut nec occidere hostem , nec
» capere res hostiles possit , sed si id faciat ,
» tanquam fur , & homicida , a qualibet
» gente puniri possit). Vid. diff. Proem. IX ,
» §. 77 , seq.

*Quia aut paria sunt ei , quod cum nobis
sit debitum , aliter consequi non possumus]*
» Adeoque tantum intra debiti quantitatem ,
» Vid. supra c. 1 , §. 2 , n. 2 . c. 14 , §. 3 .
» non vero ultra , nedum in infinitum.
» Conf. Diff. Proem. IX , §. 67 .

*Ut alibi] " Vid. supra c. 1 , § 2 , n. 3 .
» Et d. c. 4 , §. 3 . L. 2 , c. 20 , §. 32 . Conf.
» diff. Proem. §. 68 .*

*Hoc jure] " Scilicet naturae . quo res
» hostilis cedit victori , intra debiti , & pœ-
» næ modum .*

*Decimam Deo dedit] " Ex hoc exemplo
» appetat , Abrahamum etiam ultra debiti
» quantitatem prædam egisse .*

*Joci Feretrio] " Exempla vide infra §.
» 16 , in fin.*

*A manu Amorrhei] " Adeoque prædam
» hanc jure dominii sibi vindicavit .*

*Illud cepi] " Chaldaeus interpretatur id
» factum precibus ad Deum qui singulari
» quadam benevolentia Sicima & Jacobo ,
» & posteris ejus conservarit .*

*Pro certo capiam] " Nondum enim capta
» erat , sed ex promissione divina certo erat
» capienda .*

*Quasi eadem esset progenitoris , Et libero-
rum persona] " Tribus enim , & familia ,
» perpetuantur in successoribus .*

*Ad illam expilationem Sicimorum] " Ob
» violatam Dinam factam . Gen. 34. v. 27 .
Nam eam ut cum perfidia conjunctam]
» Evidet deliquerit Sicomor compimento
» filiam Jacob ; at postquam satisfactionem
» offerret Hemor , & conditions transacti
» utrinque placuerunt , contra fidem datam
» egere filii Jacob . Unde merito pater id
» improbavit ; adeoque de hac præda tan-
» quam legitime non quæsita loqui non
» potuit .*

2. *Probatum autem jus præda inter eos ,
quos dixi , naturales terminos] " i. e. intra
modum debiti , & pœnæ . At diximus ,
Deum jus prædæ in genere approbare , &
in infinitum .*

*Omnia ejus spolia diripies tibi , Et fruoris
præda hostium . " Hic de omnibus solois
lex loquitur ; non ergo saltem intra quan-
titatem debiti .*

Multamque prædam ab iis abstrulisse]

» Nullibi autem additur , id intra quantita-
tem debiti , & poenæ factum esse .

Quia arma illa non ex speciali mandato]
» Ut sumiserant contra populos damnatos .
» Sed ex communii jure] " i. e. jure ne-
cessariæ defensionis .

*De præda dividenda] " Quam a Madi-
anitis cepere .*

AD §. II.

Juris gentium] " Adeoque hactenus

» jus gentium voluntarium . ex hypothesi
» Grotii , ea , quæ jus naturæ vetat , per-
mitit . Vid. cap. præced. §. 15 . Conf.

» diff. Proem. IV , §. 14 .

*Non tantum is , qui ex justa causa bel-
lum gerit] " Et cui soli jure naturæ jus
» interficiendi hostem , & res ejus capiendi
» competere , putat . Vid. diff. Proem. IX ,
» §. 62 .*

*Sed Et quovis] " Etiam qui injustam fo-
» vet causam ; cuius rei rationem explicata
» vimus diff. Proem. IX , §. 63 , seq.*

*In bello solenni] " i. e. quod inter duos
» populos indictum est . dict. diff. IX , §. 63 .*

*Sine fine , modoque , dominus fit eorum ,
qua hosti eripi] " Cum jure naturæ is , qui
» ex justa causa capit , non acquirat domi-
nium nisi ad debiti quantitatem . Vid. §.
» præced. & dict. diff. Proem. IX , §. 65 .*

*Eo sensu , nimisrum , ut a gentibus omni-
bus Et ipse] " Vel quemadmodum alibi ex-
» plicavit , ut eam ob causam tanquam fur
» conveniri , aut puniri in alio forte foro de-
» prehensus non possit . Supr. c. 4 , §. 4 .
» Dict. diff. IX , §. 65 .*

*Et qui ab eo titulum habent] " Hi enim
» utuntur jure ejus , a quo causam habent .*

*Quod dominium quoad effectus exteros
licet appellare] " Sensus est , juxta justitiam
» internam dominium quidem non acquiri
» utrinque , sed inter gentes id placuisse si
» solenne fuerit bellum , indeque impune
» quigem capi possessionem , non autem ve-
» ro jure . Dict. diff. Proem. IX , §. 65 . At
» jam diximus , non dari jus gentium , adeo-
» que nec effectus particulares juris inde ori-
» ri posse . Sed & probavimus , naturali ra-
» tione eum , qui justam belli causam ha-
» bet , omnia agere posse , quæ ad victoriam
» pertinent ; adeoque & capere res hosti-
» tes ,*

* les, non ad certam demum quantitatem,
* sed in infinitum.

Lex est sempiterna inter homines] " Xe-
nophon per legem hanc sempiternam non
intelligit jus gentium voluntarium, quod
non existit, sed ipsum jus naturae.

Inter genera quasi naturalia acquisitionis] " Imo inter genera acquisitionis vere natu-
ralia.

Injustum] " Loquitur autem de justitia
naturali.

2. *Aristotele]* " I. polit. c. 4. *Quint. iug.*

* §. 10.

Et esse est appellari debent victoris] " Ipsius enim imperium transit in victorem. *Vid.*
c. 8, §. 4, seq.

4. *Naturalem hanc acquisitionem]* " Non Theophilus faltem id ait. sed Caius quoque, qui per jus gentium intelligit id, quod naturali ratione inter omnes gentes peraeque observatur. *L. 1, ff. pr. Aq. rer. dom.*

Quia non causa aliqua, sed ipsum nudum factum spectatur, et ex eo ius nascitur] " Mens Auctoris haec est: Theophilum acquisitionem rei hostilis ideo naturali acquisitio vocare, quia meo facto natura sit, non ex causa aliqua iusta praecedente; adeoque jus hic oriri, putat, ex solo facto, non ex causa. Cum vero Theophilus in allegato titulo recenseat modos acquirendi naturales, qui iusto nuntiatur titulo, & qui sequuntur ex eo iure, quod naturalis ratio inter homines consistuit, vix est ut interpretatione Auctoris locum habere possit. Iusta, & naturali juri maxime conveniens causa est rem ab hoste captam acquirere. *Vid. supr. §. 1. Et infra cap. 20, §. 12, n. 2.*

Dominium rerum ex naturali possessione cepisse &c.] " Sensus Nervae non est, quod dominia rerum ex nudo facto possessionis querantur; sed quod dominia non acquirantur, nisi res in corporali nostra potestate constituta, i. e. a nobis possessa sit. Jctus igitur supponit & causam, & factum praedens. Apparet hoc notorie ex ceteris exemplis. Occupatio rerum nullius tribuit dominium occupanti; adeoque & factum, & causa hic concurrunt. Eadem igitur ratio est in occupatione rei hostilis.

Ejusque rei vestigium remanere de his, que terra, mari, ceteraque capiuntur] " Etiamque enim territorium occupatum sit,

* non tamen feræ occupatae censemur; haec igitur cum res nullius sint, nostræ sunt statim, ac in possessionem nostram redi- guntur: atque haec causa justa est acqui- rendi dominii.

Item de bello captis] " Nam ex quo res hostilis in nostram pervenit custodiam, eo ipso jure quoque quæsita nobis videtur; nam justissima causa est, bello capta sua facere. Ut proinde certum sit, non num dum factum in his acquisitionibus specta- ri, sed causam.

Et qua subditis hostium eripiuntur] " Nam hi tenentur ex facto principis, quod defendant: & cum occidere eos possi- mus, nedium spoliare. *Vid. c. 5, §. 1.*

Ut a se iure bell'i reple occupentur] " Quia Mania defendebat causam hostis, eique assistebat: unde ipse quoque hostis erat, in quem jus belli obtinuit.

AD §. III.

In hac belli questione] " De captura rei hostilis.

Placuit gentibus, ut cepisse rem is intel- ligatur, quæ ita detinet, ut recuperandi spem &c.] Quærit hic Auctor, quando res hostilis capta videatur? & ait, placuisse gentibus ut tunc capta sit, cum intra præsidia nostra perducta est. At id non sequitur ex placi gentium, sed ex natura oc- cupationis. Capere enim, seu occupare est in suam potestatem redigere: adeoque tunc aliquis occupasse censemur, cum res ex alterius custodia in suam transtulit. Non igitur sufficit rem in mea possessione esse, quæ momentanea esse potest, cum domi- nium sit jus aliquod perpetuum.

Ea custodia triplex est: 1. Publica, uti urbes, præsidia &c; 2. privata, uti domus, fundi &c; 3. tertii, qui suam nobis custo- dia commodat; nam ille tune nostro no- mine custodit, ut socii, &c. l. 39. §. 3. Capt. Et post.

Unde certum est, rem nondum in no- stra esse custodia, si potest illa tantum momentanea, & incerta; uti est si res ho- stilis capitur. Sane, actus nondum est per- fectus, nisi res in plenaria nostra sit custo- dia, l. 35. §. f. ff. Acq. rer. dom.

Hinc patet decisio casus de piratis, quos Melitenes persecuti sunt ut aufugere vix possent: ejecti in Corsicam capiuntur a Cor-

sis. Consuluit Cephalus Conf. 36, captos videri, & restituendos esse: sed male, quia Militenses dum persequuntur, nondum cepere, & multa accidere potuere ne caperent, uti traditur in §. 12. ff. Rer. div.

Ut loquitur in simili questione Pomponius]

» Hic in l. 44. *Acq. rer. dom. querit*, quando possestio amissia videatur, adeoque res nullius esse incipiat, ita ut ab alio capi possit? & ait, oves a lupo ablatam tam diu meam manere, donec spes est recipienda: indeque tertium, qui forte oves liberat spe illa nondum cessante, eam non acquirere, quia nondum mea esse desit.

Mobilibus] " De immobilibus vide §. seq.

Ubi intra fines, i. e. praesidia hostium perducta fuerint] " Nam tunc vere res est in hostis potestate, & custodia, & tunc primum capiens publico nomine ibi tutus esse potest, l. 19. §. 3. postl.

Eodem modo enim res amittitur, quo postliminio rediret] " Postliminio enim redire dicitur res ab hoste capta, cum in fines nostros intraverit, sicuti amittitur si fines nostros excessit, i. e. in fines hostium, eorumque praesidia deducta est, d. l. 19, §. 3 junct. l. 5. §. 1. eod.

Paulus] " L. 19. §. 3. ff. Capt. & postl.

Pomponius] " L. 5. §. 1. ff. Capt. & postl.

Antequam enim in praesidia perducatur hostium, manere civem] " I. e. non vide ri captum: cum enim civis noster manet, jus postliminii in eo locum habere nequit.

2 *Hominis autem, & rei in hoc jure gentium eadem fuit ratio]* " Haec idemtas rationis non demum ex jure Gentium est, quale non agnoscimus, sed ex ipso jure naturae: nam & res, & personae non evidentur in nostra potestate, & custodia, nisi intra fines nostros, i. e. intra praesidia nostra deductae fuerint.

Capta statim capientium fieri, cum condione aliqua &c. intelligi debere] " Immo non opus est hanc fingere conditionem; nam vox ipsa capta indigit, rem ita in nostra custodia, & potestate esse, ut eximi non possit: quod non est, nisi intra fines, i. e. ad praesidia nostra, res perducta sit, l. 5. §. 1. captiv. & postl.

Cui consequens esse videtur] " Nam navalia, & portus sunt praesidia maritima: adeoque ibi primum res captae publico nomine tutae esse incipiunt. *Vid. supr.* ad pr. b. §.

Nam tunc desperari incipit recuperatio]
» Rectius tunc res capta, i. e. in nostram potestatem, & custodiam redacta censetur.

Sed recentiori jure gentium inter Europas] " In genere hic notandum, non dari jus aliquod gentium voluntarium, nedum recens, seu Europeum. *Vid. differt. proam.*
» IV. §. 11. & 12. Unde merito ait Petrus Bellus p. 3. 3. x. n. 11. id vulgus militum sentire. Evidem legibus singularum civitatum id statui potest; at tunc non est jus gentium Europeum, sed jus civile singularum civitatum: quo pertinet lex Belgarum, qua is, qui hosti eripit navem modo captam, bestiem inde lucratur *Gram.*
» ad l. 2. ff. capt. & postl.

A D §. I V.

A ter agri non statim capti intelligenter, simul, atque infessi sunt] Hostis quicquid cum exercitu infidet, intermixtus possidet; at dominium perpetuum nondum quæsivit. Non igitur omnia, quæ exercitus hostilis peragrat loca statim hostis sunt, quia animus non est ibi permanendi, nec esse potest nisi munito loco; l. 18. §. 5. A. P. l. 41. Eod. tunc enim animus, & facultas adest rem sibi tenendi, & interim pro domino est.

Ab eo interim possideri] " Quia res in ejus potestate est, & hostis animum sibi tenendi habet.

Ad eum, quem tradamus, effectum non sufficit] " Ut scilicet dominium jure gentium ei acquiratur quoad effectus externos: §. 2. n. 1.

Sed firma requiritur] " Diximus, nec naturali iure dominium amitti quamdia spes est recuperandi, qualis semper est ubi exercitus hostilis saltum peragrat agros nostros.

Itaque Romani] apud Liv. l. 26. c. 12.
» Non enim videbantur amississe dominium, quia spem recuperandi habebant.

Captus censetur qui mansuetus munitiobus ita includitur] " Tunc enim demum spem recuperandi probabilem hostem amississe, autem.

Nominis territorii origo a terrendis hostibus] " Quia terreri, i. e. submoveri hostes inde possunt, l. 239. §. 8. V. S.

A Siculo Flacco] " In libro de conditionibus agrorum.

A terendo] " Servius ad Eneid. 5. v.
• 755. Unde territorium dictum est quasi
" tritorium , tritum habus , & aratro. I-
" fidor. 14. orig. 15.

A Terra] " Quia territorium e terra
" consistit.

Retineri per manimenta] " Tunc enim
" desit esse in custodia hostis. Conf. §. 14.
" Inst. Rer. div.

A D §. V.

*Ut res aliqua nostra Belli Jure fiat , re-
quiri ut hostium fuerit]* " Quia capi tantum
" possunt res hostiles , i. e. res eorum , qui
" injuriam nobis fecere , indeque ad ejus
" reparationem tenentur.

*Puta in oppidis eorum , aut intra præ-
dia]* " Quæ forte commerciorum causa ab
" eis , qui mediæ sunt , eo missa sunt.

*Sed quorum Domini nec hostium sint sub-
diti , nec hostilis animi , &c.]* " Qui nec ipsi
" causam Principis sequuntur , nec eam bo-
" nis suis defendunt , adeoque revera ho-
" stes non sunt.

Ea bello acquiri non posseant] " Quia non
" sunt res hostiles.

Ipsius Philippi non potuisse fieri] " Quia
" res erat Atheniensium.

Nam & ratio deficit] " Nimirum , pla-
" citum gentium , quod saltem in rebus ho-
" stilibus obtinere , dixit. Nos id juris naturæ
" esse diximus.

*Et jus hoc mutant per vim dominii odio-
fus est , quare ut produci debeat]* " Fri-
" vola hæc est ratio : hoc ipsum enim quæ-
" ritur , cur odiosum sit per vim mutare do-
" miniam ; & diximus , id inde esse , quia
" hostes non sunt , nec reparationi juris no-
" stri resistunt.

" Quæstionem hanc , quando res pacati
" apud hostem meum inventa occupari pos-
" sit , B. Paren's integra dissertatione expli-
" cavit , cui titulus *De jure belli in amicos* ,
" quam operi huic inferuimus. Vid. supr. l.
" 3. c. 1. §. 5. Add. L. 2. c. 2. §. 10. Atque
" ex ea repetendum est , fieri id posse , 1º si
" pacatus jus aliquod circa illam rem in ho-
" stem transtulit : uti si castrum ei oppigno-
" raverit ; tunc enim ego jus illud occu-
" pare possum , d. disp. §. 50. §. 1: 2º si
" subditi pacatorum operas suas , vel res
" hostibus nostris locant : d. disp. §. 46.
" seq. 3º Si quædam afferant hosti , quæ ip-

sos juvent : d. disp. §. 14. seq. si 4º ho-
" stis castellum pacati de facto occupavit , &
" damnum mihi inde dat , jure defensio-
" nis necessaria illud quoque occupare pos-
" sum. Vid. Zouch. 2. §. 4. Petr. Bell. p. 2.
" tit. IX. n. 5. Ubi 5º notandum , occupari
" posse rem pacati , quæ quidem in ejus ter-
" ritorio est , sed quam hostis probabiliter
" occupaturus esset ; tunc enim prævenire
" hostem licet , d. disp. §. 38. seq. At supra
" jam notavimus , cessante periculo restitu-
" debere rem domino , dict. lib. 2. c. 2. §. 10.
" & infr. c. 13. §. 1. c. 18. §. 2.

A D §. V L

*Quasi certa fit juris gentium lex , sed
ut præsumptionem quandam indicet]* Immo
id juris naturalis est , ut res , quæ in ho-
stium navibus reperitur , res hostilis præsu-
mator ; hactenus enim status illius rei cer-
tus est. Si vero rei dominus neget hosti-
lem esse , & id probare velit , admittendus
omnino est : nisi tales res sint , ex quibus
hostis juvatur ; de quo l. 3. c. 1. §. 5.

Atque ita in Hollandia] " Confer exem-
" plum apud Camdenum vit. Elif. p. 1. p. 149.

A D §. VII

*Quaritur , an res , quæ forte ad
pacatum olim pertinuit , & ab hoste ei ere-
pta fuit , postea autem jure belli a nobis
capitur , priori domino restitui debeat ?
Quod merito Auctor negat. Conf. cap. 9. §. 9.*

Si jus gentium respicias] " Tale non da-
ri , diximus. Sed id , quod Auctor hic tra-
dit , sequitur ex ipsa naturali ratione.

*Quæ hostibus per nos erupta sunt , ea non
posse vindicari ab his , qui ante hostes no-
stros &c.]* " Res enim jure belli quæsita
" fuit hosti meo , illeque jure naturæ domi-
" nus illius rei factus est. Si igitur rem il-
" lam ab hoc jam meo hoste recipio , non
" rem pacati capio (ejus enim jus desit) ,
" sed rem hostilem. Vid. infr. c. 9. §. 9.

*Quia jus gentium hostes primum dominus
fecit dominio externo , deinde nos &c.]* Immo
jus naturæ hostes primum dominos
fecit , non dominio externo , sed vero :
adeoque pristinus possessor , qui bello se-
mel jus suum amisi , illud vindicare nun-
quam potest.

Quo pere inter alia se tueretur Jephthes]
 » Immo plane alio jure se tueretur : scilicet ,
 » Ammonitas nunquam has terras tenuisse ,
 » neque Israëlitæ occupasse terras Moabita-
 » rum , & Ammonitarum , *Judic. XI* , 14 .
 » sed circumvisse eos ex latere terram Edom ,
 » & Moab , v. 18 , & per Amorrhæorum
 » terras transitum rogassem , eoque negato ,
 » jure belli horum (non Ammonitarum)
 » terras occupasse , v. 21. & 23. Ut pro-
 » inde conjectura Auctoris , quā Amor-
 » rhæi has terras prius Ammonitis eripue-
 » rint , nulla ratione nitatur.

Ad Amorrhæos] Immo nullibi id dici-
 » tor , sed potius contrarium : terras , scil-
 » licet , has eorum nunquam fuisse.

Sic & David] Recte ait Auctor , Pa-
 » lestinos id , quod Amalecitæ eis eripue-
 » rint , jure belli amisisse ; Palæstini enim
 » spem recuperandi amiserant , nec hostem
 » insequebantur : vere igitur David rem
 » hostilem cepit. Aliquando ex generositate
 » præda restitui solet eis , quibus ante ab
 » hoste ablata fuit. *Vid infra c. 16. §. 2* ,
 » ubi latius rem explicabimus.

2 A Diis] Non ergo ex facto aliquo ju-
 » re gentium.

A.D. §. VIII.

PROLIX hic Auctor tractat quæstio-
 » nem , *cumnam præda cedat?* Praxis gentium
 » admodum variat ; quedam enim gentes si-
 » oo tribuerunt prædam , quedam militibus ,
 » quedam aliis , &c. Auctor variis distinctio-
 » nibus tum hoc capite , tum *infra cap.*
XIII. (ubi de temperamento agit juris
 » gentium) quæstionem decidit. Distinguit ,
 » scilicet , an res mobiles capiantur , an im-
 » mobiles : in rebus mobilibus iterum distin-
 » guit , an in ministerio publico capiantur ,
 » an extra illud. Paucis totam rem expedie-
 » mus.

Regula est , *quod præda cedat ei , cuius no-*
mine bellum geritur ; adeoque præda perti-
net ad Principem , seu summam potesta-
tem : 1. quia totum negotium belli ad Prin-
cipem pertinet ; quisque autem ex suo ne-
gotio sibi acquirit. 2. Ius prædandi est ef-
fectus belli , adeoque ei tantum competit ,
qui ius belli gerendi habet. Sane 3. ius
oritu ex illa necessitate , qua injuria facta
ab hoste reparari debet : at injuria non est
facta nisi reipublicæ & qui eam repræ-

fentat , Principi ; omnia igitur , quæ ad in-
 » juriae reparationem faciunt , ad eum perci-
 » nent. Accedit 4. quod bellum geratur sum-
 » titibus reipublicæ : cuius autem est onus ,
 » ejus etiam debet esse commodum. Denique
 » & 5. milites non sunt nisi instrumenta ,
 » quorum actio non est agentium , sed Prin-
 » cipis , cuius nomine agunt : adeoque quic-
 » quid ex illa actione acquiritur , cedit Prin-
 » cipi tanquam causæ actionis , non vero in-
 » strumento. Neque enim milites suo jure
 » offendere hostem , adeoque nec prædam a-
 » gere possunt : idque confirmatur exemplo
 » negotiorum gestorum , & mandatariorum ,
 » qui nunquam ex alieno negotio lucrantur.
 » Atque hoc inevitabilis argumento 6. Scipio
 » Masinissam repulit , qui captam Sophonibæ
 » Syphacis regis uxorem sibi ducere cum
 » vellet , Scipio exceptit , Syphacem populi
 » Romani auspiciis victimum , captumque esse ;
 » indeque conjugem , regnum , agrum , oppi-
 » da , homines , qui incolunt , & omnia de-
 » nique , quæ Syphacis fuere , prædam popu-
 » li Romani esse. *Liv. l. 30. c. 14.* Ipse
 » Masinissa , qui fidem dederat , quam præ-
 » stare non potuit , ea ratione se excusabat ,
 » arbitrium ejus præstandi adimi ab iis , qui
 » possent. *ibid. c. 15.* Adde exempla , quæ
 » afferat Auctor §. 14. 15. & 16.

Cæterum , Princeps pro lubitu suo de hoc
 » jure disponere , & vel prædam jure belli
 » captam ærario inferre , vel eam ducibus ,
 » vel militibus , vel piis causis relinquere po-
 » test : quidquid autem ita alii conceditur ,
 » hoc est ex arbitrio Principis. Quod igitur
 » militibus concedi soleat pars , non est ex
 » debito , sed liberalitate , vel in præmium
 » virtutis , vel ad animandum eos : & quod
 » indignati læpe sint milites , non ex jure
 » contigit , sed ex injuria , & avaritia militum
 » fideliosorum ; vel quod duces , cum arbi-
 » trium dividendæ prædæ concessum ab Im-
 » peratoribus fuerit , nullam militum habue-
 » rint rationem.

Jure Romano certum est , res hostiles
 » cedere Principi , *l. 11. pr. ff. Evid.* ubi
 » princeps distrahit prædam , vel Veteranis
 » in præmia assignat : & in *l. 20. §. 1. Capt.*
 » & post. publicari dicitur ager ab hoste cap-
 » tus. Divus Commodus rescripsit , captivo-
 » rum bona in fiscum esse cogenda. *l. 31. ff.*
 » de jure fisci. Capros vendi ab Imperatore
 » solere , indeque servos a servando dictos
 » esse , apparet ex *l. 4. §. 2. ff. stat. hom.*
 » Qui prædam ab hostibus captam surripit ,
 » lege

quæ ad in-
eum perti-
geratur sum-
est onus ,
m. Denique
strumenta ,
, sed Prin-
eoque quic-
cedit Prin-
on vero in-
es suo jure
c p r d a m a-
tur exemplo
datariorum ,
o lucrantur.
o 6. Scipio
Sophonis-
ducere cun-
cem populi
mque esse ;
um , oppi-
omnia de-
dam popu-
lum . 14. Ipse
quam pra-
excusabat,
ab iis , qui
mpta , quæ

lege peculator tenetur , l. p. ff. Leg. jad. pec. Adeoque ea pecunia publica est (pecu-
latus enim crimen tantum locum habet
in pecunia publica). Vid. infr. §. 21. in fin.
JCTi Romani ab hac regula duos exci-
piunt casus. 10. Statount res mobiles ce-
dere privatis capientibus , si privatim cap-
tae sunt. Celsus ait in lib. 51. ff. acquir.
rer. dom. Quæ res hostiles apud nos sunt ,
non publica , sed occupantium sunt. Item
Nerva in l. 1. §. 1. acq. poss. res nullius ,
& res bello captas eodem jure habet , ut
cedant occupanti. Conf. l. 5. in f. ff. Ac-
quir. rer. dom. & §. 31. Inst. de rer. div.
20. Si res ab hoste capte iterum recipiun-
tur , jure postliminii pristino restituuntur
domino. l. 28. ff. Capt. & poss. Conf. in-
fra c. 9.

Additio.

Evidem in eo errat Auctor , 1. quod
juri gentium voluntario tribuat jus occu-
pandi res hostiles ; & quod promiscuum
illud jus saltem obtainere , putet , an bel-
lo publico jure gentium solenni : cum id
ex ipsa ratione naturæ sequatur. 2. Quod
ait , gentibus placuisse ut res hostium ho-
stibus essent non alio loco , quam quo
sunt res nullius ; quod verum non esse ,
mox demonstrabimus.

Cæterum , in eo cum Auctore conveni-
mus , in quæstione de acquirenda re ho-
stili distinguendum esse inter actus belli
vere publicos , & inter actus privatos.
Priores actus a subditis , & militibus pe-
raguntur jure , & nomine populi. Capien-
tes haec tenus sunt instrumentum civitatis ,
ejusque Rectoris , & actio eorum non est
agentium , sed causæ , cuius nomine a-
gunt : adeoque quicquid in ministerio pu-
blico capit , cedit civitati. Vid. infra §.
10. §. 12 n. 1.

Postiores actus sunt jure , & nomine
singulorum , & occasione belli publici.
Cipientes non sunt instrumentum civita-
tis , adeoque quicquid capiunt non ca-
piunt ut ministri , sed promiscue , aut so-
lo permissu , d. §. 10. §. 12. §. 14. §. 15.
Regula i. itur naturæ est , quod res ho-
stili singulis acquiratur capientibus. Nam
I. JCTi Romani inter modos acquirendi
dominii , qui cum ipso humano genere ori-
ginem ceperunt , referunt capturam rerum
hostilium , l. 1. jndct. l. 5. §. 7. A. R. D.
U. i. igitur omnia animalia , quæ terra ,
maris , coelo. capiuntur , ita & ea , quæ ex

hostibus capiuntur , statim sunt capien-
tiū L. 1. §. 3. jndct. l. 7. A. R. D.
Adeo ut res hostiles , quæ exerto bello
penes nos inveniuntur , non publica , sed
occupantium sunt , L. 51. §. 1. A. R. D.
& personæ , quæ subito exorto bello
fato apud nos jam hostes comprehendun-
tur , servi sunt. l. 12. pr. Captio. & poss.
Ratio naturalis II. non in eo consistit ,
quod gentibus placuerit ut res hostium
hostibus essent non alio loco , quam quo
sunt res nullius : vera ratio naturalis est ,
quod hostis criminis reus , & morte di-
gaus sit ; adeoque si civitas aliquem pro
hoste declarat , eo ipso cuicunque civi faci-
tatem concedit tantudem mali ei infli-
gendi , res ejus vastandi , & capiendo &c.
Per hanc capturam igitur nemini fit in-
juria : non hosti , qui mori meruit , &
cui tanquam criminis reo omnia jura au-
ferre licet : non civitati nostræ , quæ
nullum jus in personas , & res hostis ha-
buit. Idque III. extra dubium est in sta-
tu populari , ubi bellum non tantum a
Senatu , sed a toto populo , non tantum
civitati hostili , sed & singulis ejus subdi-
tis denunciatur , ut ex formulis apud
Grot. l. 3. c. 3. §. 8. n. 1. c. 3. §. 7.
apparet. Accedit IV. summa æquitas ,
quam mox uberior exponemus.

Neque obstat , cives , & milites per se
jus belli non habere ; adeoque eos sem-
per agere jure , & nomine civitatis , cui
soli jus belli competit : præterea bellum
geri sumtibus publicis , adeoque prædam
quoque publico cedere debere. Resp. In-
juriam non tantum civitati , sed & singu-
lis inferri. Hinc non tantum Senatus ,
sed & populus apud Romanos bellum de-
nunciabat. Cives igitur dupli jure ho-
stem dædere , adeoque & res ejus capere
possunt : 1. ut pars civitatis , si in mini-
sterio publico capiunt : 2. ut singuli ;
cum enim res singulorum quoque ab ho-
stibus capiantur , & vastentur , cum sin-
guli opibus suis ad sumtus belli contri-
buant , æquissimum videtur , ut id , quod
hosti privatim eripiunt , vicissim ipsorum
commode cedat.

Hoc autem verum saltem est quoties
singuli suo jure , & nomine capiunt. Se-
cundus igitur si jure , & nomine populi , seu
Principis capiunt , quia diximus , capien-
tes hoc casu esse instrumentum alterius
causæ ; adeoque quicquid acquirunt non
sibi ,

» sibi , sed cause acquirere : ipsa enim actio
» non est instrumenti , sed cause. Atque
» hoc pertinet testimonium Halicarnassensis
» de moribus Romanorum : quod ea , qua
» per virtutem ex hoste capta sunt , lex ju-
» beat esse publica , non vero capientiam. Vid.
» infra §. 14. n. 4.

» Bene autem observavit Auctor , res fo-
» li semper actu belli publico capi videri ,
» adeoque semper acquire populo , ejusque
» Rectori ; quia alibi probavimus , rem cap-
» tam non videri , nisi cum in custodia
» nostra , & potestate corporali ita est con-
» stituta , ut ab hoste iterum eripi non
» possit. Quod in rebus incorporalibus fieri
» nequit ; nisi inducto exercitu , vel positis
» praesidiis , qui sunt actus publici. Idque
» ex jure Romano , & gentium praxi , Au-
» tor probat infra §. 11.

Cui in bello publico , ac solentzi] Adeo-
» que Auctor non querit , cui jure naturae
» praeda cedat , sed cui jure gentium vo-
» luntario. At frustra de eo queritur : quia
» tale jus non existit.

Ipsius populo] Cujus jure , & nomine
» bellum geritur.

*An singulis , qui de populo , aut in po-
» pulo sunt]* i. e. an singulis capientibus ?

*Valde enim bie variant recentiores juris
» interpretates]* Auctor his interpretibus fidem
» exignam in doctrina juris naturalis tri-
» buit. Vid. proleg. §. 53. 54. & 55.

In jure Romano] L. 5. in f. l. 51. ff.
» Acq. ver. dom. l. 1. §. 1. A. P. §. 17.
» Inst. de ver. d.

Canonum] Canones tradunt , cedere
» praedam victori debere , i. e. Principi ,
» c. 23. q. 5. c. 25. ibi : cum prada in
» victoris (Abrahæ) potestate fuerit. Sed le-
» quuntur de praeda ab exercitu capta , adeo-
» que actu bellico publico.

*Primo , ac jure ipso fieri capta singulorum ,
» qui manu capiunt]* Quia res capta per-
» venit in eorum corporalem potestatem.

*Atamen duci assignanda , qui inter mili-
» tes distribuat.]* Contradiccio est , primum
» praedam jure fieri singulorum , & tamen
» assignandam esse ducibus , ut eam distri-
» buant.

Hoc accuratis a nobis refutanda] Satis
» refutatur ex principiis antea positis.

Tali auctoritat] Quæ ex interpretibus
» juris sumi solet.

Quia gentium consensu utrumvis potuisset

constitui] Frustra de tali consensu gen-
» tium universali queritur. Nos quid jure
» naturæ obtineat , querimus.

*Sed quid voluerint querimus , & dicimus ,
» gentibus placuisse &c.]* Quæ sequuntur ,
» obscura admodum sunt , nec rationi juris
» naturæ satis convenient : paulo igitur ac-
» curatius examinanda sunt.

Auctor , nimirum , in decidenda quæ-
» stione , *cuiam præda acquiratur* ? præ-
» mittit , aliud obtinere jure naturæ , aliud
» jure gentium in bello jure gentium pu-
» blico , & solcandi. *Jure naturæ* prædam
» acquiri , putat , capienti , si justam causam
» habet ; at non ultra modum debiti , & poe-
» næ : *Jure gentium* autem , in bello publi-
» co jure gentium , prædam capienti acquiri ,
» et si justam causam non habeat , & in infini-
» tum ; scilicet , quoad impunitatem , & do-
» minium externum.

» His præmissis querit , cui jure gentium
» præda in bello jure gentium publico acqui-
» ratur ? An capienti , an populo ? & respon-
» det , placuisse gentibus , ut res hostiles
» eodem jure habeantur , quo res nullius ,
» Vid. §. 8. n. 1 ; res nullius autem cedere
» occupanti. Vid. §. 9. n. 1.

» Addit , capientes vel pro se , vel pso
» aliis capere posse , etiam per liberas per-
» sonas , quia naturaliter homo hominis alte-
» riis volens volentis instrumentum esse pos-
» sit ; indeque distinctionem inter acquisi-
» tionem per filios , aut servos , & per libe-
» ras personas , meri esse juris civilis , & per-
» tinere ad acquisitiones civiles , contendit :
» jure naturæ enim idem esse putat , an quis
» per se faciat , an per alium , vid. §. 9 ;
» idque lege Modestini , & Severi proba-
» ri , ait.

» Hinc concludit , distinguendum esse ,
» an quis ut privatus , an ut minister alte-
» riis , adeoque in ministerio publico ca-
» piat : illo casu prædam cedere singulis ca-
» pientibus , hoc casu civitati , ejusque re-
» ctori , §. 10. seq.

» At plurima hic notanda occurunt. Nam
» 1. negamus , jure naturæ ante ultimam
» victoriam constare posse de iustitia cause :
» adeoque durante bello afferi nequit , ju-
» re , an injuria præda capta sit. 2. Neg-
» mus , jure naturæ tantum capere licere
» intra modum debiti , & poenæ ; alibi enim
» probavimus , capi res hostiles in infini-
» tum posse. 3. Negamus , dari jus aliquod
» gentium voluntarium ; adeoque frustra quæ-
» ritur ,

tali consenso generatur. Nos quid jure sumus. Quæ sequuntur, nec rationi juris paulo igitur accidunt.

In decidenda quæ acquiratur? præsumere naturæ, aliud jure gentium præsumere naturæ prædam, si justam causam cum debiti, & pœnitentiam, in bello publico capienti acquiri, eat, & in infinitatem, & do-

ui jure gentium & publico acquisitum? & responso ut res hostiles quo res nullius, non autem cedere.

Pro se, vel propter liberas personas hominis alterentum esse possit, inter acquisitionis, & per liberam civilis, & persones, contendit: putat, an quis Sevari probat, vid. §. 9;

enundum esse minister altero publico care singulis casis, ejusque recurrente. Nam ante ultimam iustitia cause: i nequit, i. capere; alibi licere; illes in infinitari jus aliquod fructu quoque ritur,

ritur, quid eo jure obtineat. Verum igitur non est, gentibus placuisse ut res hostiles sint eo loco, quo res nullius, & ideo cedant occupanti, neque Nervam id tradidisse, mox demonstrabimus. Vid. §. 9. n. 1.

Negamus 5. discrimen inter acquisitionis nem per servos, aut filios, & per liberam personam, esse juris civilis, & tantum ad acquisitiones civiles pertinere; quod statim examinabimus: simulque probabimus, id nec ex lege Modestini, nec ex lege Severi probari. Denique 6. probavimus, discrimen inter occupationem prædæ quæstæ in ministerio publico, & quæstæ actu privato, in ipsa naturæ ratione fundari.

Ut res hostium hostibus essent non alio loco, quam quo sunt res nullius] " Verum non est, gentibus placuisse ut res hostiles eodem loco sint, quo res nullius. Neque Nervæ dictum id probat; is enim patritatem in eo faltem ponit, quod res hostiles aquæ, ut res nullius, cedant ei, qui primus earum possessionem nactus est: l. 1. §. 1. ff. Acq. poss. at ex diversa plane ratione; nam res nullius cedunt occupanti, quia dominum non habent, res hostiles autem acquiruntur capienti in poenam injuriæ civitati illatae.

AD §. IX.

Auctor recte ait, uti res nullius, ita & res hostiles per alios nobis acquiri posse, quorum nimis instrumento utimur: unusquisque enim de sua actione disponere, atque alii lucrari potest.

Res, quia nullius sunt] " Et quæ eodem loco sunt, res hostiles. §. præced.

Fiunt quidem capientium] " Dominium enim hostis definit, ex quo res capta est.

Sed tam eorum, qui per alios capiunt] " Per alios, qui tanquam instrumentum operam illis navant, & eorum nomine capiunt.

Quam quia per se] " Suo scilicet jure, & nomine.

Ita non servi tantum, aut filii, &c.] " Hi naturali ratione sunt instrumentum dominii, & patris; adeoque quicquid capiunt eis acquirunt, etiam ignorantibus. Vid. Diff. proœm. XII. §. 159. n. 4. &c.

Text. IV.

Sed & liberi homines] " Qui talem legem suæ actioni dicunt, ut alii volentes ex ea lucrari debeant. Eiusmodi igitur homines liberi alli non acquirunt, nisi eo volente. Qui in piscando, aucupando, venando, margaritas legendi &c.] " Adeoque & in militando.

Statim quod acceperunt, acquirunt ipsis, quibus operam navant] " Quia volentes eorum jure, & nomine capiunt; adeoque actio non est agentis, sed ejus, cuius nomine agitur.

Quod naturaliter acquiritur] " i. e. facto aliquo; uti prehensione possessionis.

Animo utique nostro, corpore vel nostro, vel alieno] " Acquiritur possessio animo nostro, non alieno: adeoque nemo mihi invito, vel ignorantia, possessionem acquirere potest. Vid. diff. proœm. XII. §. 159.

At corpore alieno omnino ea nobis acquiri nostra voluntate potest.

Si id ea mente faciant, ut operam nobis accommodent] " Duo igitur requiruntur, ut per liberas personas nobis acquiratur: 1. ut velint esse instrumentum, i. e. nostro nomine capere: 2. ut id fiat nostro consensu, l. 53. ff. A. R. D. l. 24. ff. A. P.

In Olympiis] " De quibus vide Alex. ab Alex. Gen. dier. 5. 8. Conf. Gron. & Tesm. b. Ratio est, quia naturaliter homo &c. Quicquid ergo ex hoc facto acquirit, illud non sibi acquirit, sed causæ, cuius est instrumentum.

Ut & alibi] " L. 1. c. 3. §. 3. &c. §. 1.

Discrimen, quod traditur &c.] " Nimirum, quod jure gentium patri, & domino acquiratur per servum, & filium: non per liberam personam.

Juris est civilis] " Immo discrimen hoc ex ipso jure naturæ oriri, probavimus in diff. XII. §. 159. n. 4. &c.

Et ad civiles acquisitiones &c. pertinet] " Immo etiam ad naturales; nam jure Romanorum ex omni contractu, & ex omni pacto filii acquiritur patri. Vid. Diff. XII. §. 159. n. 5. Eodem modo uti ex omni promissione servi ipso jure acquiritur domino, dict. Diff. XII. §. 133.

Ut ex dicto Modestini loco apparet] " Verba Modestini haec sunt: Ea, quæ CIVILITER acquirantur per eos, quæ in potestate nostra sunt, acquirimus, velut per stipulationem: quod NATURALITER acquiritur, sicuti est possessio, per quemlibet voluntibus

H

» *lentibus nobis possidere acquirimus.* Auctor
» ex hac lege probare vult, regulam illam,
» quod pater, & dominus acquirant per fi-
» lium, & servum, non vero per extraneam
» personam liberam, esse *juris civilis*, & per-
» tinere ad *civiles acquisitiones*.

» At Grotius mentem Jurisconsulti non
» rite percepit. Is enim non distinguit in-
» ter *jus civile*, & *jus naturæ*; nec inter
» acquisitiones *juris civilis*, & *juris natu-*
» *ralis*: sed inter acquisitiones, quæ *civi-*
» *ter* fiunt, & eas, quæ fiunt *naturaliter*.

» Juxta stylum enim *juris Romani* *natu-*
» *raliter* aliquid acquiri dicitur, quando fa-
» ctum aliquod, actus aliquis corporis ac-
» cedit. *Civiliter* autem, quando nullo fa-
» cto, nullo actu naturali intercedente, so-
» la voluntate acquisitionis fit.

» *Naturaliter* igitur acquirimus per appre-
» hensionem possessionis, per traditionem,
» occupationem, &c: *civiliter*, per stipu-
» lationem, per pactum, &c.

» Eodem sensu in jure Romano dicitur
» resolvi debitum *naturaliter*, quando tolli-
» tur facto quodam naturali, v. gr. per fo-
» lutionem, interitu rei, &c: *civiliter*, quan-
» do citra factum, sola voluntate, debitum
» tollitur, v. gr. per acceptilationem, con-
» fusionem, &c. *I. p. ff. Solut.*

» Certissimum igitur est, acquisitiones,
» quæ *civiliter*, vel *naturaliter* fiunt, non
» intelligendas esse de acquisitionibus *juris*
» *civilis*, vel *juris naturalis*, ut Auctor er-
» rat; sed de acquisitionibus, quæ vel sola
» voluntate, adeoque *civiliter*, vel acceden-
» te facto, i. e. *naturaliter* fiunt; & qua-
» rum utraque ratione naturali nititur, uti
» jam videbimus.

» Sane, ipsa naturæ ratio obstat, quo mi-
» nus ea, quæ *civiliter* acquiruntur, v. g.
» pacto, tertio per liberas personas acquiri
» possint; non enim potest ex conventione
» mea tertio obligatio nasci; & cum obli-
» gationes personæ cohærent, non possunt
» illæ, quarum omne jus ex pactione, vel
» consensu nascitur, extra personas pacif-
» centes consistere. Nec allegari potest, ter-
» tium per te tanquam instrumentum, tuo-
» que ministerio pacisci posse; quia volun-
» tas tua non est instrumentum alterius na-
» turaliter, nec agendi ministra, sed causa,
» ac domina; adeoque ex iis, quæ ab ani-
» mo magis consistunt, tertio, aut in ter-
» tium jus non queritur: quæ sunt verba.
» B. Parentis in *Disp. de jure tertii* §. 3. At-

» que hinc regula naturæ est, quod nemo
» alii pacisci possit. *Diff. proæm. XII. §.*
» 416. & 417.

» Econtrario natura nihil obstat, quo mi-
» nus ea, quæ *naturaliter* acquiruntur, i. e.
» quando actus corporalis intervenit, per li-
» beram personam acquire*i* possint. Corpus
» enim sua natura est instrumentum actionum,
» cuius ministerio agitur. Unde si actus ta-
» lis sit, ut corpore, seu corporali appre-
» hensione res comparetur, inde tertio jus
» queri potest, dummodo i. nomine tertii,
» seu ea lege ut tertii illa actio, ac nego-
» tium sit, apprehendat, *I. 18. ff. A. P.* &
» 2. de re sua agat, atque 3. tertius ratum
» habeat. Talis enim actio non instrumenti
» est, sed causæ principalis, cuius nomine
» agitur. *d. I. 18.* Nec magis interest sua,
» an aliena manu, seu corpore quis teneat,
» quam opifex suo, an alieno instrumento
» agat. *B. Par. d. disp. §. 4.*

» Atque hinc apparent ratio, cur *pignoris*
» *obligatio* per liberam personam acquiri
» nequeat: *possessione autem pignoris* possit.
» *I. 11. §. 5. Pig. act.*

Tuto igitur afferimus, discrimen, quod
» traditur inter liberas personas, & serviles,
» non esse juri *civilis*, nec ad *civiles* fal-
» tem acquisitiones pertinere, sed in ipsa
» ratione naturali fundari: ideo enim per
» servos *civiliter* quoque domino acquiritur,
» quia servi subjecti sunt alieno dominio,
» adeoque omnes eorum actiones dependen-
» t ab arbitrio domini. Sane, servus
» nullius juris capax est, nec proprii aliquid
» habere potest, adeoque si servo aliquid
» promittitur, soli domino actio datur, &
» servus est instrumentum domini. *Vid. diff.*
» *proæm. XII. §. 135. per tot.*

» At per liberam personam ea, quæ *civi-*
» *liter* fiunt, nunquam nobis acquiruntur;
» tota enim illa ratio cessat. Sane, is, qui
» tertio pacificatur, non est ejus dominio sub-
» jectus, adeoque non nisi volenti pacisci
» potest.

» Ceterum, frustra hæc disputantur in ac-
» quisitione rei hostilis; cum enim hæc sem-
» per *naturaliter* acquiratur, nimurum,
» per apprehensionem, extra dubium posi-
» tum est, eam per liberam personam, adeo-
» que per subditos, & milites quoque acquiri
» posse.

, quod nemo
am XII. §.

ostat. quo mi-
niuntur, i. e.
venit, per li-
llint. Corpus
rum actionum,
de si actus ta-
orporali appre-
nde tertio jus
nomine tertii,
actio, ac nego-
8. ff. A. P. &
tertius ratum
n instrumenti
cujus nomine
interest sua,
quis teneat,
instrumento

cur pignoris
nam acquiri
gnoris possit.

crimen, quod
as, & serviles,
ad civiles sal-
, sed in ipsa
deo enim per
no acquiritur,
eno dominio,
tiones depe-
Sane, servus
proprii aliquid
servo aliquid
actio datur, &
ini. Vid. diff.

ea, quæ cito-
acquiruntur;
Sane, is, qui
as dominio sub-
volenti pacisci
sputantur in ac-
enim hæc sem-
, nimirum,
dubium pos-
sonam, adeco-
quoque acquiri

Has ipsas] " Scil. civiles acquisitiones.

Severus Imperator postea ad naturalium exemplum admovit proprius] " Respicit Auctor ad L. I. c. Quod cum eo, qui in al. pot. Nam ita corrigi debet allegata ab Auctore lex I. C. per quas pers.) ubi Imperator Severus ait, patrem teneri ex tutela, vel gesto negotio filii, sed tantum de peculio, vel in rem verso. Tunc autem in solidum patrem teneri, ait, si patris voluntate Decurio factus, & a magistratu tutor constitutus est; additque rationem: quia id omnis exemplo caterorum manerum civilium introductum intelligatur.

Fateor, me non satis vim hujus argumenti percipere; nec mihi constare, quomodo assertum Auctoris, quod Severus acquisitiones civiles ad naturalium exemplum proprius admoverit, ex d. l. I. probari possit, cum de acquisitione civili, aut naturali, nulla ibi questio sit. Vid. not. ab hac alteram.

Non utilitas tantum ratione, ut ipse proficitur] " Severus nullibi profitetur, se utilitas gratia acquisitiones civiles ad naturalium exemplum proprius admovisse.

Sed scilicet Jurisprudentia] " Jurisconsulti doctrina in l. I. c. Quod cum eo scilicet est ipsum jus naturæ: Jure naturæ enim patet, & dominus non tenentur ex tutela filii, nisi de peculio, & de in rem verso. Diff. proem. XII. §. 587. At si patris voluntate fit decurio, eoque munera publica, ut tutelam, approbante patre sufficit, tunc pater tenetur in solidum, quia ejus voluntate filius uti reliqua mutera civilia, ita & tutelam suscipit.

Semoto ergo civili jure] " Quod distinguere, ait, inter personas liberas, & serviles.

Locum habet, quod dicitur, per alium quem facere posse quod per se ipsum potest]. At hæc regula jure civili quoque obtinet; Vid. Barbos. loc. com. verb. facere: & id tantum interest inter personas serviles, & liberas, quod illæ naturaliter sint instrumentum domini, etiam inviti, acquirant que dominis etiam ignorantibus; cum liberae personæ saltem volentes aliis voluntibus acquirant.

Et perinde esse, per se quis faciat, an per aliam] " L. I. §. 12. ff. Vi arm. l. 5. §. 3. ff. Adm. tut. l. I. §. 1. ff. Ne per eum scilicet Barbos. d. l.

A D §. X.

AUCTOR rejecto discrimine inter servos, & liberas personas, ait, principi acquiri quicquid actu publico, etiam per liberas personas, capit, non vero quod actu privato: id enim cedere singulis; quod jure naturæ verum non esse, infra demonstrabitur, quia singuli non suo jure, & nomine agunt, sed jure, & nomine Principis.

A D D I T I O.

Contrarium demonstravimus §. preced. Distinguendum ergo scilicet] " Quia scilicet jure gentium etiam per liberam personam nebis acquirere possumus.

In nostro negotio] " Scilicet, in questione, cui acquiratur præda ab hoste capta.

Vere publicos] " Ubi, scilicet, præda capitur obtento prælio, vel obsecra civitate.

Et inter actus privatos, qui sunt occasione belli] " V. gr. durch partbeyen: vel si singuli hostes a singulis spoliantur.

Privatis res quaritur primo, ac directe] " Per hanc occupationem privatam, quæ singuli suo jure, & nomine capiunt, nemini fieri injuriam, supra diximus.

Per illos actus populo] " Capientes enim jure, & nomine populi tunc capiunt.

Ex hoc gentium jure] " Tale non dari, diximus. Iuri naturæ igitur convenit, non juri gentium, quod Scipio Masinissa respondit, Syphacem jure populi Romani victum, & captum, adeoque prædam populi esse.

Cui Ptolemaeus navasset operam] " Ptolemaeus igitur socius fuit; accessit causa Seleuci, ejus jure, & nomine bellum gefit: & sic fuit saltem instrumentum.

A D §. XI.

Res soli] " Res mobiles ex hypothesi Auctoris populo non nisi actu vere publico acquiruntur, §. preced. At immobiles semper populo acquiri, ait, quia semper capiuntur per actum vere publicum, ut per inductionem exercitus, vel impositionem præsidii.

Præda non cedit] " Quod igitur præda cedit, non fit publicum, sed capientis.

Ratione non caret] " Quia suo nomine, & suo jure capiunt.

H a

Publio

- Publico concessu]* " Immo circa concessum,
 „ si singuli capiunt suo iure.
 2 *Apud Hebreos]* Conf. Num. 32. Jof. XII. v. 14. § 18.
Romani captos agros aut locandos retinuerunt] " Nimirum , locandos ad tempus ,
 „ l. 1. ff. si ager velelliga.
Interdum modico veteri possessori bonoris gratia relido] " Liv. lib. 8. cap. 1.
Aut distraxerunt] " Et pecuniam in æ-
 „ rarium transfulerunt.
Aut assignarunt colonis] " Plerumque
 „ veteranis , Liv. 31. c. 4 , aliusque bene
 „ meritis , Liv. 26. c. 21. l. 31. c. 49. l. 32.
 „ c. 1. aliquando populo distribuerunt ,
 „ Liv. l. 3. c. 1.
Aut fecerunt velelligales] " i. e. perpetuo
 „ locarunt. Vid. l. 1. ff. si ager velelliga.
Parte agri multarunt] " Privernatibus
 „ partes agri duæ admittæ. Liv. l. 8. c. 1.
Consecratos interdum] " i. e. Diis , seu
 „ templis concessos. Vid. Suet. Jul. c. 20.
-
- A D §. XII.
- I** *A u t in ministerio publico capiuntur , aut extra illud]* " Rectius , aut jure , &
 „ nomine populi capiuntur , aut jure pri-
 „ vato.
Fuerit singulorum capientium] " Non enim
 „ capiunt qua instrumentum populi.
Et buc] " Scilicet , ad capita extra mi-
 „ nisterium publicum.
Celfi] " In l. 51. §. 1. ff. A. R. D. quod
 „ Gaius repetit in l. 5. §. 1. capt. § postl. &
 „ Nerva quoque statuit in l. 1. §. 1. ff. Ac-
 „ quir. postf.
Id est bello orto apud nos deprehenduntur] " Nam ex quo bellum denunciatum
 „ est , omnia licent in hostem , quæ ad
 „ reparationem juris nostri pertinent. Si
 „ igitur res , vel personæ , quæ hostis sunt ,
 „ in nostro territorio inveniuntur , res ce-
 „ dunt occupanti , d. l. 51 , personæ autem
 „ sunt servi , l. 12. pr. capt. § postl. l. X.
 „ pr. ff. A. R. D.
Ut habent libri] " Scilicet , vulgata , quæ
 „ habet factio ; Haloandrina , quæ habet pa-
 „ ctio. Conf. Gron. b.
Nam talia factio adscribere] " i. e. for-
 „ tunæ seu casui.
 2 *Indidem venit]* " Scilicet , quia extra
 „ ministerium publicum capitur.
Aut in eo , quod facere jubentur] " Tunc
- „ jussu publico prædam capiunt , adeoque
 „ præda indubie est publica.
Quod promiscuo iure] " Adeoque non
 „ tanquam instrumentum populi , sed suo
 „ privato nomine , & jure.
*Auct solo permisso &c. statim sibi acqui-
 „ runt]* " Germ. *Wann Partbeyen ausgejebickt
 „ werden* ; quod Auctor apud Italos cor-
 „ rerium vocari , ait.
Capiunt enim non us ministri] " i. e.
 „ non capiant in ministerio publico. Vid.
 „ §. 10.
In dimicatione singulari] " Etsi enim di-
 „ micatio singularis non nisi publico per-
 „ missu fieri possit , dimicans tamen non
 „ agit ut instrumentum populi.
In liberis , & injussi] " Adeoque ubi
 „ non nomine , & jure populi res capiuntur.
Correriam vocant] " A currere , sive ab
 „ excursionibus : quod Galli vocant faire
 „ des courses , ou aller en parti. Germ. auf
 „ Partbey ausgeben.
A butino] " Italis enim il botino est illa
 „ præda , quæ post conflictum ordinatum
 „ obtenta victoria capitur. Vid. Grammat.
 „ Dec. Neap. dec. 71 n. 18.
-
- A D §. XIII.
- T** A L I A &c.] " Scilicet , res mobiles
 „ extra ministerium publicum captae.
*Ut id juris gentium sit ante omnem ea
 de re legem civilem]* " Sensus est , quod
 „ leges civiles hoc jus Gentium (quo res
 „ ejusmodi cedant capientibus) mutare , &
 „ statuere possint ut fisco inferantur. At to-
 „ ties dictum est , non dari jus gentium.
 „ Dictum quoque est , prædam ipso naturæ
 „ jure cedere capienti , adeoque singulis ,
 „ si suo jure capiunt ; populo , si ejus no-
 „ mine , & jure , res capiuntur.
Et dominium singulorum antevertere] " [
 „ Eoque jus singulis jure gentium quæsi-
 „ tum auferre.
*Sicut multis in locis de feris , & avibus
 factum videamus]* " Has enim jure Gentium
 „ cedere occupanti , jure civili autem fisco
 „ adscribi , dixit supra L. 2. c. 2. §. 5. c. 3. §.
 „ 5. c. 8. §. 1. & §.
Sic enim introduci etiam lege potest] " [
 „ Princeps jus a natura quæsumum ob utili-
 „ tam publicam auferre subditis potest.
 „ Adeoque & statuere potest , ut res hosti-
 „ les non cedant occupanti.

A D §. X I V.

I De bis, que quis actu bellico capit, alia ratio est] " Quia in ministerio publico capiuntur. Vid. supra §. 12. n. 1.

Ibi enim singuli Republicae personam sustinent] " Adeoque sunt instrumentum reipublicæ, ejusque jure, & nomine agunt.

Per eos populus] " Quia singuli sunt instrumenta populi, cui proinde tanquam causa omnia acquirunt.

Si lex civilis] " Si lege statuitur ut præda exercitui, Diis, &c. acquiratur.

Ut possessionem, ita & dominium transficitur] " Id jure gentium in bello saltem solenni, & quidem quoad effectus exter nos obtainere, Auctor putat. Nos id juris naturæ esse, probavimus.

Et id in quos vult transfert] " Ex quo enim dominus factus est, pro libitu de re sua disponere potest.

Quod quia direcle pugnat cum vulgaris opinione] " Quasi primo, ac jure ipso capita fiant singulorum, attamen duci afflignanda, qui inter milites distribuat. Vid. §. 8.

Ex nobilium populorum exemplis] " Unde apparebit, prædam actu bellico, & publico captam cessisse Principi, qui vel fisco eam inferre jubebat, vel militibus distribuebat. Nos rationibus naturæ id modo probavimus.

Omnia jam divisa] " In bello sociali enim præda inter socios dividitur.

Partim ut totius Gracia eo tempore princeps] " Immo nullum jus in Gracia prævincias habuit; qualibet civitas suo jure, suisque legibus utebatur.

Atque ita populi gerens vicem] " Cum Graciæ populi liberi fuerint, nec Agamemnoni ullum imperium in eos competit, verum non est, eum, vicem populi Graciæ cessisse.

Quo jure ipse, sed cum senatu, prædam dividebat] " Dividebat prædam non ut populi gerens vicem, sed ut caput foederis, adhibito consilio omnium civitatum græcarum.

Partim ut munere fungens imperatorio] " Ex pacto, tanquam foederis caput.

Partim ceteris, majorem] " Propter dignitatem, & in pensionem laborum.

De consilio publico] " Adeoque consensu civitatum, quarum intererat.

Pheonix, & Ulysses] " Duces igitur Græciæ asservabant prædam, quæ proinde non dependebat ab arbitrio Agamemnonis.

Prædam Marathoniam asservat Aristides] " Quæ sociarum civitatum nomine, & jure, capta fuit.

Né quis de præda privatim quicquam toleret] " Quia jure, & nomine civitatum Graciæ capta erat.

Pro populorum meritis] " Ad mensuram auxiliorum, quæ populi socii præstiterunt.

In publicum relata] " Quia jure civitatis bellum gerebatur. Idem a Timoleonte factum. *Corn. Nep. in Tim. c. 1.*

Ut in rebus communibus] " Quæ forte dirimi solent.

Arbitriū ejus dividenda penes Imperatorem] " Immo penes summam potestatem, cuius jure bellum geritur.

Ut intelligas, jus acquirendi dominii in captura sola non fuisse] " Et rem non factam fuisse capientium, nisi Imperatoris consensu.

Ad Cyrus] " Xenoph. *Inst. L. 4. n. 99;* §. 109. *L. 7. n. 184; & n. 193.*

Ad Alexandrum] " Curt. *L. 6. c. 2. §. 1. L. 4. c. 14.*

Cannenfi] " Ubi tres annularum modii capti fuerunt.

Romani ceteris praefiterunt] " De præstantia Romanæ militiae vide *L. 3. c. 21. §. 2. n. 1.*

Non nihil ad invidiam] " Similiter Appius Claudius censuit, prædam Vejentini, nam in æxarium esse redigendam. *Lio. L. 5. c. 20.*

A D §. X V.

Auctor ait, populum quidem dominum præda fuisse si actu bellico capta fuerit, Imperatores autem arbitrium habuissent, eam distribuendi. At hoc arbitrium ipsi non competit nisi ex mandato populi expresso, vel tacito. Tacite autem mandatum videtur, si v. g. stipendium militibus non solvit; tunc enim stipendiorum loco pars præda tribui militibus potest, *Appian. bell. pun. n. 7. n. 12*: vel si singulari militum virtute victoria reportata

,, tata est, aut Dux intra fines administrationis de præda disponit. In dubio ma-
,, gis est ut populi consensus exspectetur.

Sed tale, ut actus sui rationem populo deberent] " Hinc saepius Imperatores ideo
,, in jus vocatos, & de peculatu accusatos,
,, legimus.

Et in his tamen] " i. e. in deditis : hi
,, enim per deditonem in jus populi victo-
,, ris transiunt ; qui proinde folus dispone-
,, re de deditis potest.

Mos deserebat Imperatoribus] " Intra fi-
,, nes administrationis. Exempla distributæ
,, ab Imperatoribus prædæ vide apud *Livium*
,, l. 7. c. 37. l. 8. c. 36. l. 21. c. 11.

Ab omni suspicione] " Vel avaritiam, vel
,, quod militum captarent benevolentiam.
,, Apud *Livium* duplex allegatur ratio :
,, 1. ne ex malignitate prædæ partitæ mili-
,, tum iram : 2. ne invidiam apud Patres
,, ex prodiga largitione caperent. *Liv.* l. 5.
,, c. 20.

Et qui retinebant] " i. e. in milites non
,, distribuebant.

Prous religioni] " Diis enim aliquando
,, offerebatur præda. *Vid. infra ad §. seq. n. 2.*
,, rubr. penult.

Fama] " Si in ærarium referebatur §. seq.
,, Ambitionis] " Si militibus relinquebatur.
,, *Vid. §. 17.*

A D §. XVI.

Qu i sanctissimi] " i. e. ab omni ambitione,
,, ne, vel avaritia alieni.

A questore populi] " Officium horum
,, quætorum, qui comitari Imperatores in
,, bello solebant, describit *Alexand.* ab *A-*
,, *lex. Gen. dier. l. 2. c. 2.* Huncque fuisse
,, antiquissimum morem, ex Dionysio didi-
,, cimus. *Vid. supra §. 14. n. 4.*

Manubiarum nomine] " Gellius l. 13. c.
,, 24. Aliud omnino præda est, ut in libris
,, rerum, verborumque veterum scriptum
,, est ; aliud manubia. Nam præda dicitur
,, ipsa corpora rerum, que capta sunt ; ma-
,, nubia vero appellata sunt pecunia a qua-
,, store ex venditione præda redacta. *Tefm. b.*

*Atque id antiquis, & melioribus tempo-
,, ribus]* " Quæ juri naturali magis conve-
,, niunt.

De questoribus] " Qui jure populi ven-
,, debant.

Sine questore] " Forte quod questor non 2
,, adesset.

Quantum ducum quisque] " Cum in præ-
,, cedentibus dictum sit, prædam virtute
,, bellica captam esse populi, indeque Du-
,, cum officium fuisse eam inferre æario,
,, fructu hanc in tem cumularentur exem-
,, pla.

Interdum militibus] " *Vid. §. 17.*

Interdum & alii] §. 19. seq.

Diis aut res ipsa data] " *Vid. Alex. ab*
,, *Alex. l. 3. c. 22. p. 408.*

*Ut spolia, quæ Romulus Jovi Feretrio
,, suspendit]* " Similia vide apud *Liv. l. 10.*
,, c. 29 ; & mox c. 46. *Conf. Alex. ab*
,, *Alex. l. §. c. 24.*

A D §. XVII.

Ambitiosum] " Periculum libertati
,, Romanae.

Dividitur, aut diripitur] " Prius fit per
,, Duces, qui juxta merita, vel stipendia
,, singulorum prædam distribuunt : poste-
,, rius fit, ubi singulis capere, captaque sibi
,, servare permittitur.

Aut ratione stipendiiorum] " Aut pro sti-
,, pendis debitiss, aut juxta proportionem
,, stipendiiorum.

Appius Claudius] " Mens Claudii fuit,
,, conslandam esse prædam in pretia, unde
,, stipendia militi solvantur, ut eo minus
,, tributi plebs solveret. *Liv. §. 20.*

Partem exercitus alteram] " Aliquando
,, de singulis manipulis secernebatur nume-
,, rus ; aliquando totus dividebatur exerci-
,, tus, ita ut pars altera in armis esset ad
,, omnes casus præveniendos, altera autem
,, per domos, & urbes mitteretur.

Etiam his, qui castra servarent] " Quia
,, victoria non ex solo actu estimatur, quo
,, capitur res, sed ex toto negotio ; quo
,, pertinet securitas castrorum, &c. *Livius*
,, l. 4. c. 59. ait, capta urbe Anxur Fa-
,, bium abstinuisse a præda, donec collegæ,
,, quos ad destinendos Volscos populatum
,, miserat, venirent : *Ab illis quoque exer-*
,, *citibus captum Anxur dicitans esse, quæ*
,, *ceteros Volscos a præfido ejus loci aver-*
,, *tiffent.*

Davidi] " Vixit Amalecitis. Sic Ruben,
,, & Gad moniti sunt ut prædam cum re-
,, lictis domi fratribus, qui patriam inte-
,, rim

rim defendebant, partitentur. *Jos.* 22. v. 8.
Quique per valetudinem] " Adeoque
per quos non stetit, quo minus pugna-
rent.

Aus delegata ministeria] " Qui ad ob-
servandas, aut defendendas certas statio-
nes durante prælio abesse jussi sunt.

2 *Sed redacta inde pecunia*] " *Vid. §. 16.*
num. 1.

Proportionem banc inuenio] " Id meri ar-
bitrii est. Apud Livium l. 10. c. 46. mi-
litibus ex præda centeni bini asses, & al-
terum tantum centurionibus, atque equi-
tibus tributum est. Apud Curtium ex pe-
cunia Babyloniae Macedonibus equitibus
sexcenti denarii tributi; peregrinus eques
quiagenos accepit; duoenis pedestrium sti-
pendium mensum est. *Curt.* 5. 1.

Meritorum] " *Vid. n. præced.* quorum ni-
mirum virtus eminuerat præ aliis.

A Posthumio] " *Vid. Gron. b.* Ita Aga-
memnon Achilli offert navem plenam æ-
nis, & auri, & viginti mulieres, quæ præ-
cipiat de præda. *Vid. supr. §. 15. n. 2.*

3 *Præcipuum sibi accipere quantum vellet*] *Ita Bibliotheca instructa relicta Essoxio*
in prædam concessit. *Cand. Vit. Elif. p. 4.*

4 *Laudatores illi*] " *Vide supr. §. 16. n. 1.*
Ipse se facere, ajebat] " *Dionyssius Hal-
carnass. l. 4.*

Pompejus] " *Conf. supr. §. 16. n. 1.*

5 *Et absentiam*] " Qui scilicet castra ser-
vabant, quique per valetudinem, aut de-
legata ministeria, aberant. *Vid. supr. n.*
1. in f.

Præsentium] " In confidens.

Minutiani exercitus] " *Vid. Gron. b.* Ra-
tionem cur consularem exercitum exclu-
deret, hanc allegat Dictator: *Carebis*
præda parte miles ex eo hoste, cui prope-
præda fuiisti; & tu *L. Minuci*, donec con-
sulariem animum incipias babere, *Legatus*
bis legonis præteris. *Liv. l. 3. c. 29.* Ni-
mirum, castra sua ab hoste circumdari
passus est Minucius, *Liv. l. 3. c. 19*; ab
hac obsidione eum liberavit Cincinnatus,
ibid. Unde præda partem nulla ratione
petere poterat exercitus obfessus, qui
præterea in memoriam beneficii, i.e. li-
berationis, coronam auream dictatori de-
crevit. *Liv. l. 3. c. 19.*

6 *A gestorum insuuatione*] " Supponitur,
largitiones factas esse fortissimis. *L. 36.*
§. 1. *C. de donat.* Tunc enim est pars ad-
ministrationis.

In columniam patuit] " Quasi ad conci-
liandos militum animos prædam divise-
rint, vid. *Gell. l. 4. c. 20.* & *Liv. l. 5. c.*
20; vel quod e publico liberales sint.
Appium Claudium in Senatu similem lar-
gitionem arguisse, ut novam, prodigam,
& inconsultam, Auctor pr. b. §. dixit.

A D S. XVIII.

Venio ad direptionem] " Nam præda x
militi concessa ab Imperatoribus aut divi-
ditur, aut diripitur. §. 17. n. 1.

Ea militi concessa] Immo urbs occupata
diripi, & deprædarne nequit, quia ex quo
occupata est, desinit esse hostis, nec am-
plius resistit juri nostro. Econtrario imperium
in eam nobis quæsumus est, non dominium
in singulos, aut in res singulorum. Urbs
desinit esse libera, at singuli non sunt ser-
vi; victor ergo cum victis agit tanquam
subditis, non vi, sed jure. Sane, inter vi-
tia Cæsaris refertur, quod oppida quædam,
quæ se submitterent, hostiliter diripuerit,
sepius ob prædam magis, quam ob deli-
ctum. *Suet. in Jul. c. 54.* Ipse tamen alibi
providit, ne militum introitu, & nocturni
temporis licentia oppidum diriperetur.
Cas. Bell. Civ. l. 1.

Exc. 10. si propter delictum victor illam
deprædam concedat, ut in urbe Capua
apud Livium, l. 26. c. 16: idque fieri jure
posse, ait Suetonius d. c. 54: 2^o. si vi, &
prælio occupata sit: vel 3^o. in expeditione
difficili ad animandos milites.

Additio.

Nostram sententiam de jure capienda,
& vastandi res hostiles, exposuimus supra
c. 5. §. 1. & in præced. §. 1.

Diu inbibuit] " Periculosa enim est ni-
mia illa ad prædam festinatio, ut ex exem-
pli Livii l. 3. c. 3. l. 8. c. 39. appareat.

Cujus præda setio non venierit] " Conf.
Gron. b. Alia exempla urbium direptarum
vide apud Appian. bell. *Mitbr.* n. 195,
& *Curtium* l. 7. *Liv. l. 26. c. 30.*

Qui morem hunc improbant] " Ut impro-
bat Crœsus cum Cyro contendens apud
Xenoph. *Just. 7. p. 193.* *Vid. Suetonius*
in Jul. c. 54.

Xenopontem] " *L. 7. c. 2.* Verba lati-
na sunt: *in direptione sat scio, ignoravos*
majorem partem laturos.

Quod impediri non posset] " Contingit 3
id

„ id ex furore militum , quem dissimulare
„ s̄p̄ius prudentia est. Conf. Tbusar. pag.
„ 667.

A D §. XIX.

Quod dixi] " Supra §. 16. n. 2.
Qui tributum ad bellum contulerant]
Exemplum est in occupata Vejorum ur.
„ be : ubi omnes Romani cives ex ea ra.
tione ad pr̄dām vocati sunt. *Liv. l. 5.*
„ cap. 20.
Ludos quoque] " Vid. Gron. b. Exempla
„ vide apud *Liv. l. 6. c. 42. & l. 7. c. 11.*
„ & *l. 4. c. 27.*

A D §. XX.

Auctor ait, in in eodem s̄p̄ius bel.
lo pr̄dā distributionem variatam fuisse ,
„ ita ut Camillus decimam Diis , occupa.
tis Faliscis vero maximam partem quæ.
„ stori dederit. Manlius quoque aliquando
„ pr̄dām vendidit , & fisco intulit , ali.
„ quando militibus concessit. Ceterum , Au.
ctor ait , pr̄dā genera tria esse : homi.
nes , armenta , & pecuniam.

Alier. atque aliter usurpatum] " Ita ut
„ in uno bello pr̄dā Diis dicata , in altero
„ in fiscum relata , vel militibus concessa sit.
Sed eodem bello eadem pr̄dā &c.] , Ita
„ ut pars Ducū , pars fisco , pars militibus ,
„ pars Diis &c. tributa fuerit.

Aut rerum generibus distinctis] Ita ut ho.
„ mines Ducū , armenta militibus , argen.
„ tum fisco quereretur. Res enim meri ar.
bitriū erat.

Apollini] " Similia exempla vide supra
„ §. 16. n. 2 ; & apud Flor. I. 12. *Liv.*
„ §. 21. & 4. 21. *Val. Max. 5. 6. n. 8.*
„ *Just. 20. 3. Ces Bell. Gall. l. 6. Plut. in*
„ *Flaminio. Alex. ab Alex. Gen. dier. 3.*
„ 22. pag. 408.

Ab Hebreis] " Vide supra §. 1. n. 1. *Conf.*
„ *Num. 31. v. 28. & 30. seq.*

Sed & urbem , & agros venire] " *Liv.*
„ l. 5. c. 19. Apud Hebraeos res soli non
„ sub voto comprehendebantur , quia Levi.
tae nihil , quod ad immobilia pertinebat ,
„ possidere poterant.

Genera , in que pr̄dā dividī potest , sunt
„ *bac]* " Quæ totidem fere verbis recensen.
„ tur *Num. 31. v. 20. Vestimenta , vas , &*

„ quicquid in utensilia pr̄paratum , aurum ,
„ argentum , æs , ferrum , plumbum , stan.
„ num , homines , & armenta.
Atq[ue] spolia] i. e. captivos , & ar.
menta.

Ipse desert] " *Vid. §. 16. n. 1.*
Cum cura , ut quam aquissima esset] ;
„ Proportionem vide supra. §. 17. n. 2.

A D §. XXI.

Auctor igitur concludit , pr̄dā actu
„ bellico captam non esse singulorum , sed
„ populi. Addit , Imperatores , licet eis
„ pr̄dā dispensandæ arbitrium aliquando
„ concessum fuerit , rationes tamen populo
„ reddere debuisse : unde s̄p̄ius ideo ac.
„ accusatos , quin & milites ob fureptam
„ pr̄dām peculatus reos factos fuisse.

Pr̄dām fuisse Populi Romani &c. Cu. ¶
„ jus jure , & nomine bellum gerebatur :
„ adeoque cuius negotium erat.

Arbitrium aliquod Imperatoribus &c.]
„ Intra fines scil. administrationis ; tunc enī
„ tacite illud arbitrium concessum videtur.

Peculatus judicis] " Is enim , qui pr̄
„ dam ab hostibus captam surripuit , apud
„ Romanos lege peculatus tenebatur , & ff.
„ ad L. Jul. de pecul. ibique Goeb.

Sed & milites peculatus] " *Quia revera* ;
„ pecuniam publicam surripiunt.

Formula juris iurandi] " Quo milites ju.
„ rabant , se in exercitu , decemque millia
„ passuum prope , furtum non facturos , &c.
„ sed intra triduum se professuros quicquid
„ invenerint , vel surripuerint , sine dolo ma.
„ lo. *GeB. l. 16. c. 4. Conf. Liv. 3. 20. l. 10.*
„ c. 38. l. 22. c. 38. *Frontin. 4. 1. Alex.*
„ ab Alex. 6. 18. *Ferd. III. Kriegsart. 21.*
„ item *Maxim. I. art. 10.*

Modestinus] " *L. p. ad l. Jul. pecul. Lo.*
„ quitur nimurum de eo , qui pr̄dām actu
„ bellico , & publico captam surripit.

Ut juris interpretes moneret] , Jcti lo.
„ quantur de captura , quæ fit a singulis :
„ hæc omnino acquiritur capienti , etiam
„ naturali ratione ; fecos si publica aucto.
„ ritate res hostiles capiuntur.

Peculatum non esse nisi in re publica]
„ s. 9. *Inst. de publ. iud. l. 9. §. 2. l. 4. pr.*
„ *L. Jul. pecul.*

Semota lege civili] " Adeoque inspecta sola
„ ratione juris gentium voluntarii. At tale jus
„ gentium non dari , s̄p̄ius dictum est.

Et

Et primo] Immo primo, & directo per actus belli privatos singulis acquiritur, quia suo jure, & nomine, non tanquam instrumentum, capiunt. Vid. supra §. 10. §. 12.

Populi, aut regis bellum gerentis fieri] Si jure, & nomine populi capiuntur, quia singuli saltem sunt instrumentum. Vid. §. 9. 10. §. 14.

A D §. XXII.

Quia de rebus nondum actu quoque lex ad utilitatem publicam potest imperare] i. e. quia populus de jure suo praedae pro lubitu disponere, eamque ante victoriam tum Ducibus, tum militibus promittere potest. Et hoc est, quod Auctor possum afferit, legem civilem posse dominium antevertere.

Sive lex illa lex populi est, sive regis] Populus enim in statu populari, rex vero in statu regio jus leges ferendi habet.

Ut apud Romanos] Nam etiam sub Cæsaribus, & Augustis, status fuit popularis. Vid. supra L. I. c. 3. §. 8. lit. X.

Ut apud Hebreos] Ubi itidem quicquid singuli auri, & argenti rapuerant, id suum erat. Num. 31. v. 53. Reliqua praeda publice capta dividebatur inter pugnantes, relicta quinquagesima parte Levitis. Num. 31. v. 26. §. 27. Deut. 20. v. 14.

Sub legis autem nomine] Consuetudo enim est lex tacita populi. L. 32. ff. Legibus l. 35. l. 40. Eod.

Alterum illud] Scilicet, quod primo, sive directe praeda sit populi.

Res alias, ita & praedam posse à populo aliis concedi] Cum enim jus ejus sit, potest id omnino alii permittere.

Post acquisitionem] Ubi praeda jam in populi potestatem, & custodiam est redacta.

Sed & ante eam] Tunc enim tacita ineft conditio si capta fuerit.

Subsecuta capture conjungantur actiones brevi manu] Rectius, conditio, sub qua præda promissa est, existit.

Ut loquuntur Jurisconsulti] Jcti nullibus, ita loquuntur. Traditio enim brevis manus, de qua Jcti loquuntur, huc plane non pertinet.

Sed & in genere] Ut nemo excludatur, nec senes &c.

Temporibus Maccabæis] Ut gratias Tom. IV.

, agerent Deo, quod hostes in Judæorum manus dedisset. Maccab. 8. v. 27. 28. §. 30.

Neque semper mera donatio est] i. e. non semper ex mera liberalitate fit.

Sed interdum contrafatu] Si ea lege subditi armant: quo pertinent die Caopers.

Solutio ejus, quod debetur] Forte loco stipendii militibus debiti. Vide supra §. 17. Exemplum est apud Appian. de bell. Pun. num. 7.

Aut remuneratio ob danina] Vid. supr. §. 19.

Nullo stipendio] Uti de Parthis, & Brittannis testatur Alex. ab Alex. I. 6. c. 22. Quod & de Romanis ante Cincinnati traditur; is enim primus ex publico stipendia solvi jussit. Liv. I. 3. c. 19. §. 20.

Nam ex his causis] Superflua hæc tota tractatio est. Cum enim præda publice capta sit populi, is pro lubitu eam distribuere potest.

A D §. XXIII.

TACITA consuetudine ubique ferme inducum] Talis tacita consuetudo nullibi inducta appetet, neque gentes ex illa obligantur.

Ut sua faciant quæ capiunt, aut socii] Immo quæ publice capiuntur, sunt populi, cujus causam socii defendunt. Hi enim suo jure bellum non gerunt; adeoque ne illa utilitas ex illo bello ad eos pertinere potest.

Ratio in sociis est evidens] Quæritur, si plures sunt, qui simul militant, cujus sit præda? Resp. ejus, cujus causa militatur. Si proinde uni saltētum injuria facta, eoque unum bellum, causaque unius sit, omnis præda ad illum solum pertinet. Socii enim, qui eandem causam defendunt, sunt saltētum instrumentum agentes; ut ergo actio, ita & actionis commodum non est instrumenti, sed causæ. Atque hæc causa sola jus belli habet, & dominus belli dicitur is solus, cuius causa est. R. Imp. 1541. §. 54. Conf. Flor. I. 1. c. 18. pr.

At si eadem injuria pluribus communis est, communis quoque erit præda; idque disputatum fuit inter successores Alexandri. Ptolemaeus enim, & Cassander legionem misserunt Antigono, indeque prætendebant ut pecunia in præda capta, provinciæque, dixerent

viderentur : & merito Ptolemæus indignatus esse traditur, quod Antigonus devictis diverse factionis ducibus solus communis victoriæ præmia corripuit. *Just. l. 15. c. 1.* *Appian. bell. Syr. p. 121.* Evidem prætexebat Antigonus, suo periculo bellum gestum esse, sed male : non enim queritur, cuius periculo bellum gestum sit, (ita enim semper militibus præda deberetur) sed cuius causa. Unde & eventus belli contra eum decidit. *Just. l. 15. c. f.* Quanquam hi ipsi vñctores postea inter se occasione prædæ certaverint. *Ibid.*

Si vero plures sunt, quibus injuria seorsim facta est, tunc unusquisque laetus injuriam sibi illatam vindicat : adeoque plures causæ, pluraque bella sunt, et si forte arctissimo societatis vinculo inter se ad vindicandas injurias jungantur. Ita in bello anno 1688. inchoato Germani, Angli, Belgæ, & Hispani socii fuere belli; at quisque propriam defendit injuriam. Ita in bello Turcico anno 1698. finito Imperator, Poloni, & Veneti sociale bellum gessere, & quilibet eorum ob separatum injuriam. Pariter in bello initio hujus seculi gesto Angli, Belgæ, & Germani contra Gallos simul, sed quilibet ex separata causa, gesserunt bellum; adeoque prædam quoque sibi ceperunt, vel eam juxta foederis legem distribuerunt.

Atque ex his quoque decadendum est, ad quemnam onus belli pertineat? & similiter dicendum, pertinere ad eum, cuius causa est: adeoque si causa unius est, ad eum solum; si eadem causa communis est plurimum, ad omnes pro rata; si cuiusque propria causa est, ad quemcunque eorum, de cuius causa agitur.

Cæterum, præterea circa socios belli notandum est, quod si socius recipiat rem ab hoste communi mihi ablatam, ea mihi restitu iure postliminii debeat. *V.d.c.9. §.9.*

Additio.

„ Tota res dependet a fodere. Si socius suis sumtibus alteri auxilia promisit, hic nihil ei stipendi loco solvere tenetur: si de certa mercede convenit, ea sola debetur, adeoque prædæ partem neutro casu sibi arrogare potest: si plane nihil dictum est de stipendio, sumtus erogatur, re tenetur is, qui socii opera utitur. *Vid. supr. l. 2. c. 16. §. 12. n. 3.* Prædam igitur socii semper in ministerio publico capiunt.

Gratis præstari vix solet] " d. c. 16. §. 12.
In oratoribus] " i. e. advocatis. Nemini enim gratis operam meam præstare teneor, nec alius jus in meas actiones habet.
Quia hac ipsa opera, tempisque] Immo vera ratio est, quod ego in medici, & ad vocati operas nullum jus habeam, adeo que cum sis utor, & illi operam non nisi dato honorario præstare soleant, estimationem actionis solvere teneor, quæ cum natura certo definita non sit, à jude dicte determinari debet, & apud Romanos extraordinaria cognitione determinari solebat. Tot. tit. ff. de extraord. cogn.

Credibile ergo est] " Jus naturæ non originatur ex eo, quod credibile est, sed de quo certo constat. Præterea dictum jam est, sociis, qui alienam causam defendunt, jus prædæ non competitere

Nisi causa alia appareat, puta aut beneficentia mera, aut contractus antecedens] " Si scilicet appareat, socium gratis opem ferre voluisse, vel ita pactum sit. Nam socius pro labore de sua opera disponere potest.

A D S. X X I V.

Quia hi operam sua civitati debent] "
 Cives enim dum in societatem civilem coeunt, ea intentione id faciunt, ut civitatem operis, & opibus defendere volunt. *Liv. l. 4. c. 60.*

Ubi non omnes, sed aliqui militant, bis ipsi a corpore civitatis retributio debet] "
Quia omnes cives æqualiter, adeoque non unus præ altero, civitatem defendere tenentur.

In cujus retributionis certa locum spes præde totius, aut partis incerta, &c. conceditur] " Hoc dependet ab arbitrio victoris, si præda in ministerio publico capta est.

De sociis exemplum est] " In allegatis exemplis ab Auctore h exemplis res patet erat decisa: at quid jure naturæ obtingeat, si nihil dictum est, præcedenti §. vidimus.

Quia Populi Romani auspiciis] " Adeoque ubi causa erat Romanorum

Tanquam mercedem laboris] " Sociis enim suis, Aner, Eschol, & Mamre, voluit partes suas tribui. *Gen. 14. n. 24.*

His, qui in procindu fuerant] " Vide 3 Num. 31. v. 26. & 27. 30. 36. 42. & 43.
 „ Deut.

- 5 *Deut. 20. v. 14.* Simile exemplum est in tribubus Ruben, & Gad, quibus iussit Ios. tatem interim prædam cum eis, qui civitatem interim defendebant. *Ios. 22. v. 8.*
- Prædam privatis erexit] "Idem quoque apud Hebreos obtinuit. Num. 31. v. 53.*
- Eximia quadam] " De quo vide. §. 17.*
- 6 *At quæ publica hostium &c. fuerant, exenta erant huic licentia] " Et populo reservata.*
- Vixi regis coronam regi imponiebant] " Nam victo rege Ammonitarum diadema regis impositum est super caput David. 2. Sam. 12. v. 30.*
- Eidemque assignabant] " Apud Hebreos jus prædæ tale erat: Thesauri regum regi cedebant; de cæteris altera pars eidem, altera singulis militibus, & impedimento rum custodibus. Selden. d. L p. 785. & 787.*
- Λαόφυρα erant publica] " Quia ab exercitu, adeoque jure publico capiebantur. Σκέλα ea, quæ durante certamine eripiuntur hosti] " Hæc enim privatis eripiuntur a privatis.*
- Quod discrimen & alii gentibus nonnullis placuit] " Jure naturæ quid obtineat, vidimus supra.*
- 7 *Non tantum fruiisse concessum] " Diximus, prædam jure Romario capientibus cessisse: adeoque populo, si populus per exercitum cepit; privatis vero, si privati ceperunt. Supra] " §. 12. §. 13. n. 4. §. 14. §. 15. §. 16. 17. 21.*
- Indulgeri cepit militi in bellis civilibus] " Ibi quicquid agitur, mera injuria est; adeo que jus prædæ inde decidi non potest.*
- Militi dat diripienda] " Res arbitrii id erat, & ad conciliando militum animos id factum.*
- 6 *Præda manus impedit] " Quo minus apti reddebantur milites ad resistendum.*
- Plurimas sepe victoria corruptit] " Exempla vide apud Curt. 5. 1. Liv. 3. 2. Marcell. 23. 15. Tbuau. l. 2c. p. 413. & l. 33. p. 677.*
- Parta victoria cuncta ipsis cessura] " Si milia Alexander profert apud Curt. 4. 15.*
- 7 *Pilagium] " Gallis pillage.*
- Et eo comprehendunt] " Id meri juris, civilis est. Conf. Tbuau. l. 48. p. 990.*
- 8 *Est & ubi opera] " Præda populi est, qui distribuere eam in milites potest pro*
- 1, lubitu; quæ res meræ prudentiæ est.
- Ut apud Italos] " Id pariter meri juris, civilis est.*
- Qui suo periculo, ac sumtu bellum ministrant, non totam prædam auferant] " v. g. die Caapers, quibus sub conditione, ne certam portionem fisco inferendi præda conceditur.*
- Ut in direptionibus oppidorum, & præliis] " Dependet hoc a lege superioris bellum gerentis.*
- In excursibus] " Durch die Parthey-gänger.*
- Communia fiant] " Non singulorum causas plentium: ea enim intentione coœunt, ut prædam communiter agerent.*
- Inter ipsos pro dignitatis ratione] " Præcipuum enim accipere solet is, qui reliquo præstet. Vid. supr. §. 17. n. 3.*
-
- A.D. §. XXV.
- „ *A u c t o r postquam varios gentium circa prædæ distributionem mores exposuit, usum hujus rei in eo ponit, quod si controversia quædam oriatur apud medios de re bello capta, addici debeat res, juxta mores, & leges ejus, qui cepit. Si tales mores non probantur, rem decidi debere, ait, juxta leges juris gentium, voluntarij.*
- „ *At si dicendum quod res est, negamus, i. si inter hostes ipsos de prædæ lis sit, controversias tales apud medios decidi posse: cum enim medii utriusque facturæ pro jure habeant, rem in eo statu relinquentur, quo fuit cum ad eorum fines perveniret, sive ei faveant mores, & leges, sive non; medii enim hactenus non sunt judices competentes. Unde z. constat, verum non esse, quod si tales leges non probentur, medii rem decidere debeant ex jure gentium voluntarij: præterea enim quod tale jus gentium voluntarium non existat, dictum jam est, medios de actu extra eorum territoriorum inter duas summas potestates gesto judicium ferre non posse; adeoque res manet in eo statu, quo fuit cum in territoriorum deferebatur.*
- Hæc autem] " Quæ de moribus locorum allegata sunt.*
- Bello non permixtam] " Adeoque medium inter utramque partem.*
- l. 2: Contro-

Controversia oriatur de re bello capta]
„ Nimirum, circa ejus divisionem.

Cui sagent leges, aut mores populi est.]

„ Si proinde leges populi arbitrium concedunt Imperatori, §. 15, vel praedam refurunt ad aerarium, §. 16, vel eam dividunt militi, §. 17, aut aliis concedunt, §. 18. §. 19. &c. medii juxta illas leges ex hypothesi Auctoris pronunciare debent.

Quod si ejus nihil probetur] „ i. e. si legibus, & moribus populi, a cuius partibus res capta est, de divisione praedae nihil statutum est.

Ex jure gentium communis rem ipsi populo adjudicandam] „ Omnia, quæ h. s. continentur, gratis dicuntur. Nam 1. si de praedæ divisione lis est inter populum, & privatos capientes, medii judices esse non possunt, et si præda in eorum territorium delata sit. 2. Negamus, decisionem ex jure gentium communis desumendam esse, quia tale jus gentium non existit. Adeo que 3. ipse populus, a cuius partibus res capit, causa cognita judicare debet, an præda in ministerio publico capta sit, an in actu privato. Idque 4. non jure gentium voluntario, sed ipso naturæ jure statutum esse, vidimus supra §. 10. seq.

Si modo ea res in actu bellico capta est.]
„ Nam si in actu privato capit, præda cedit capienti naturali quoque jure. *Vid. supra* §. 12.

Ex his, que dicta jam ante a nobis sunt.]
„ Scil. de variis legibus civilibus circa divisionem prædæ.

In eo, quod in judicium deduci potest, nihil valere jus belli] „ Auctor ideo hoc axioma verum non esse, putat, quia præda jure belli capta in judicium deduci potest: judicem enim ex communi gentium jure causam decidere debere, dixit. *Vid. not. ab bac retro tertiam.*

Nec armis erepta nisi armis posse retineri]
„ Neque hoc axioma Auctor approbat, quia præda armis erepta apud medios non armis, sed judicio retinetur. Diximus, tam hanc questionem parum utilitatis habere.

A D S. XXVI.

Etsi apud hostes reperiuntur, capient um non sunt res hostiles.

Nec naturali iuri congruit] „ Quia inju-

, riam non fecere domini, ad quos res illæ pertinent, nec injuriam ejus, qui bellum gerit, defendunt.

Nec jure gentium] „ Tale non dari, toutes dictum est.

In illis rebus jus habuit hostis] „ Tunc enim hæc jura sunt hostilia, eoque hosti eri possunt.

Servitatis] „ Præsidii, &c.

Id quo minus capientibus acquiratur]
„ Jus enim hoc ad hostem pertinet, quem spoliare licet.

An extra territorium] „ Hoc dependet 2, à questione, an extra territorium utriusque partis bellum gerentis lædere licet hostem? Quam supra l. 3. c. 4. §. 8. exanimavimus.

Quod est de rebus, est de personis] „ Nimirum, an in terra mediæ personam, & rem hostis capere licet.

Jus sollem Gentium] „ Frustra hoc respicitur, cum tale jus non existat.

Ubique recte interfici] „ Quod refutavimus d. c. 4. §. 8.

Potest lege sua prohibere ne id fiat] „ Immo si jure naturæ, vel gestum, licaret res hostiles in terris mediorum capere, jus hoc naturæ quæsitus auferri ab aliis populis non possit. Vera igitur ratio, cur res hostilis capi in terra media non possit, hæc est, quod bellum gerentes in terris mediorum privati sint, & imperio, ac judicio Pacati subsint, indeque nihil vivere possint. Hostes igitur invicem vim sibi inferre in terra media non possunt, non quia pacatus id lege sua prohibuit, sed ex ipsa lege naturæ.

Et si contra legem factum sit] „ Diximus, injuriam fieri ipso naturæ jure.

De eo tanquam de delicto poscere] „ Domus minus igitur territorii de violata jurisdictione queri, & injuriam sibi hoc actu illatam bello vindicare potest. Immo ipse hostis, qui in alieno territorio tutus esse debet, de injuria queri potest. & hæc injuria pertinet ad causas subnascentes, de quibus Auctor egit supra c. 3. §. 1. n. 3. Conf. inf. c. 13. §. 3. n. 1.

Simile est] „ Feram capere quilibet iure naturæ potest, capramque suam facit. At si dominus fundi ingressum prohibuerit, injuriarum ei tenetur capiens, non quod feram occupavit, id enim jure suo facere potuit, sed quod ingressus fit fundum

, dum alienum invito domino. Vid. supra
+, L. 2. c. 2. §. 5.

Hoc exemplum male applicatur ad casum
„ präsentem, ubi hostis plane jus occiden-
„ di hostem, aut jus capiendi res hostiles
„ in alieno territorio non habet: adeoque
„ injuriam ibi facit & quod occidat, & quod
„ occidat in alieno territorio.

A D §. XXVII.

Jus hoc externam acquirendi res bello
captas ita proprium est belli solennis] " Di-
ximus, i. non dari jus gentium; adeo-
que 2. nec dari bellum, quod jure gen-
tium certa solennitates habeat, & quod
cipientibus praedictum dominum tribuat quoad
effectus aliquos externos. Verius 3. est,
prædam certe capientibus, tum privatis,
tum populo, si ejus nomine capitur; id
que naturali quoque jure.

Ut in aliis bellis] " Scilicet, minus so-
lemnibus. Vid. Diff. proœm. IX. §. 20.
seq. At hæc vere bella non esse, adeo-
que nec jura belli in illis obtineri, alibi
dictum est.

Nam in bellis aliis inter exterros res nota-
acquiritur vi belli, sed in compensationem
debiti] " Speciem enim belli minus solen-
nis Auctor constituit quando minor magi-
stratus exterritus arma infert. Vid. I. I. c.
3. §. 4. & §. 5. At ibidem notavimus,
bellum hoc casu esse publicum, si sub
mandato ejus saltem tacito continetur:
si non, plane non esse bellum. Diff. proœm.
IX. §. 168.

In bellis autem inter cives] " Nam hæc
quoque dissidia Auctor ad bella minus so-
lemnissima refert. Vid. I. I. c. 3. §. 4. & §.
Conf. d. Diff. proœm. §. 70. seq. At hæc
plane bella non esse, demonstravimus ibid.
§. 166. n. 8.

Nulla fit dominii mutatio, nisi auctorita-
tate judicis] " i. e. invito eripi res nisi per
sententiam judicis non potest. Atque hinc
finito bello res captæ pristinis dominis
restitui debent. Vid. Gron. b. De Arato
vide Grot. I. 3. c. 16. §. 6. Exc. si clau-
sula amnestie adjecta, i. e. pacto, vel
lege superioris restituendi obligatio remissa
fit; de qua vide infra c. 20. §. 12. Conf.
Diff. proœm. IX. §. 125. & Diff. XII.

C A P U T VII.

De jure in captivos.

- I. Omnes captos bello solenni jure gen-
tium servos fieri.
- II. Ex eorum posteris.
- III. In eos quidam impune fieri.
- IV. Res captorum, etiam incorpora-
les, dominum sequi.
- V. Causa cur id constitutum.

* I. I. S ervi + natura quidem, id est, extra factum humatum, aut
primævo naturæ statu, hominum nulli sunt, * ut & alibi di-
ximus; + quo sensu recte accipi potest + quod a jurisconsultis * dictum est, ^a L. 4. §.
^b I. D. de
contra statu ho-
minum.

G R O T I X.
a Ut & alibi diximus] Libro II, c. XXII. §. 11.

G R O N O V I I.

* Contra naturam] Servitatem esse contrariam

- VI. An ita capti licitum sit fugere?
- VII. An & domino resistere?
- VIII. Jus hoc non apud unives gentes
semper obtinuisse:
- IX. Nec nunc obtainere inter Christia-
nos; & quid ei sit scarogatum?

illi bono, quod contigit homini beneficio natu-
rae, & per naturam, id est, libertati; quamvis
id ita ei natura dederit, ut ob justas causas qui-
busdam eripi non vetet; ut sit bonum separabi-
le, quod peccato, aut fortuna possit amitti.

contra naturam esse hanc servitutem: ut tamen factio hominis, id est, + passione, aut delicto, servitus originem acciperet, + iustitiae naturali non repugnat, b ut alibi quoque ostendimus.

2. At eo, de quo nunc agimus, + gentium iure aliquanto latius patet servitus, tum quoad personas, + tum quoad effecta. Nam personas si spectamus, + non foli, qui se dedunt, aut servitudinem promittunt, pro servis habentur: + sed omnes omnino bello solenni publico capti, + ex quo scilicet intra praesidia perducti sunt; ut ait ^a Pomponius. + Neque delictum requiritur, sed par omnium fors est, + etiam eorum, qui b fato suo, + ut diximus, cum bellum repente exortum esset, intra hostium fines deprehenduntur.

^a L. 5. §. D. de captivis.

^b L. in bello 12.

D. de capt.

c Cap. 58.

Polybius historiarum secundo: c τι δέ ἀν παθόντες οὗτοι δίκην δέξαιεν αἴρεσσας δέδωκένει; τυχὸν τῶν ἔπιοι τις ἀν πρεσβύτερος μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἐπεὶ κατεπολεμήσθησαν αὐλάκ τετράγενοι τοῖς μηδὲν ἀστεβούσαμένοις κατὰ τὰς τε πολέμου νόμους ὑπόκειται παῖς quid, inquit, patiendum his est ut iusta supplicia pendant? dicat forte aliquis, vendendos chn liberis, & uxoribus, quando armis vieti sunt. At hæc c belli lege etiam illis ferenda sunt, quia nihil impii commiserunt. Atque eo fit id,

^d Libro annem vi. rum esse bonum lib- berum p.

quod Philo notat ^d his verbis: πολλοὶ πολλάκις καιροῖς ἀθελήσατο τῶν σφόδρα ἀξεῖσθαι τὴν ἡγεμονίαν ἐλευθερίαν + multi veri boni variis casibus nativam amiserunt libertatem.

4. Dion Prusacensis e cum modos acquirendi dominii quosdam recitasset:

^e Orat. XV. pag. 242. A. ubi quem quis bello natus captivum hoc modo, servum factum possidet. Sic pueros bello captos abducere, πολέμου νόμον vocat Oppianus de piscatu II (vers. 316.)

II. Neque vero ipsi tantum servi fiunt, + sed & posteri in perpetuum, nempe + qui ex matre serva + post servitudinem nascuntur. Et hoc est quod + jure gentium servos nostros fieri, dixit ^f Martianus, qui ex ann. 59. g Ann. 1. de ^g Germani ducis uxore.

III. I. + Effecta vero juris hujus, + infinita sunt, + ita ut in servum (aa) domino

G R O T I I.

b Ut alibi quoque ostendimus] Libro II, cap. V. §. 27.

c Belli lege] Servius ad primum Æneidos (¶. 619.) de Hercule: a cuius portu cum eum Laomedon arceret, occisus est, & ejus filia Hesione bello iure sublata comiti Telamonii tradita est, qui primus ascenderat murum, unde Teucer natus est. Idem ad X. Æneidos eandem narrans historiam: Hesionem Græci Trojanis reddere noluerunt, dicentes, se eam habere jure bellorum. (vers. 91.) Josephus libro XIV. αἰχμαλωτισθεῖσας δὲ νόμῳ πολέμου: cum capti essent non bello iure. (Cap. 12. §. 2. divis. Hudson.) τῶν δοριστῶν θεοῦ, jure eo, quod in captos constitutum est, ait Menander Protector. (Pag. 91, 92. Ex-

cerpt. Legat. Edit. Höschel.) Multa hic pertinentia habes capite precedente: quia scriptores captas res, captosque homines conjungunt, aut sequant.

G R O N O V I I.

2 Neque delictum] Ut quis improbo facinore reddiderit se dignum, qui libertate privetur.

3 Germani ducis uxore] Arminii, Segetis filia, que gravida in potestatem Romanorum venerat.

(aa) Locus Seneca non est è Lib. X. Contr. 5. ut ex primâ Editione reposuimus (nam in aliis I. pro. X. irreperatur) sed è Lib. V. Contr. 34. in quâ idem argumentum tractatur, ut patet ex titulo: unde natus error Auctoris nostri. J. R.

G R O -

domino nihil non licere, dixerit pater * Seneca. Nulla perpessio est, + quæ non + impune servis illis imponatur, + nulla actio, quæ non quovis modo imperetur, aut extorqueatur: ita + ut etiam fævitia dominorum in serviles personas impunita sit, + nisi quatenus lex civilis fævitiae modum, pœnamque ponit. *Apud omnes peraque gentes*, ait Cajus, ^{a Lib. X. contr. 5.} *b animadvertere possumus dominis in servos vitæ, necisque potestatem fuisse*. Addit deinde, ^{b L. I. D.} ^{de hī, qui sui vel al. jurū. Inst.} ^{s. 5.} *s + fines huic potestati positos ex lege Romana, in solo scilicet Romano. Huc pertinet illud Donati ad Terentium* ^{c Audriæ actu 1. sc. I. vers. 9.} *quid non justum domino in servum?*

2. * Sed & res omnes, quæ captae fuerant, cum persona acquiruntur domino. Ipse servus, qui in potestate alterius est, ait ^d Justinianus, + nihil suum potest habere.

IV. Unde refellitur, aut certe ^d + restringitur eorum sententia, qui dicunt, ^e incorporalia belli jure non acquiri. (bb) + Nam verum est, ^f per quæ non primo, ac per se acquiri, sed media persona, cujus ea fuerunt. + Ex-^g cipienda tamen sunt ea, + quæ ex singulari personæ proprietate fluunt, ac proinde inalienabilia sunt, ut ^h jus patrium. Hæc enim + si manere possunt, manent penes personam: + si non, extinguntur.

V. 1. Atque hæc omnia + jure gentium, de quo agimus, + non aliud ob causam introducta sunt, quam ⁱ ut + tot commodis deliniti captores + libenter abstinerent a summo illo rigore, quo captos + & statim, & post moram interficere poterant, ut ante diximus. ^{e +} *Servorum appellatio*, inquit ^a Pomponius, *ex eo fluxit, quod Imperatores captivos vendere, + ac per hoc servare, nec occidere solent*. Dixi, + ut libenter abstinerent: + neque enim quasi pactio est ut abstinere cogantur, + si jus hoc gentium spectes, + sed modus persuadendi ab eo, quod est ^j utilius.

2. + Eademque ex causa hoc jus etiam ^k in alios transcribitur, + perinde ut rerum dominium. + Ad natos autem dominium hoc porrigi ideo placuit, quia alioqui, + si summo jure captores uterentur, + illi ipsis nasci turi non erant. Cui consequens est ut + nati ^l ante calamitatem, + nisi ipsis

capiantur

G R O T I I.

d Restrigitur eorum sententia, qui dicunt incorporalia belli jure non acquiri] *Valerius Maximus* lib. VI, cap. IX. num. II. de Cn. Cornelio Afina: *qui consul a Pænus apud Lupuras captiuum cum belli jure omnia perdidisset.* ^{δραχμ. αὐτοὶ πάντες οἱ ἑταῖροι, σερβοι, aliarum rerum dominium non minus, quam sui ipsius perdidit. *Pbilo*, libro omnem virum bonum esse liberum. (pag. 871. C.)}

e Servorum appellatio ex eo fluxit] Vide & *Servium ad IV. Aeneidos*, ubi originem vocis saltem explicat. (in verl. 327.).

G R O N O V I I.

f Impune illis imponatur] *Hinc servos in omnia obnoxios dicit Florus* 3. 20.

g Fines huic potestati] *Hoc jus temperatum esse, certumque modum accipisse, ne infinitum foret.*

h Incorporalia] Res incorporales, quæ manutanguntur nequeunt, sed in jure consistunt. §. 2. *Inst. de reb. corp.*

i Jus patrium] Patriæ potestatis: nec enim qui patrem cepit, jus acquirit in liberos non simul captos.

j Ut libenter abstinerent] Ut facilius sibi temperarent, scque continerent ab interficiendo.

k Utilius] Nam profecto utilius vivum hominem servari ad opus, quem tamen, ubi velis, occidere possis, quam statim, priusquam ejus experientiam ceperis, occidi.

l In alios transcribitur] Ut liceat hominem sic servatum vendere, vel donare, vel relinquere testamento, vel alio modo alienare cum eodem jure vel intendi, vel abstendi.

m Ante calamitatem] Captivitatem parentum.

(bb) Vide in hanc questionem, *P U P P N D O R F I U M nostrum, De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 6. §. 19. *J. R.*

G R O

capiantur, servi non fiant. + Ideo autem natos maternæ esse conditionis, placuit gentibus, + quia serviles concubitus nec lege, + nec certa custodia erant constricti, + ita ut nulla sufficiens præsumtio patrem indicaret. + Atque ita capiendum Ulpiani ^a illud: *lex naturæ hæc est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, + id est, (cc) lex consuetudinis generalis ab aliqua ducta ratione naturali, quomodo juris naturalis vocem*

^{a L. 24. D. de statu b. om.} ^{b Lib. II. c. XII. §. 26.} + abusione quadam interdum sumi, alibi ^b quoque demonstravimus.

^{c Pag. 1073. C. d Cap. 44.} 3. Non frustra autem a gentibus introducta hæc jura, + exemplo belorum civilium intelligi potest, in quibus plerumque videmus captos interfectos, + quia in servitutem ¹² redigi non poterant: quod & Plutarchus, notavit vita ^c Othonis: & ^f Tacitus historiarum secundo ^d.

^{e L. 5. & l. 7. D. de acq. rer. dom.} 4. Cæterum, + populine, an singulorum fiant qui capiuntur, ex his, quæ de præda diximus, definiendum est; nam homines hac in re + jus gentium rebus æquavit. Causus jurisconsultus ^e libro II. rerum quotidiana- rum: *item quæ ex hostiis capiuntur, jure gentium statim capientium sunt: adeo quidem ut liberi homines in servitutem deducantur.*

^{f Leff. I. i. c. 5. dub. s.} 5. VI. I. Quod tamen theologi ^f nonnulli sentiunt, + qui bello injus- sto capti sunt, + aut ex captis nati, iis ¹³ + fas non esse fugere nisi ad suos, + in eo eos falli non dubito. Id quidem interest, quod ^g si ad suos, fugiant + bello manente, + libertatem consequuntur ex postliminii jure: + si ad alios, + aut etiam pace facta ad suos, ¹⁴ vindicanti domino redendi sunt. Sed + non ideo sequitur, animo quoque ¹⁵ injici (dd) reli- gionis vinculum: + cum multa sint jura, ¹⁶ quæ tantum exterius judicium spectant, + qualia sunt hæc belli jura, quæ nunc exponimus. + Nec est quod objiciat

G R O T I E.

^f Tacitus historiarum secundo] Et tertio, de Cremonensis captis, irritam prædam militibus fecerat consensu Italiæ. (Cap. 34.).

^g Si ad suos fugiant bello manente, libertatem consequuntur ex postliminii jure] Vide infra cap. IX. §. 5. Plinius naturalis historiæ VII, 28. de M. Sergio: *bis ab Annibale captus, bis van- culorum ejus profugus.*

G R O N O V I E.

12. Redigi non] Saltem more Romano, & Hebreo, 2. Puralip. 28. nam de aliis dubium facit Justin. 4, 3. *fave vitoribus captivitatibus jure servient. n. 3.*

13. Fas non esse fugere] Quasi alibi nec libertatem consequantur, & conscientiam lèdent, tanquam furtum sui domino fácientes.

14. Vindicanti domino] Ex eo, quod eap. prec. n. 25. traditur de captis apud populum bello, non permixtum jus reddi ex legibus, aut moribus gentis, a cuius partibus res, vel persona capta est.

15. Injici religionis] Sine peccato fugere tam servum non posse.

16. Quæ tantum exterius] Ad quæ obligamur

tantum metu politici judicii, non etiam me- tu Dei.

(cc) Videtur omnino Jurisconsultus intelli- gere heic verum Jus Naturæ; & hoc adludit locus CICERONIS, ab Eruditissimo SCHUL- TINGIO laudatus. *Not. in ULPIAN. fragm. V. 8. Ut enim Jure Civili qui matre est libe- ræ, liber est: item, Jure Nature, qui Dea ma- tre est, Deus sit neceſſe est. De Nat. Deor. III. 18.* Volebant nimirum Jurisconsulti Veteres, ob incertitudinem Patris liberos extra connubium natos, matris conditioni accedere, ex ratione naturali. Verum ia iis quidem, qui re verâ vulgo concepti sunt, hoc suadet ipsa Ra- tio naturalis: at non in iis, quorum Pater no- nus est, ut potest omnino esse eorum, quos Mulier, quamquam serua, peperit. Nec citra præsumptionem civilem magis notus est, & certus Pater, quem nuptiæ demonstrant: quæ præsumptione etiam cessat, ubi validior in contra- riuum ratio adpareat, ut ex L. 6. D. *De bis qui sui vel al. jur. manifesto patet. J. B.*

(dd) Hoc verum est tantum, ubi nullum pactum inter Victorem, & bello Captum, inter- cessit. Diximus plura in Notis nostris Gallicis. J. B.

G R O -

objiciat aliquis, ex dominii natura talem in animo obligationem sequi. Respondebo enim, cum multae sint dominii species, + potie & dominium dari, quod ¹⁷ tantum in judicio humano, & quidem coactivo valeat; + quod & in aliis juris generibus occurrit.

2. Tale enim aliquatenus & + jus est ¹⁸ testamenta nulla dicendi, (ee) ob delinquum solennitatis alicujus, quam jura civilia præscribant. * Proba-bilior enim sententia est, etiam + quod tali testamento relictum est, reti-neri salva pietate posse: + saltem quamdiu ei non contradicitur. + Nec lon-ge abit + dominium ejus, qui secundum leges civiles ¹⁹ mala fide præscri-psi: nam & hunc civilia judicia ut dominum tuentur. + Et hac distinctione faci-le solvit nodus ille, quem Aristoteles necit de cavillationibus libro II. ^b cap. 5. ^{a Soto de just. &c. I. IV. q. 4. art. 3. L. eff. lib. 2. c. 14. dub. 3. b Lib. II. Cap. 25. pag. 308. D. Ed. Pa. ris.}

^{ἀρετὴ δίκαιον τὰ αὐτὰ ἔχειν ἔκαστον; ἀδὲ τὸ τις κρίνει κατὰ δόξαν τὴν αὐτῆς, καὶ οὐ ψευδός, κύρια ἐστιν τὸ τοῦ νόμου τὸ αὐτὸ τὸ δίκαιον οὐδὲ δίκαιον; nonne jus est τὸ σα quisque habeat? at que ex animi sui sententia iudex iudicaverit, (ff) ex lege rata sunt. + Erit ergo idem jus, & non jus.}

3. + In nostra vero quæstione + nulla causa fungi potest, cur gentes aliud spectaverint, quam externum illud; nam facultas vindicandi servum, & cogendi, immo & vinciendi, & res ejus habendi, + sufficiebat ut cap-tis captores vellent parcere: aut si tam feri essent ut + istis utilitatibus non moverentur, certe ²¹ + nec moturum eas fuerat vinculum aliquod ani-mis injectum, quod ipsum tamen si omnino + sibi necessarium crederent, + poterant exigere fidem, aut jurandum.

4. + Neque vero temere in lege, quæ non ²² ex æquitate naturali, sed + majoris mali vitandi causa lata est, ea sumenda est interpretatio, quæ peccato obnoxium faciat actum cæteroqui licitum. Florentinus + ^c Juris-consultus, nihil interest, quomodo captivus reversus est: + utrum dimissus, an vi, vel fallacia potestatem hostium evaserit. Nimirum, quia hoc + jus capti-vitatis ita jus est, ut alio sensu ²³ plerumque & injuria sit, quo nomine & a Paulo ^d jurisconsulto (gg) nominatur: + jus quoad effectus quosdam: + injuria, si id, quod rei intrinsecum est, spectetur. Unde & hoc apparent, ^{d L. 19. princ. cod. + si}

<sup>c L. Nihil
19. princ.
D. de capt.</sup>

G R O T I S.

^h Poterant exigere fidem, aut jurandum] *Bembu historiæ* libro X.

G R O N O V I S.

¹⁷ Tantum in judicio humano] Cui quis adstric-tus sit tantummodo legibus civilibus, non etiam legе conscientie.

¹⁸ Testamenta nulla] Pro non factis habenda.

¹⁹ Mala fide præscripta] Qui tanquam usu exaptam possedit, quam scivit alienam esse, et si scisse illum non possit probari.

²⁰ Idem jus, & non jus] Est enim jus in judicio humano, & externo, non in foro con-scientiae, aut ut illi loquerentur, jus politicum, non ethicum.

²¹ Nec moturum] Non est credibile, facili-o-

res fore ad misericordiam, si persuasum habeant sine gravi peccato in Deum fugere ab hac ser-vitate, nisi ad suos, neminem posse.

²² Ex æquitate naturali] Qualis est lex se-
vitutis ei, qui per hanc evadit mortem.

²³ Plerumque & injuria sit] Quippe quo liber-
tas auctorius nullum ob delictum, sed quod ar-
ma gesseris pro eo, cui fidem debebas.

(ee) Confer PU FENDORFI U M nostrum,
De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. 10. §. 7.
J. B.

(ff) Omessa heic, in omnibus Editionibus,
hac verba, etiam falsa sint, aut similia, quæ
respondeant vocibus Græcis, καὶ οὐ ψευδός, ut
heic restituimus: nam mendose etiam in omnibus
Editionibus concepta erant. *J. B.*

(gg) Non videtur Paulus cogitasse de inju-
ritia illa intrinsecā: alias pro certo ponere
debū-

K

+ si quis bello injusto captus in potestatem hostium venerit, ab eo non attaminari furti crimine animum, si res suas subducat, aut laboris sui mercedem si quam supra alimenta praestari æquum est: + modo ipse neque suo, neque publico nomine quicquam debeat domino, aut ei, cuius jus dominus acceperit. ^a Nec refert quod fuga talis, & subductio deprehensa graviter puniri soleant. + Nam ²⁴ & hæc, & alia multa faciunt potentiores, non quia æqua sunt, sed quia ipsis expedit.

^a *Bannes*
^{2, 2. qu.}
^{40.}

^b *C. si*
^{quis ser-}
^{vum. 17.}
^{q. 4. c. 37.}
^{&c. seq.}

§. Quod vero prohibent ^k + canones ^b nonnulli suadere servo ministerium domini sui destituere, + si ad servos referas, qui poenam justam ferunt, aut voluntaria pactione se addixerunt, præceptum est iustitiae: + si ad eos, qui bello injusto capti sunt, + aut ex captis nati, ostendit, Christianos Christianis auctores potius patientiæ esse debere, quam rei talis, + quæ quamvis licita, animos tamen a Christianismo alienos, aut aliqui infirmos, posset offendere. + Similemque in modum accipi possunt Apostolorum ad servos monita, nisi quod illa magis videntur obedientiam a servis exigere dum serviantur, + quod naturali æquitati consentaneum est; nam ²⁵ alimenta, & operæ sibi mutuo respondent.

VII. Cæterum ab iisdem, quos indicare coepi, theologis illud dictum recte arbitror, + servum domino ²⁶ jus illud externum exsequenti resistere illæso iustitiae officio non posse. (hh) Est enim inter hoc, & ea, + quæ diximus, manifesta discrepancy. Externum jus, + quod quidem non sola agendi

debuisset, omnia bella Romanorum iusta fuisse, quum nullum fuerit, in quo Jus Postliminii locum non haberet. Sed in L. 19. D. de Capt. ^{et} Postlim. verba illa, ut qui P R I N J U R I A M ad extraneis detinatur, significant tantum per vim, sive iustum, sive justum, quod spectat ipsum Hostem: & eo sensu sumitur per injuriam, in L. 3. §. 2. D. Ad Leg. Jul. de vi privata, ut adtentient patebit. J. B.

G R O T I L

i Aut laboris sui mercedem] Huc pertinent ea, quæ a nobis ex Ireneo, & Tertulliano allata sunt supra ad libri II, capitul. VII. §. 2. ubi de Hebreis agitur Ægypto egreditis, ad quos & hoc Philonis pertinet de vita Mosis: οἱ δὲ ἐκπομένοι τὸ διακόνειον, τῆς αὐτῶν ἐνγενεῖος εἰς ἔρωτα εἰδόντες, τόλμακα τολμῶσι ἄποιν εἴκο; ήν τὰς ἐλευθερίας τὸ μὴ ἀμύνομος ὃν ἐπεβελεύθησαν ἀδίκοις, πολλαν γεράτειαν ἐκφρήσατες, τὴν μὲν αὐτὸν διεκόμενον ἐπηχθόμενος, τῷ δὲ τοῖς ὑποδηγίοις ἐπέθεσαν, εἰ δικ φιλοχρηματίαν, ή ὡς ἀν τῷ κατηγορῶν εἴτοι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιδημίαν πόθεν; ἀλλα πρώτην μὲν ὡς παρὰ πάτετο τὸν χρέον ὑπηρέτησαν, ἀναγκαῖον μαθὼν κομιζόμενοι εἴτοι δὲ ὑπὲν ὡς κατεδυλωθησαν ἐν ἐλάττοι τὸ ὅχλο τοῖς οὐταιντῦτες & quæ ibi sequuntur plura. Illi autem cum ejercentur, fugarenturque, nobilitatis sue memores, rem incipiunt dignam viris ingenuis, nec oblitis eorum, quæ per injuriam, dolunque

malum, pertulerant: multa enim spolia partim ipsi exportarunt, partim imposuerunt jumentis, non per avariciam, aut quod calumniator aliquis dixerit, alieni cupiditatem. Unde enim hoc illis? sed primum quidem ut ministerii tam longi temporis mercedem sibi necessariam haberent, deinde pro servitute per vim imposita penam non parer, sed multo minorem expertentes. (Pag. 624.) Est similis historia Malchi viri sancti descripta ab Hieronymo in epistolis, & Langobardi Leupinis, quam nobis dat prænepos ejus Paulus Warnafredi libro IV. (Cap. 39.) Adde, si placet, & confessionem editam sub Lanici Patricii nomine.

k Canones nonnulli] Ex synodo Gangreni. vide quæ supra libro II. fine capitul. V.

G R O N O V I I.

24 Et hæc, ^{et} alia] Ut supra de percussore hostis, & exploratore, fine perfidia, dictum est. 3, 4. 18.

25 Alimenta, ^{et} opera] Ut quemadmodum dominus tenetur ad alimenta servo danda, ita servus ad operas reddendas.

26 Jus illud externum exequenti] Grave opus injungenti, verbis, aut verberibus, aut vinculis castiganti.

(hh) Non satis heic coherent Principia Autoris nostri, ut in Notis nostris Gallicis ostendimus. J. B.

G R O N O

agendi impunitate, sed & ²⁷ judiciorum tutela constat, + inane erit si ex adverso resistendi jus maneat; nam si domino vi resistere licet, + licebit & magistratui dominum tuenti, cum tamen magistratus + ex jure gentium dominum in illo dominio, ejusque usu, defendere debeat. + Est ergo hoc jus simile ei, quod summis in quaue civitate potestatibus alibi tributum est a nobis, ut vi illis resistere licitum, pliisque non sit. Ideo & Augustinus + utrumque conjunxit, cum dixit: *ita a plebibus principes, & a servis domini ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiae sustineantur temporalia, + & sperentur aeterna.*

VIII. Sed & hoc sciendum est, ²⁸ + jus istud gentium de captivis + nec semper receptum fuisse, + nec apud gentes omnes: quanquam Romani jurisconsulti + universaliter loquuntur, + partem notiorem indigantes totius nomine. Sic ^a apud Hebraeos, qui specialibus institutis ab aliorum populorum communitate segregabantur, ²⁹ + perfugium ^a erat servis, nimirum, ut recte notant interpres, + his, qui nulla sua culpa in eam calamitatem devenerant: quali ex causa videri potest ortum jus, + quod in folio Francorum ³⁰ servis datur ^b proclamandi in libertatem, quanquam id nunc quidem non tantum bello captis, + sed & aliis qualibuslibet servis vindemus dari.

IX. I. ^m + Sed & Christianis in universum placuit, + bello inter ipsos orto captos servos non fieri, ita ut vendi possint, ad operas urgeri, & alia pati, quae servorum sunt: merito sane; quia ³¹ ab omnis charitatis commendatore rectius instituti erant, aut esse debebant, + quam ut a misericordiis hominibus interficiendis abduci nequirent, nisi minoris saevitiae concessione. Atque hoc a majoribus ad posteros pridem transiisse inter eos, qui eandem religionem profiterentur, scripsit ⁿ ³² Gregoras ^d, nec eorum fuisse

^a Duter.
XXIII,
^{15.}
^b Bodin.
de rep. lib.
^{1, c. 5.}
^c Bart. in
l. 24. D. de
capt. Co-
var. in c.
peccatum.
^{p. II. §.}
^{11. n. Vičt.}
^{de jure bel-}
^{li. n. 42.}
^{Boér. de-}
^{cif. 178.}
^{Silv. in}
^{verba bel-}
^{lum 1.n. 1.}
^{d Lib. IV.}

G R O N O V I K.

²⁷ *Judiciorum tutela*] Ut non tantum possit omnne jus domini usurpare in servum ex captivo, sed id jus etiam possit iudiciis defendere, & per judicem in eo. juveris.

²⁸ *Jus gentium de captiis*] Apud Indos servitutem nullam esse scribit Strabo lib. 15 pag. 710. Nisi accipiendo est de eo, quod dixit n. 6. ut si ad alios, quam ad suos, aut pace facta ad suos refugerint, vindicanti domino reddendi sint.

²⁹ *Perfugium erat servis*] Videntur accipendum de transfugis. (De omnibus servis, aliarum scilicet gentium, quicunque apud Hebraeos fugiebant. Vide Clarissimi CLERICI Comment. in locum laudatum. Nimirum, heic Deu, in gratiam Israëlitarum, jure suo summo in res aliquorum Populorum utebatur. J. B.)

³⁰ *Servis datur proclamandi*] Ut servus peregrinus, simulatque terram Francorum tetigerit, eodem momento liber fiat.

³¹ *Ab omnis charitatis*] Chaire. In illis cefebat ratio, quae prima hoc jus gentium intro-

duxit, nempe ut quos poterant occidere, illis malent parcere suę utilitatis causa.

³² *Gregoras*] Circa ann. Chr. 1260. Michaële Palæologo Imper. Constantinopolitano.

G R O T I I.

I Apud Hebraeos] Vide preceptorum veterium CLXXX.

m *Sed & Christianis*] Sed & Essenis, a quibus ortum primi Christiani duxere. Vide Josephum (Ant. Jud. Lib. XVIII. Cap. 1. §. 5.)

n *Gregoras*] Lib. IV. ubi haec verba: νόμος γάρ έστιν ἡγετός την διαδοχής αεὶ κατώτερος των απογόνων απίκαρτος, & μόνον Ρωμαῖος καὶ Θεραλοῖς, οἷς καὶ Ιλλυρίοις καὶ Τριβάλλοις καὶ Βαλγαρίοις, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταυτότητα, ταῦτα πράγματα μόνα σκαρεύειν, ταῦτα δὲ σφραγῖς μὴ αὐθαποδίζεσθαι, μηδὲ Φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδέποτε μός hic est ab antiquo deductus ad posteros, nec corruptus unquam, non Graeco-Romanis modo, sed Thessalii, sed Illyrii quoque, Triballii, & Bulgaris, propter fidem confortium, ut res quidem in prædam vertere licet

fuisse proprium, qui sub Romano imperio viverent, sed commune cum
33 Thessalibus, Illyriis, Triballis, & Bulgaris. Atque ita hoc saltem, quam-
quam exiguum est, perfecit reverentia Christianæ legis, quod cum 34 Græ-
cis inter se servandum olim diceret ^a Socrates, nihil immutaverat.

^a Plut. V. de rep. pag. 469. 2. Quod autem hac in parte Christiani, idem & ^b Mahumetistæ inter
C. se servant. ^b Mansit tamen etiam inter Christianos mos captos custodiendi
^c Bart. in donec persolutum sit pretium, ^d cuius æstimatio in arbitrio est victoris:
l. 12. D. de nisi certi aliquid convenerit. Jus autem hoc captos servandi ^e solet con-
neg. gelitus Boër. decis. cedi singulis, qui ceperunt, extra personas eximiæ dignitatis: in has enim
178. Conf. reipublicæ, aut ejus capiti jus dant plerarumque gentium mores.
reg. Hisp. l. VIII. tit.

26. par. 2. cent, homines autem nec captivos facere, nec in-
terficiere extra prælia tempus. (Pag. 55. Edit.
Genev. 1616.) Adamus Bremenis de sancto Ans-
gario: inde Hammaburg reversus de venditione
Christianorum Nordalians correcxit. Meminit
hujus moris & Boërii decisione CLXXVIII.
additque, servari in Francia, Anglia, Hispania,
ut si captus sit dux, comes, baro, is non mi-
litum sit, sed principis bellum gerentis.

^f Mahumetistæ inter se servant] Chalcocondy-
la lib. III. Leunclavius libro III. & libro

XVII. Busbequius epistola exoticarum tertia.
(pag. 162. Edit. Elzev.)

G R O N O V I L.

33 Thessalibus, Illyriis, Triballis] Qui tum tem-
poris ab imperio Rom. defecerant, & suo jure
utebantur. Inter quos Bulgari erant novi populi,
Scytharum coloni, qui expulsis Romanorum sub-
iectis in Mœsia inferiore fedes collocaverant.

34 Græcis inter se] Ne qui Græcorum a Græ-
cis in bellis ipsorum inter se caperentur, vi-
centium servi fierent, non erat auditus.

H E N R I C I D E C O C C E I I C O M M E N T A R I U S I N H U G O N I S G R O T I I

L I B . III . C A P . VII .

HAETenus Auctor egit de jure in-
terficiendi hostes, & de jure vastandi,
ac capiendi res eorum: sequitur jam jus,
quod hosti competit in captivos, & victos.
Cum vero Auctor principia juris naturæ vix
tangat, paucis ea præmittere hic licebit.

P R O P O S I T I O I .

Quicquid hostis ab hoste capit, jure ei
quaesitum est ^g in res, ^g in personas.

D E M O N S T R A T I O .

Ex præcedentibus enim constat, omnia
in hostem licere, sine quibus reparatio ju-
ris obtineri, aut jus nostrum defendi non
potest. Sine capture autem rerum, & per-
sonarum id fieri nequit, adeoque occu-
patio hæc licita est, quia tendit ad juris
nostræ reparationem. Idque verum est

non tantum ad quantitatem debiti, aut
ad modum poenæ, sed in infinitum: ne-
que saltem quoad effectus dominii exter-
nos, sed quoad effectus veri dominii. Adeo
ut in personas quoque captas omne jus ho-
sti queratur, quod natura in eos cadere,
ac homo ipse in se habere potest: quæ ner-
vose explicat Imperator in §. 18. Inst. de rer.
div. Item ea, qua ex hostibus capimus, jure
genitum statim nostra furent, adeo quadem ut
^g liberi homines in servitatem nostram de-
ducantur.

P R O P O S I T I O I I .

Hinc hostis captus ex libero fit servus.

D E M O N S T R A T I O .

Servitus enim nihil aliud est, quam quan-
do quis jure belli redigitur in alterius po-
testatem:

testatem, vel ut Imperator in § 3. *Inst. de jure personarum* ait, *qua quis alieno dominio subjicitur*. Quod non repugnat juri naturae, quia cum occidi hostis possit, multo magis capi poterit. Unde servi a servando dicti sunt, l. 4. ff. *Stat. hom.* §. 4. *Inst. d. t.* Evidem natura omnis homo liber est; & negari nequit, contra hanc libertatem naturae esse, alieno dominio subjici: interim tamen jure naturae haec subiectio licita est, vel ex propria dispositione, vel ex jure belli, quatenus ad reparationem juris nostri pertinet.

PROPOSITIO III.

Natura servitus consistit in potestate in operas, & res servi, quas ex operis acquirit.

DEMONSTRATIO.

Victus enim hoc solum jus reliquum habet, nimirum, jus disponendi de operis suis, & ex iis lucrandi. Hoc jus ergo plenarie redactum est in potestatem capientis, adeo ut hic imperet operis servi, & ex illo sibi acquirat.

Notanter autem diximus, acquiri saltam res, quae ex operis servi veniunt; non alias res, quas habuit dum caperetur, quia capiens jam praedae jure eas cepit, nedum eas, quas forte domi reliquit, quia illae occupatae non sunt, indeque ejus manent ex judicio suae civitatis, quo injuria captus dicitur. L. 19. pr. ff. de capt. & postl.

PROPOSITIO IV.

Jus ergo vita, & necis in servum non competit, nisi jure talionis.

DEMONSTRATIO.

Acquirit enim victor tantum illud jus, quod victus in sua potestate habuit: at vita non est in capti potestate, sed id jus Dei est, quod sine injuria in Deum auferri homini nequit. Sane, sola illa ratio, ex qua hosti vita eripi potest, in captis cessat: cessat inquam necessitas, quia captus juri nostro amplius non resistit. Vid. c. 4. §. 10.

Evidem communis quasi gentium usus invaluit, ut capti interfici possint; sed hic abusus est. Excesserunt gentes terminos legitimae servitutis, unde non magis jus oritur quam ex cultu idolorum, qui itidem omnibus fere gentibus communis est, etsi quam maxime naturae adverseretur.

Excipimus autem merito casum talionis: si nimirum gens illa, ex qua capti originem ducunt, jus vitae, & necis in servos exercet; tunc enim eodem jure quoque in eam uti possumus. Romani Cluvianos vi-

cptos puberes, quia in Samo praesidium Romanum deditum occiderant, omnes interfecerunt. Liv. l. 9. c. 31. Vide supra l. 3. c. 4. §. 13. L. 2. c. 20.

ADDITIONE.

Ex principiis Auctoris alia est licentia in captos, quae ex jure naturae oritur, alia, quae ex jure gentium.

JURIS NATURAE enim laedere hostem non licere, ait, nisi justa belli causa ad sit, idque ad reparationem juris sit necessarium; indeque personas capiendi jus quidem hoc modo esse, at tantum ad eum effectum, ut operas perpetuas servus præstet, non autem ut jus vitae, & necis in eum, nedum in ejus posteros competit. L. 2. c. 5. §. 27. seq.

JURE GENTIUM autem laedi hostem ex injusta quoque causa, & in infinitum posse, fingit, adeo ut & occidere captos liceat; idque jus ad posteros quoque extensum esse, putat, b. o. 7. §. 1. 2. Fungere tamen servos posse si ex injusta causa capti sunt, ibid. §. 6.

Quid jure naturae laxiori, i. e. ex regulis perfectionum in captos statui debet, explicat infra c. 14. per tot.

Evidem jus in victos, & in nostram potestatem redactos eodem fundamento nititur, quo jus interficiendi hostem, ac capiendi, & vastandi res eius; hostes enim ex judicio nostrae civitatis injuria omnia agunt, armis nos, civesque civitatis nostræ persequuntur, insidias vitae nostræ struunt, cædibus civitatem nostram implicant, sanguinem innocentem civium effundunt, res nostras vi auferunt, rapinas committunt, ferro, igneque res nostras vastant, &c. Tales igitur hostes ex judicio nostræ civitatis rei sunt plurimum criminum, vita eorum vix sufficit ad expianda haec crimina, & mori meruerunt ex justo talionis jure.

Quando igitur quidam hostium in nostram perveniunt potestatem, eoque judicio nostræ civitatis subjiciuntur, nihil obstat quo minus in hos reos animadverte, & talionem ipsis infligere, i. e. capite eos plectere, & bonis eos privare in poenam possimus. Sane, cum inter priatos is, qui ope, & consilio alium adjuvit, ideo puniri possit, l. 2. c. 17. §. 7. seq. & c. 21. §. 1, nulla ratio dari potest, cur non inter gentes idem obtineat.

Neque huic obstat, quod v. g. senes,

» aliique, qui militiae operam non dant, horum crimi um rei non sint, adeoque talio ex ea ratione in eos statui non possit; nam subditi omnino causa sunt illorum criminum, dum judicium Principis sequuntur, & sequi tenentur, dum opibus suis, consilio, &c. Principi assistunt: adeoque tanquam participes delicti puniri omnino possunt. *Vid. Grot. l. 2. c. 17. §. 7. seq. Et c. 21. §. 1. seq.*

» Atque hæc ratio est, cur apud omnes fere gentes jus vitæ, & necis in captos jure exerceri creditur. Gajus inter modos acquirendi juris gentium (quod nimirum cum ipso humano genere proditum est, *vid. l. 1. pr. A. R. D.*) refert ea, quæ ex hostiis capiuntur, adeo ut Et liberi homines in servitutem deducantur, l. 5. §. 5. f. Et l. 7. pr. A. R. D. Et alibi ait: apud omnes peræque gentes animadvertere possimus, dominis in servos vita, necisque potestatem suisse. L. 1. ff. his, qui sui, vel Et. Sed & ipse Imperator inter modos acquirendi naturales recentet res nullius, §. 12. seq. Rer. div. & tum pergit: item ea, quæ ab hostiis capimus, iure gentium nostra fiunt, adeo quidem ut Et liberi homines in servitutem nostram deducantur, l. 4. §. 1. stat. bom. Hinc Ulpianus servitatem notanter definit, CONSTITUTIO NEM JURIS GENTIUM, quia quis alieno dominio contra naturam subiicitur: is autem intelligit per ius gentium jus, quod seis hominibus commune est, l. 1. §. 4. just. Et jur. seu quod, juxta Gajum, ratio naturalis inter omnes homines constituit. l. 9. ff. just. Et jur.

» Neque obstat, ipsos Ictos Romanos afferere, natura cognitam non esse servitudinem, l. 4. just. Et jur. & constitutionem illam juris gentium esse contra naturam, l. 4. §. 1. stat. bom. Nam verum est, servitutem natura cognitam non esse, quia omnes homines in statu naturæ primævo liberi nascebantur, ut id explicat Ulpianus ipse in d. l. 4. just. Et jur. Si proinde libertas ea auferatur, id fit contra naturam, seu contra statum illum naturæ primævum, contra illum instinctum brutis æque, ac hominibus inditum, adeoque contra illud jus, seu facultatem naturæ, quam natura omnia animalia docuit. At id non impedit quo minus jure naturæ, quod solis gentibus commune est, & quod ratio natura-

lis inter omnes homines constituit, illa libertas jure, & in poenam auferri possit.

AD §. I.

NATURA quidem, i. e. citra factum humanum, aut primævo natura statu] Recte Auctor ait, in primævo rerum statu, i. e. a natura, omnes homines liberos esse; quod constat aperte ex motu illo, & instinctu singulis creaturis a Creatore indito, ex facultate illa naturali agenti di quicquid lubet, quæ homini connata est, & ex qua satis constat, Deum homines liberos esse voluisse.

Quo sensu] "Nimirum, ut sit contra naturam, i. e. contra instinctum illum, quem natura omnibus animalibus indidit.

Quod a Jurisconsultis dictum est, contra naturam esse banc servitudem] "Quia contrariatur motui, & instinctui, quem natura indidit humano generi, repugnat, inquam, facultati illi agendi quicquid lubet, quæ homini connata est.

Non autem contrariatur juri naturæ, seu gentium, quia libertas, seu facultas naturalis agendi homini auferri justa ex causa potest.

Pactio, aut delicto] "Supponit Auctor, servitutem consistere in sola obligatione praestandi perpetuo operas; tale autem pactum non repugnare iustitiae naturali. Deinde jus operarum in poenam quoque auferri posse delinquentibus, ait. Nos etiam jus vitæ, & necis ex servitute inferri, diximus.

Justitia naturali non repugnat] "Victor enim, qui jus capiendi habet, & actu personam capit, i. e. eam in suam potestatem redigit, omnia iura acquirit, quæ victus in fe habet, & omnia per eum acquirit, quæ homo per hominem acquirere potest. Hinc servitus infert 1. jus plenarium in operas servi, adeo ut ille nihil agere nisi imperatus possit: 2. jus in omne illud, quod ex operis servi queritur; cum enim servus nudum sit instrumentum domini, & operæ ejus in potestate domini sunt, omne commodum operarum non est instrumenti, sed causæ: 3. jus in res servi: & præterea 4. jus in ejus vitam, propter injuriam ab hoste illatam.

Gentium

2 Gentium jure aliquando latias patet servitus] " Immo non datur jus gentium. Sed & dictum est, servitutem, quam juri gentium hic adscribit, ejusque effectus, esse ab ipsa natura.

Tum quod effecta] " Vid. §. 3.

Non solum, qui je dedunt, aut servitutem promittunt, pro servis habentur] " Adeoque qui pacto servi sunt, vid. n. 1. De distionis enim finis est ut vixit arbiter fiat vixi, l. 3. c. 20. §. 50. n. 5. Sane, de dicti apud Iudaicis servitutem personalem servire cogebantur, L. 2. c. 13. §. 4. n. 3. De promittentibus servitutem, & quatenus id justitia naturalis permittat, egimus l. 2. c. 14. §. 2. n. 1. l. 2. c. 5. §. 27. & 28. l. 1. c. 3. §. 8.

Sed omnes omnino bello solenni publico capti] " Diximus passim, i. bellum solenne eo sensu, quo Auctor id statuit, non oriens. Diximus 2. servitutem hanc non oriens ex jure gentium, sed ex naturae jure.

Ex quo scilicet intra praesidia perduci sunt] Tunc enim denum vere sunt in potestate, te, & custodia nostra; adeoque tunc dum capti sunt: idem igitur hic obtinet, quod in rebus captis. Vid. cap. praecl. §. 3.

Neque delictum requiratur] " Immo hostis semper ob delictum fit servus, quia scilicet factum suæ civitatis defendit operis, vel opibus suis, vel consilio; adeoque causa est, quod cives nostri injuria occiduntur, spoliuntur, &c. Ex judicio igitur civitatis nostræ hostis homicida est, & prædo; quod judicium cum effectu in eum exerceri potest, ubi in nostram redigitur potestatem.

Etiam eorum, qui fato suo &c. intra hostium fines deprebenduntur] " Nam hi quoque delinqunt, quia tenentur causam principis defendere, & actu opibus suis defendant, ejusque judicium sequuntur. Unde notandum, fatum hic esse quod deprehendantur: non vero fatum est quod in servitutem redigantur.

Ut diximus] c. praecl. §. 22.

3 Multi viri boni] " Immo ex judicio nostræ civitatis hostis semper injuriam facit; adeoque haec nunc erit vir bonus is, qui captus est.

A D S. I I.

¹ Sed & posteri in perpetuum] Verum non est, filios in servitutem parentum suc-

cedere jure nature; tum quia omnis successio est juris civilis, tum quia libertas cuique hominum separata, & proprio jure a natura competit: sublata ergo bello libertate patris, non tollitur libertas filiorum, qui capti nunquam fuere. Ut ergo libertas non transit ad heredes, ita nec privatus libertatis. Conf. l. 2. c. 5. §. 27.

At ex eodem abusu illo gentium, quo victores jus vitae, & necis sibi arrogare, adeoque captos jure hominum privare solent, etiam servitus ad posteros extensa fuit; idque apud Graecos, Romanos, Germanos, aliasque gentes ita observatum est, l. 4. §. 1. ff. de stat. boni.

Additio.

Auctor statuit, jure nature filios non sequi conditionem parentum: quia ea dum servitus naturali justitiae convenit, quæ ex pactione est, & ex delicto; quæ utraque cessat in posteris servi. Vid. §. 1. n. 1. Unde Auctor hunc effectum demum juri gentium tribuit, quod in bello solenni ad effectus externos liberi quoque servorum servi sunt, d. §. 1. n. 1.

At diximus, verum non esse, jus hoc, quo posteri quoque servi sunt, esse ex jure gentium voluntario, & tribuere sicut effectus externos in bello solenni: nam nec datur jus gentium, nec bellum tale solenne; adeoque frustra de ejus effectibus externis queritur.

Igitur juris naturalis est ut partus ancillæ sequatur ventrem. Unde Martianus ait, jure gentium servos nostros esse, qui ex ancillis nostris nascuntur. L. 5. §. 1. stat. boni. Neque iniquum id esse, ex ipsa lege divina probatur. Lev. 25. v. 44. seq. Exod. 21. v. 4. Ratio naturalis hæc videtur, quod liberi sint vera portio viscerum maternorum: l. 1. §. 1. de ventr. insp. Et cum liberi sint pars universitatis, seu civitatis, pœnae quæcumque universitatis in hanc partem statui possunt. At male hæc servitus extenditur ad jus vitae, & necis; uti alibi probavimus.

Qui ex matre serva] " Imperator in §. 4. Inst. de jure pers. ait, servos aut nasci, aut fieri: nasci ex ancillæ nostris, &c.

Post servitutem] " Secus ergo si tempore conceptionis libera fuerit quia supervenientis calamitas non nocet libertati semel quæ sitæ: vel si tempore nativitatis libera fuerit, et si serva conceperit; pr. & §. 1. Inst. de ingen. Sed hæc constitutio est meri

meri juris civilis in favorem libertatis pro-dita.

Jure gentium servos nostros fieri, dixit Martianus, qui ex ancillis nascuntur] Lo-quitur Martianus de jure gentium, quod natura inter gentes constituit, non de fato aliquo jure gentium voluntario.

A D S. III.

E F F E C T A] Quæ jus gentium contra jus naturæ servituti in bello solenni tribuit quoad effectus externos. *Vid. §. 1. num. 2.*

Infinita sunt] i. e. nullis fanibus limitata.

Ita ut in servum domino nibil non licere ēc.] Ita ut non tantum jus nobis competit in eorum operas, res, & liberos, sed in eorum vitam.

Seneca] 10. controv. §. Conf. Sen. l. 1. de clem. c. 18. Flor. 3. 20.

Qua non impune illis imponatur] Ex hypothesis enim Auctoris jus gentium non verum jus dat, sed saltem impunitatem; quod alibi refutavimus: jus in servos ex ipsa naturæ ratione deduximus.

Nulla actio, que non quovis modo imperatur, aut extorqueatur] Omnis enim eorum actio, omnisque utilitas, quæ ex illa actione provenit, ad dominum pertinet, cuius jure, & nomine agunt. *Vid. c. 9. præced. §. 9.*

Ut etiam levitia dominorum in seruiles personas impunita sit] Tacitus de Mōribus Germanorum c. 25. ait: *verberare servum, ac vinculis, ēc. opere coercere, ramum; occidere solent non disciplina, ēc. se- veritate, sed impetu, ēc. ira, ut in iniuria cum, nisi quod impune. Immo non saltem impunita est, sed & licita ex naturali illa ratione, quod servus injuria reparatio ni juris nostri restiterit, & quod ope ejus concives nostri occisi, & res nostræ raptæ fuerint.*

Nisi quatenus lex civilitas levitatem modum, penamque ponit] Jure Romano servi dominos nimis severos deserere, vel ad statutas configere potuerunt. *Vid. Iur. l. 2. c. 5. §. 29. n. 2. ēc. infr. cap. 14. §. 6. n. 4.* Sed & apud Gracos ad libertatem proclaimare licebat, d. c. 14. §. 6. n. 4. *Conf. Sen. de clem. l. c. 18. 3. Benef. 22.* At id juris est positivi, quod perfectioni christianæ maxime convenit.

Apud omnes peraque gentes] Atque hoc ipsum jus a naturali ratione ortum esse, tradit idem Gajus. l. 9. ff. de iuri.

Fines bric potestati positos] Nam ex constitutione Antonini illi, qui sine causa servos occidunt, non minus puniantur, quam illi, qui servum alienum. Sed & major asperitas ejusdem Principis constitutione coercetur: *L. 1. §. f. bis, qui sui, vel al. adeo ut si vel durius habiti, vel injuria infami affecti sunt, liberentur a potestate domini, l. 2. ff. eod.* Et Hadrianus Umbriaciam quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissima causis ancillas atrocissime tractasset, d. l. 2. in f.

Sed ēc res omnes, que capta fuerant] 2 Hæ enim victori cedunt jure prædæ, non vi servitutis.

Nihil suum potest habere] Et in l. 1. §. 1. ff. de bis, qui sui, vel al. ēc. traditur, quod quicquid per servum acquiritur, domino acquiratur. Adde §. 2. *Infl. Eod.* Omne enim jus personæ in potestate victoris est. Vide Ropolanam juxta hæc principia differentem apud Tuan. l. 13. p. 254. *Tenu. b.*

A D S. IV.

Restringitur eorum sententia, qui dicunt, incorporalia belli jure non acquiri] Res incorporeas sunt, ad quarum substantiam corpus non pertinet, & vel personis insunt, vel rebus: quibus proinde captis simul jura illa inherentia capta censentur.

Nam verum est, non primo, ac per se acquiri, sed media persona, ēc.] Cui jura illa inherant.

Excipienda tamen sunt] Servus ea retinet, i. quæ juris naturæ præceptivi sunt; hinc tenetur educare liberos, abstinere ab incestu, & a criminibus, &c. 2. ea, quæ facti sunt; hinc ipse possessionem, ubi de jure non queritur, arripere, solutio nem accipere, &c. potest: 3. iura, quæ domi habet; unde jus patriæ potestatis, iura conjugi, dominium rerum, jus in liberos, actions, &c. retinet, quia facutas revertendi non est in perpetuum sublata. Sed & ex judicio suæ civitatis injuria captus dicitur, indeque reversus omnia illa jura continuat, ac si nunquam captus fuisset.

» fuisse. Vid. infra. c. 8. §. 4. c. 9. §. 6. seq.
Quia ex singulari persona proprietate flu-
unt, ac proinde inalienabilia sunt, ut jus
patrium]" Rationem, cur servus ea jura
 » retineat, jam allegavi, quia scilicet in sua
 » civitate injuria captus dicitur.

Si manere possunt, manent penes perso-
nam]" Possunt autem manere non tantum
 » in liberos domi relictos, & non captos, sed
 » in liberos simul captos, vel postea natos: nam
 etiam servi educare tenentur liberos, &c.

Si non, extinguntur]" Hinc possessio,
 » & matrimonium, reverso servo redintegra-
 » ri novo facto debuerunt apud Romanos,
 » l. 23. §. 1. ff. seq. poss. l. 14. §. 1. ff. Capt.
 » & post. Vid. infra. c. 9. §. 9.

A D S. V.

I JURE gentium, de quo agimus]" Sci-
 licet, quod in bello solenni gentes inter-
 » se introduxere; at quale non existere,
 » diximus.

Non aliam ob causam introducta sunt]" Immo commoda illa ex ipso jure naturæ
 » sequuntur; adeoque frusta singitur, a gen-
 » tibus demum esse introducta.

Tot commodis deliniti]" Dum ex operis
 » servorum, eorumque posteriorum fibi ac-
 » quirunt.

Libenter abstinerent a summo illo rigore]" Evidem exinde sequitur, utile magis esse
 » servare captos, quam eos interficere: at
 » id non impedit, quo minus servati occi-
 » di possint. Rationem, cur capti occidi
 » possint, ex jure naturali sequi, demon-
 » stravimus.

Et statim, & post moram]" Vid. supra
 » c. 4. §. 10.

Servorum appellatio ex eo fluxit]" Conf.
 » August. de Civ. Dei, l. 19. c. 15. l. 4. §. 2.
 » ff. pos. pers. l. 239. §. 1. V. S. Tefm. b.

Ac per hoc servare]" Unde servi a ser-
 » vando dicti, l. 4. ff. stat. bom. §. 4. Inst.
 » Jur. pers.

Ut libenter abstinerent]" Ut ultro spe
 » illius commodi parcerent.

Negare enim quasi patio est ut abstinerere
cogantur]" Adeoque ex hypothesi Auctoris
 » hoc est jus gentium, quod non introdu-
 » ctum est cum mutua obligatione. Vid. sup.
 » pra. e. l. §. 8. n. 2. Quam distinctionem
 » alibi rejecimus. Diff. proem. IV. §. 521.

Toni. IV.

Si jus bec gentium species]" Scilicet vo-
 luntarium.

Sed modus persuadendi ab eo, quod est
utilius]" Adeoque suis commodis consulit
 » dominus si captum servat ad opus: at
 » ad id non obligatur.

Eadem ex causa bec jus in alios transcri- 2
bitur]" Scilicet, ut commodis præfatis,
 » aut spe pretii in casu alienationis deliniti
 » capientes libenter a cæde abstinerent.

Perinde ut rerum dominium]" Hoc quo-
 » que a natura est: cum enim omne jus
 » capti, & vita quoque ejus sit in mea po-
 » testate, jus hoc in alterum transferre,
 » adeoque servum alienare possum. Atque
 » ideo servus pecudis instar habetur, quæ
 » in dominio nostro est, & de qua pro lu-
 » bitu disponere possumus.

Ad natos autem dominium bec porrigi
ideo placuit]" Causa vera est, non quia
 » gentibus id placuit, nedum ex allegata
 » ratione; sed quia jure naturæ id, quod
 » ex re mea nascitur, meum est. Vid. sup.
 » pra. l. 2. c. 5. §. 29.

Si summo jure captores exterentur.]" i. e.
 » captos interficerent.

Illi ipsi nascituri non erant]" Sensus vi-
 » detur esse, quod nati ob beneficium a
 » captoribus acceptum servi fiant, & alie-
 » nari possint; si enim captores parentes
 » natorum interfecissent, ipsi nascituri non
 » fuissent. At non concludit hæc ratio: si
 » enim nati jure naturæ in servitutem re-
 » digi non possunt, uti Auctor statuit, gen-
 » tes suo consensu jus hoc eis auferre nec
 » potuerunt, nec voluerunt, & adeo bene-
 » ficium futurum non esset quod nascantur,
 » ut magis ipsis consultum foret si non na-
 » cerentur. Vera igitur ratio est, quod sint
 » vera portio ancillæ.

Nati ante calamitatem servi non fiant]"
 » Quia tota ratio ibi cessat; non enim na-
 » ti fuit ex re, quæ tum mea fuit: eodem
 » modo uti fructus ante venditionem fundi
 » percepti non acquiruntur emtori.

Nisi ipsi capiantur]" Tunc enim servi
 » fiant non jure ventris, seu matris, sed
 » jure captivitatis.

Ideo autem natos materna esse conditio-
nis, placuit]" Immo id a natura est, &
 » non ex placito gentium.

Quia serviles concubitus nec lege]" Immo
 » requisita juris naturalis etiam inter servos
 » observari debuerunt. Ita enim requireba-
 » tur

» tur 1. consensus mutuus de perpetuo co-
» habitando : 2. ut maturi essent : 3. ut
» extra gradus prohbitos nuberent, &c.

Nec certa cugiochia erat consticti] De-
» ductio in domum, per quam uxor conti-
» tuebatur in potestate mariti, est meri ju-
» ris civilis : jure naturæ sufficit, partes se-
» se conjungere ad perpetuam vitæ consue-
» tudinem ; atque hoc sufficit ad matrimo-
» niu[m].

*Ita ut nulla sufficiens presumtio patrem
inticaret]* Immo presumtio illa æque certa
» est in contubernio servorum, ac in nuptiis
» liberarum personarum : certitudo enim illa
» utrobique oritur ex perpetua illa vitæ con-
» suetudine, quam jungentes sibi invicem
» promittunt.

Atque ita capiendum Ulpiani illud] Immo
» Ulpiani dictum in l. 24. ff. stat. hom. huc
» plane non pertinet. Non enim loquitur
» de servis, sed de spuriis, qui ex ratione na-
» turali sequuntur matrem, non patrem,
» quia de eo non constat, utpote cum mater
» promiscue corporis quæstum fecerit. De
» tali autem spurio ibi agi, patet ex l. 23.
» ff. Eod.

*Id est, lex consuetudinis naturalis ab ali-
quaducta ratione naturali]* Quam gen-
» tes ex hypothesi Auctoris in eo posse-
» runt, quod partus nasciturus non fuisset
» si capiens patrem captum necasset. Quod
» supra examinavimus.

*Abuſione quadam interdum sumi, alibi
quoque demonstravimus]* Immo J. Et nunc
» quam eo sensu vocem legis naturalis ad-
» hibent. Conf. Supra l. 2. c. 19. §. 1. n. 1.
» omnium minime in d. l. 24, ubi de vera
» naturæ lege agitur, & ubi ratio natura-
» lis adest.

3. *Exemplo bellorum civilium intelligi potest]*
» A bello civili argumentum juris nunquam
» peti potest, quia quicquid ibi fit, injuria
» fit ; ergo tali bello capti injuria occidun-
» tur, & injuria servi fiunt.

Quia in servitutem redigi non poterant]
» Eadem ratione, qua in servitutem redigi
» non poterant, etiam non potuerunt in-
» terfici, quia scilicet id saltem ex necessi-
» tate, & deficiente judge licitum fit. At
» judex non deficit in bello civili, & si qui-
» dam cives eum negligunt, injuria negli-
» gunt, & non bello, sed imperio coerceri
» debent. Conf. 2. paralip. c. 28. per tot.

4. *Populine, an singulorum fiant]* Auctor
» distinguit, an in actu bellico, & in mini-

» sterio publico capti sint, an in actu priva-
» to extra ministerium publicum. Illo casu,
» ait, jure gentium voluntario captos ac-
» quiriri populo, hoc casu singulis capienti-
» bus : Duces vero varie prædam distribue-
» re solere. Vid. l. 3. c. 6. §. 15. & seq.

Jus gentium aquavit] Immo ipsa na-
» tura : quia victor acquirit in captum omne
» jus, quod in hominem competere potest,
» adeoque pro lubitu de jure illius hominis,
» uti de alia quilibet re, disponere potest.

A D §. V L

*Quærit Auctor, an captus, & ser-
vus factus fugere possit ?* Jure naturæ id ne-
» gat, quia ibi supponitur ex justa causa ser-
» vus factus : at jure gentium, ubi de justi-
» tia cause non queritur, sed ubi sufficit
» bellum solenne esse, id affirmat. Alii di-
» cunt, posse ad suos, non ad alios fugere.
Covarruv. I. var. c. 2. n. 10.

Nos simpliciter dicimus, spectato jure
naturæ eum fugere posse, quia suæ reipu-
blicæ judicio per injuriam captus est : cum
enim quæque pars se jure bellum gerere,
hostem vero injuria resistere, ac vim exer-
cere, afferat, quælibet quoque pars suos
injurias ab hoste captos statuit, adeoque jure
servos non esse, eoque fugere, & ad suos
redire posse, eti hostes contrarium affer-
rant. Cum ergo nec captus ipse, nec aliis
ejus rei judex sit, captus, qui judicium suæ
civitatis sequitur, potest fugere, & si ad
fixos revertitur, vel ad amicos, censemur li-
beri ; in hostium autem civitate habetur pro
jure capti, & servo : unde punitur si re-
cipitur.

Apud Medios nondum est suæ potestatis,
quia gentes non afferunt injuria captum,
sed res manet in statu, quo fuit cum intra-
ret in civitatem mediorum ; hi enim utri-
usque factum pro jure habent. Vid. infra
c. 17. §. 3. Atque alias & postliminium fu-
gientis injustum esset si fuga injusta : idque
verum non tantum est de fugiente durante
bello, sed & de fugiente in pace. Cum
quo belle convenit jurisprudentia Romana,
l. 26. capt. & postl. l. 19. pr. Eod. Vid. P.
Bell. p. 8. tit. 8. n. 17.

Injsto, servum ex eadem ratione vi quo-
que se eripere potestari domini posse. Resp.
jam hostem ageret, quod non potest, quia
in alterius potestate est ut domini, a quo
ideo

ideo servatus est, cum alias occidi posset. Si igitur statueretur, captum domino vi resistere posse, sequeretur, etiam occidere dominum posse servum, eoque ab isto periculo se servare. Aliud autem est in fuga, contra quam sufficit custodia.

Additio.

* Quæstionem hanc late tractavit B. Parsons in disp. de fuga c. I. n. 27. usque ad n. 38. Verba hæc sunt:

Occurrit adhuc alia militum classis, captivorum scilicet: de his queritur, an licite fugiant? Grotius lib. 3. c. 7. §. 6, respondet affirmando; alio loco, L. 3. c. 14. §. 7, negando: priori loco, uti videtur, de jure gentium; posteriori de jure natura. Mihi distinguendum videtur esse inter captivos, qui se jam dederunt hosti, & qui adhuc vi tenentur. Illis aufugere nec de jure gentium, nec de jure natura licet. Vid. diss. de Postliminio Sect. 2. §. 15. Nam qui se dederunt, licet ab initio vi capiantur, tenenturque, nunc ex propria dispositione transiunt in potestatem hostium; prout vero de jure suo quisque disponit, ita jus est, juxta Pos. VI. ad jus naturæ. Igitur dum proprio facto cesserunt hosti, huic jus semel quæsum contrario factò auferre nequeunt. Interim tamen a suo principe, vel priori domino recipi possunt: is enim neque capturam, neque ditionem adprobavit, nec concedet unquam, per ditionem de suo, Principis, vel civitatis jure privatum disponere potuisse, (hoc scil. Principi integrum manere debet) licet de proprio jure se dediti disponere licuerit. Hi captivi, qui adhuc vi tenentur, licite fugiunt de jure gentium. Grot. L. 3. c. 7. §. 6. (de jure natura illud videtur negare sup. all. l.) Nam quanvis negari non possit, captivos esse in hostium potestatem per capturam redactos, & binc iniuritatis praese ferre speciem, non hytro aliquo, sed fuga se ab illa liberare; hoc tamen etiam certum, quenlibet captivum eisque tantum esse hostium, donec fugiendi facultas incipiat, & hic integrum fugam judicet: vi enim, qua tenebatur, cessante, si fidem non dedit se remansurum, lubens sequi castra, & praefidia hostium, non tenetur. Interim tamen dum adhuc potest retrahi, iustitia fugæ in suspenso est, & si retrahatur, hosti pœnas dabit, qui de injuria sibi illata conqueritur; si autem fuga cessit feliciter, & reversus est captivus ad suos, tunc de jure Romano, & gentium, postliminio reddit, l. 19.

§. 3. ff. de capt. & postl. Hodie cum ob cesantem servitutem jure postliminii opus non sit, in potestatem sui Principis, vel sue civitatis recidit, sequiturque illius judicium, quod factum fugientis approbat, laudatque. Quando etiam ad amicos, vel socios pervenit, quia hi idem nobiscum sequuntur iudicium, itidem liber est, d. l. 19. & 7. d. t. Si autem nondum ad suos, vel amicos reversus est, sed apud medios conmoratur, manet adhuc in potestate hostium, quibus, si petant, a mediis restituendus est. Mediis enim factum hostis pro jure habent; & quod pro jure habetur a gentibus, qua media sunt, id quoque juris gentium est. Sui vero, vel socii injuria detineri citem ab hoste, extimant per d. l. 19. pr. seq. Convenit igitur hoc in easu Jus Romanum perfecile cum jure gentium. Illi vero captivi, qui quidem hosti se non dediderunt, fidem tamen fecerunt, se non nisi hytro prius soluto decesseris, & hujus promissionis intuitu dimittuntur, die auf parole losgelassen, fugere ainiplius licite non possunt; uti hoc casu inter nos obtinet: vid. Ch. B. K. R. art. 70. in not. licet vincī promiserint se manusuros, ut scilicet mitiorem per id custodiam obtineant. Fides enim, quam vincēs delit, valet, & per eam obligatur. Quoniam, nimurum, hac vis non impedit consensum, & in bello licita est. Si tamen nibilominus vincē detineantur, cum ne vincirentur promiserint, neque sua promissione obligantur, sed data occasione licite fugiunt. Grot. l. 3. c. 23. §. 8.

Incidit hic quæstio: An captus victori resistere, & vi sibi viam fugæ aperire possit? L. Romanis hoc permisum reperitur in L. 26. ff. de capt. & postl. verb. Nihil interest quomodo captivus reversus; an vi, vel fallacia potestatem hostium evaserit. Grotius vero dum omnem domino resistendi facultatem servis denegat, etiam huic videtur simpliciter contrarius esse; eumque felicit ratio, quoniam olim bello capti servi fiebant. L. 26. c. 7. §. 7.

Hoc tamen more inter Christianos antiquato, cum hodie captivi non sint servi, sed maneat liberi, licet in potestatem capientium venerint, & hytro, vel ex padlo redimantur, bodiernis potius quod Romanis captivis (qui tamen servi fiebant) licitum fuit, licebit: ita quidem, ut quoties via fugæ iussi pateat, & bi integrum fugam judicent, dum nimurum per hoc desinant in hostium esse potestate,

poteſtate, impediens fugam hoſti reſiſtere, ac vi captivitatē ſe eripere poſſiunt; quod tamen ex eveniu adparebit.

• Ab hoc jure fugiendi B. Parens exceptit *Deditos*: nam per deditioñem omnium iudicio jus hoſti quæſitum eſt, cum jure gentium fides hoſti data, & pacta cum eo inita fervanda ſint. Et licet dicit injuria hoſti ſe compulſum ad deditioñem, eo tamen non tollitur obligatio fidei data: quod & jure Romano coſtitutum in l. 1. ff. capt. Eſt poſt. Quæ plenius excuſſit B. Parens in diſp. de Postliminio in pace Sed. 2. §. 13. 14. 15. Eſt 16.

• Noſtam ſententiam de jure fugiendi, & de jure in deditoſ, alibi explicavimus. Vid. Diſſert. proœm. XII.

• *Qui bello injuſto*] "Bellum, quod inter duas ſummas poſteſtates geritur, nunc quam injuſto dici poſt eſt intuitu partium bellum gerentium, ante ultimam victoriā; quia iudicem non habent, & uterque que iuſtitiam cauſæ ſuæ allegat: ſed res eveniu demum deciditur. Hinc idem eſt, ſive bello iuſto, ſive injuſto capiatur: utroque enim caſu fugere poſt eſt captus; & ex eveniu demum conſtabit, an jure fu- gerit, an injuria.

• *Aut ex captis nati*] "Hi enim eodem jure utuntur, quo capti, ex quibus nati ſunt.

• *Fus non eſſe fugere, niſi ad ſuos*] "Quorum iudicio injuria capti ſunt.

• *In eo eorū falli, non dubito*] "Immo concedi id certo modo poſt eſt: nam ad alios, qui non ſocii, ſed medii ſunt, fugientes libertatem non recipiunt, quia illi utriusque factum pro jure habent; adeoque res in eo ſtuſ manet, quo fuit cum ad fines mediorum accederet.

• *Bello manente*] "Immo etiam pace facta, uti mox videbimus.

• *Libertatem conſequuntur ex poſtliminiū jure*] "Quia nunquam ſervi fuiffe, injuria quippe capti, ex iudicio ſuæ civitatis videtur: de quo jure inſra c. 9. agetur.

• *Si ad alios*] "Cum enim iudicium ſuæ civitatis apud medios non valeat, & hi ius rei in praefenti ſtuſ ſpectent, ſervus fugitivus domino vindicanti reſtitui debet. Secus ſi ad amicos, & ſocios ſuæ civitatis revertitur: de quo d. c. 9.

• *Aut etiam pace facta ad ſuos*] "Immo verum non eſt, fugientem ſervum a ſua

• civitate vindicanti domino reſtitui debere: Eſi enim pace bellum coſtitutum ſit. id tamen non impedit, quo minus utramque pars contendat actus mediū temporis injuria eſſe geſtos; quod iudicium cum effectu valet, ſi captus ad ſuam civitatem revertitur: niſi pace dictum ſit, poſt liminio locum non fore; de quo plenius inſra c. 9.

• *Nox ideo ſequitur, animo quoque injici religionis vinculum*] "Sensus eſt, quod fugientes non peccent fugiendo, eſi civitas, ad quam configiunt, eos reddere debeat.

• *Cum multa ſint iura, qua tantum exterritus iudicium ſpectant*] "Ubi actus legibus five civilibus, ſi gentium improbatur: quin & panitur, & tamen ſalva pietate fieri, ac admitti poſt eſt.

• *Qualia ſunt hac belli iura*] "Quæ ex conſenſu gentium demum vim habent, & ſpecialem lege continent, quod servi fugientes ad alios, vel etiam pace facta ad ſuos, domino vindicanti reſtitui debeat.

• *Nec eſt quod objiciat aliquis*] "Sensus objectionis hic eſt, quod videatur ſervum fugere ideo non poſſe, quia in poſteſtate domini, i. e. in ejus dominio eſt, cui ſe subtrahere abſque injuria nequit. Auctor respondet, dominium hoc non a natura, ſed ex lege demum gentium ortum eſt; indeque non verum ius dominii compete re, ſed faltem dominium externum, cuius ius effectus ſit ut cogi ſervus poſſit, non ut religio animo ejus injiciatur. Verior responſio eſt, quod captus ſequatur iudicium ſuæ civitatis, adeoque ſe injuria captum dicat. Hoc iudicium quidem effictum non habet quamdiu eſt in poſteſtate hoſtis, ubi valet iudicium civitatis hoſtilis; ſed quando ad ſuos, vel amicos revertitur, prævalet iudicium ſuæ civitatis, quæ eum injuria captum, adeoque numquam ſervum factum eſſe, iudicat.

• *Poſſe Eſt dominium dari, quod tantum in iudicio humano, Eſt quidem coaſtivo, valet*] "Ex hujusmodi autem dominio natura non ſequi religionem, ſeu obligatio nem in animo. At dictum jam eſt, 1. in quolibet bello dominium in captos acquiri non ex ficto aliquo jure gentium, ſed ex ipſa ratione naturali. Unde 2. concludendum potius eſlet, captum dominio huic naturali ſe subtrahere non poſſe. At 3. diximus quoque, dominium illud jure naturæ

- » nature saltem vim habere ex judicio civi-
» tatis hostilis , non vero juxta judicium
» civitatis , ex qua captus est , & quod ser-
» vus quoque sequitur : tali igitur dominio
» inest conditio , nisi servus postliminio re-
» versus fuerit. Unde 4. necessario sequi-
» tur , fugam servi ex judicio hostilis civi-
» tatis semper injustam , ex judicio sue civita-
» tis autem semper justam esse : at cum
» effectu semper valet judicium ejus civita-
» tis , ubi is , qui captus est , invenitur.
2. *Quod ē in aliis juris generibus]* Ubi
» scilicet jura civilia aliquem tanquam do-
» minum tuentur , qui jure naturae dominus
» non est. Adeoque ubi non injicitur reli-
» gionis vinculum ei , ad quem verum do-
» minum pertinet.
2. *Jus testamenta nulla dicendi ob delinquum
solemnitatis]* Auctor exemplis probat , jure
» civili dominium aliquando constitui sal-
» tem quoad effectus externos ; ita tamen
» ut ei , cui dominium verum auferatur ,
» nullum religionis vinculum injiciatur. Huc
» refert casum , ubi testator hæredem scriptit
» non adhibitis solennibus : hoc enim casu
» jure civili hæredibus ab intestato hæredita-
» tem tribui , ait ; at id non impedit , quo
» minus hæres scriptus salva pietate hæro-
» ditatem adire , eamque retinere possit.
» Unde concludit , dominium hæredum ab
» intestato saltem in judicio humano valere ,
» non vero ideo quoque injici religionis vin-
» culum hæredi scripto , cui naturali jure
» dominium deberi , statuit. At hoc exem-
» plum plane hoc non pertinet : nam cum
» testamento sint a lege civili , verum non
» est , dominium a *natura* competere ei ,
» cui defunctus id testamento tribuere vo-
» luit ; *Jure civili* autem non tribuitur do-
» minium , nisi adhibitis certis solennibus ,
» quibus deficientibus dominium non trans-
» fertur. In hoc igitur casu hæres scriptus
» nec jure naturali , nec jure civili pro do-
» mino haberri potest.
- Quod tali testamento relictum est , salva
pietate retineri posse]* Is . cui in imperfe-
» cto testamento aliquid relictum est , jus
» a *natura* non habet , quia dispositio de-
» functi post mortem nullum effectum ha-
» bet ; nec jure civili , quia deficient re-
» quisita juris civilis : adeoque salva pietate
» nihil ex tali dispositione capere potest ,
» sed cum omne jus ad hæredes ab intestato
» pertineat , id eis necessario tribuere tenetur.
- Saltem quamvis ei non contradicatur]*
- » Scilicet , ab hæredibus ab *intestato* ; mo-
» do sciunt testamentum imperfectum esse ,
» & acquiescant : tunc enim non ex testamen-
» to , sed ex voluntate hæredum ab inte-
» stato , eorumque beneficio , hæreditatem
» acquirunt. Atque ex his facile deciditur
» celebris illa *questio* , an ex testamento
» imperfecto naturalis obligatio oriatur , ita
» ut hæres in conscientia obligetur ad præ-
» standa legata tali testamento relicta ? Quod
» negavimus in *Jure nostro controverso civili*
» pag. 2.
- Nec longe abit]* Aliud exemplum hic
» ponit , ubi quis dominus constituitur in
» judicio humano , nec tamen alter , qui
» natura rei dominus est , injuria rem de-
» tinet si non interpellatur.
- Dominium ejus , qui secundum leges ci-
» viles mala fide præscriptū]* Verum est ,
» quod sola lex civilis hoc dominium tuea-
» tur : at cum id ob utilitatem publicam
» lege introductum sit , omnino , & natu-
» rali quoque ratione dominium tribuit præ-
» scribenti , quia jure naturae quoque per
» dispositionem superioris jus alii acquire-
» & nobis auferri potest. Atque ex hac ra-
» tione improbat B. Parens dispositionem
» juris Canonici , quod peccatum esse , ait .
» rem alienam solo longi temporis lapsu ac-
» quirere : in *disput. de finibus bone fidei*
» &c. prima , Sect. I. §. 6. usque ad finem.
» Ita enim differit.
- O P R E A* pretium videtur , ad examen re-
» vocare eam questionem , an constitutio iurie
» civilis , que in usucacionibus bonam fidem
» ab initio duxerat requirit , quicquam con-
» tinuat , quod rationi , arti naturali aequitati
» adversum sit , quin , an deterior saltem sit
» constitution canonica ? Quod utrumque om-
» nino negamus. Etsi enim jure naturali san-
» citum non sit , ut lapsu temporis (quod sal-
» tem intra memoriam hominis sit) dominus
» rem suam amittat , & alius alienam acqui-
» rat , tamen , cum in penam negligentie , turn
» ob utilitatem publicam , lege id fieri posse co-
» sentiunt ipsa iura canonica , quibus usucacio-
» nes , & præscriptions aequae , ac jure civili pro-
» bantur , certunque est , potestat : civili id jure
» puniendi , prospiciendique publicis civium usi-
» bus natura competere. Nam cum & res adia-
» phora lege prohiberi sub pena possint , v. g. ne
» quis rogum ascia poliat , vel mulier genas
» radat , &c. nedum res , quia jam ante pro-
» hibitionem officio frugi patris familias adver-
» santur. Bene Castrensis in d. l. 4. §. si viam

in f. ff. de Usucap. inquit: Creditor multatur ab ipso statuto propter negligentiam hac poena, & sic debet cedere lucro debitoris, l. 74. de solut. ; constat enim, quod statutum potuit afficere sibi subjectum, & inferre ei hanc poenam. Præsertim cum non leve illud momentum sit, quod usucapio ad tranquillitatem reipubl. & civium afferat; sed omnium prope maximum, ne scil. lites sint immortales, sed dominia tandem secura, & commercia in tuto. Sublata enim usucapione, & præscriptione, nihil tali civitate turbulentius, nihil civium concordie, amicitieque infestius, & nulla rsi vel acquisitione, vel possessione, nulli boniūnum tutu, ac quieta esse potest.

Quemadmodum igitur usucipationes legibus introducta cum natura iustitia, ac aqua, tunc in civitate tantopere proficere, & prope necessaria sunt, ita potuisse lex salva iustitia naturali absolute eas constitvere, non attenta bona fide possessoris, ob prædictas rationes. Licuit enim utique magistratui summo tamē legem inter cives suos sancire, ut singuli intra triennium v. g. curam habeant rerum suarum, in easque inquirant sub pena, ni fecerint, amittendi indistincte dominii, omnisque iuris in eam rem. Nam & naturaliter Princeps privatis ius suum ex duabus causis auferre potest, in pœnam delicti, & ob necessitates reipublicæ; quarum cum alterutra sufficiat, hic utraque concurrit, scil. pœna negligentie, & utilitas publica, que ex dominiorum securitate, civium quiete, & lit. amputatione pullulat.

Atque hujusmodi aliae leges plurima, ac nullo jure improbatæ sunt. Ita lex constituta est, ut si quis rem suam privata auctoritate repeatat, dominium perdat, l. 13. ff. quod metus caus. §. 1. vers. sed ne Inst. de vi bon. rapt. l. si quis in tantum 7. C. unde vi l. 2. C. de priv. carc. qua lex vero, & justo domino, qui rem suam privatim repetit, in pœnam usurpatæ auctoritatis private dominium afferat; nec ullibi distinguitur, an possessor sciverit, rem ejus, qui repetit, esse, an ignoraverit. Ita cum quis rem ex turpi utrinque causa accepit, danti in pœnam turpitudinis afferatur actio, & condicō: (qua jure gentium competebat per L. 25. in fin. ff. de act. rer. amot. l. 32. in f. ff. de rebus cred. l. 1. §. fin. ff. de Cond. sine caus.) et si possessor scions ex turpi causa acceperebit, l. 3. l. 4. §. 1. l. pen. ff. de Cond. ob turp. caus.

Prator quoque edixit, ut si quis domum

suam ludo præberet, & ex ea re iurias, damna, surta, &c. passus esset, actione, quæ eo nomine ipsi iure competenter, privatus esset in pœnam præbitæ in ludum domum, et si illi, in quos actio daretur, dolo, & mala fide fecerint, & graviter deliquerint, l. 1. §. 1. §. 2. §. 3. ff. de aleat.

Quin in criminibus etiam gravissimis, uti adulteriis, quinquemiliis, in aliis saltē vicenniis, præscriptio accusationem tollit: uti & dolii actio biennio, iepuriarum, anno excluditur. Quin ergo præscriptio, qua exormissimorum facinorum reis ob utilitatem publicam prodest, minus prodesse posset possessori saltē scienti rem alienam esse. Conf. Sect. 2. §. 20.

Quin igitur pari jure fas esset punire negligentiam civium, qui legem certuna tempus inquirendis rebus suis præscribentem aspernantur, & cum litis desit prope notitiam, item magno reip. malo inchoant. Immo cunis in criminibus etiam gravissimis, uti modo dictum, quinquenniis, vel saltē vicenniis præscriptio accusationem aboleat, qui minus lex permittere posset, ut præscriptio prodest scienti rem alienam, quam ut atrocissimorum facinorum reis.

Quod si itaque salva equitate naturali legi licitum fuit usucaptionem ita absque ulla bona fide introducere ex memoratis causis, omni equidem labore, & scrupulo carebit lex illa XII. Tabb. qua usucaptionem non aliter admisit, quam si totum illud negotium, ex quo possessor rem sibi comparavit, bona fide gestum fierit, adeoque quicquid in facto boniūnis consenserit, bona fide non caruerit; cuius juris aequitas multo luculentius apparabit, ubi ratio, seu principium, quod sequitur lex civilis, recte intellectura fuerit. Ergo quale id sit videamus.

Scilicet, bona, & mala fides non sunt nisi in hominum actionibus, & negotiis, & tantum queritur, an quod homines egerrit, bona, vel mala fide egerint: uti de dolo, cuius species est mala fides, nunquam queritur extra hominum actiones, nec quicquam dolosum dici potest, quam factum hominis.

Accurata itaque quam maxime est sanctio juris civilis, quod semper, & in omnibus, qua factio possessoris sunt, bonam fidem requirit, nec unquam possessori ullum ius ex facto ipsius tribuit, nisi tunc, cum agit, bonarii fidem babuerit. Quod constat: nam possessor eti bona fide, & justo titulo rem acceperebit, non tamen medio tempore fructus percipi-

percipiendo suos facit, si tum sciat alienos esse; cum fructus non nisi ex suo facto, scil. perceptione, acquirat, l. 48. §. 1. ff. de A. R. D.

Idem bona fidei possessor actionem ex editio de damno infelto contra vicinum mouere negavit, si tum ades, quas possidet, alienas esse rescivit, l. 13. §. 9. de damn. inf. Eademque ratione nec Publiciana agere poterit, amissa medio tempore possessione, nisi tum, cum agit, & repetit, bona fidei possessor sit, l. 15. §. 2. ff. de usucap. juncta l. 7. §. ult. ff. de publ. item act.

Hac itaque omnia cum facto possessoris procedant, tempore quoque medio, quo fiunt, requirunt bonam fidem. At in usucapione solum initium, scil. negotium, quo possessor a non dominio capit, facto ipsius sit, adeoque bona fide fieri debuit; eo vero rite gesto, & re bona fide, & justo titulo accepta, dominium post certum tempus, quo continuari debet possessio, sine novo hominis facto, atque negotio, sola potestate legis, & vi juris edicitar. Atque ita in ea saltim parte usucapionis, quae non facto hominis, sed potestate juris perficitur, lex non requirit bonam fidem.

Hoc vero hujus juris, ac differentia ratione esse, ut quod capio, i. e. usucapio, juris sit, perceptio facti, perspicue, & exerte exprimitur in l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. cuius verba sunt: Si eo tempore, quo mihi res traditur, putem vendentis esse, deinde cognovero alienam esse, quia perseverat per longum tempus capio, an fructus meos faciam? Pomponius, verendum, ne non sit bona fidei possessor, quamvis capiat (i. e. usucipiat); hoc enim ad jus, id est capionem, illud ad factum pertinere, &c. Ex quo loco patet, bonam fidem in perceptione fructuum semper, in usucapione vero ab initio requiri; utrumque enim in facto hominis consistit: at reliquo tempore usucapionis, quo sola lex operatur, eam non requiri. Quae equidem ratio satis est constans, accurata, & sana.

Præterea si causam, ac finem usucapionis respicimus, scil. ut lites tandem sopianatur, civesque quieti sint, longe convenientior est dispositio civilis, quam canonica. Per ilam enim id agitur, ut lapsu tempore, quod inquirendis rebus suis permisum est dominis, & probata a professore saltem iusta causa, & bona fide negotii, quod gestit, omnis alia lis, & quaestio conticescat. At dispo-

sitione canonum omnem fere fructum ad utilitatem publicam usucaptionum evertit; cum enim usucapio introducta sit, ut tandem evitentur difficiles illæ dominorum disputationes, ac probationes, in barum locum per canones substituantur non minus difficiles disputationes, & probationes de totius medii temporis, & plurimorum annorum non interrupta bona fide: qua re non minus prolixus litium ordo iterum panditur. Quin per hos canones & resuuntur magis disputationes de dominio, & quod unicum fere tutum, certumque remedium fuerat probandi dominii, destruitur. Nam usucapio cum suo initio, seu qualitate negotii, quo possessorem accepit, hanc difficulter, & hoc modo dominium tuto, certoque probari potuit; at quantopere ille probandi per usucapionem dominii modus enervatus sit, ex quo in�dere, & oppugnare eam usucaptionem fecit, excitata lite de totius medii temporis bona fide, cuique obvium est. Quid enim; difficultus est, quam tot annorum continuam, & hanc interruptam bonam fidem, nec ipsius possessoris tantum, sed & antecessorum, quorum ille tempora continuat, docere, cum tamen is, qui intentionem suam in usucapione fuzlat, eam cum omni sua qualitate, & requisitis, probare debeat: arg. l. 10. pr. ff. si serv. vind. l. 2. ff. de Prob. &c. quicquid nomi nulli scriniorum compilatores temere dissentiant, vel transcribant. Quid vero certi, quæ probatio esse potest in usucapione, in quam ingenti difficultatum, dubiorumque mole incursum, queque tam facile eludi potest?

Unde nec evitavit hoc ius Canonum censorum JCTorum. Job. Peb. de Ferrara JCTus Italus in pract. Pap. form. Respons. rei conv. vers. præscriptionis n. 28. defendens sententiam juris civilis addit: Nec obstat, quod periculum animæ vertatur: quia ista ratio: salva reverentia, est multum fatua; & deinde longe graviora in hos Canones subiicit. Item Wijenbec. ad Scheldew. tit. de Usucap. in pr. n. 20. lit I. de hac constitutione canonum ita loquitur: Nec ratio, nec decisio illius textus valet Nam quid huc pertinet dictum Apostoli: Quicquid non fit ex fide, illud peccatum est? scil. æque illud intellexerunt, ut hæc jura præscriptionum, & diutius in hac luce Evangelii patiemur justitiae talibus tricis imponi. Denique Cujacius JCTorum, & Gallia sua lumen ad c. 5. in l. X. de præscript. de eadem ita sentit:

Hunc

Hunc locum serva interim, ut probes, quam cynici, & fusi olim fuerint, quæve impietitia, & incuria curiæ Romanæ.

Quicquid sit, bodie jus hoc canonicum certo receptum esse constat: neque ideo bac disputamus, ut in dubium illud vocemus, sed ut appareat, cum juris civilis dispositio nem omni labe carere, optimaque ratione nisi, quan in republ. præferendam esse alteri; tum intolerabilem esse absumi, quo multi non perspecta vera juris ratione, prætextu cerebrina, generalis, parunque solidæ, quis fidia equitatis, conscientie laqueos necant, & cum sibi, tum aliorum imperitorum amissis tam facile injiciunt.

Equidem Beatus Lynkerus, viro omni elo glio major, hanc sententiam B. Parentis suppresso nomine impugnavit, & male reprehendi jus canonicum, ac rationem, quod hic periculum animæ versetur multum, immrito fatuum a Johanne Petro de Ferrar. appellari, existimavit: Addendo, modestius ratiocinari Ungepauerum ad tit. X. de præscript. n. 7, statuentem, nec rationem Pontificis, nec decisionem in c. f. X. de præscript. ratione carere, sed defumtam esse ex Pauli epistola ad Rom. 14. v. ult.; Paulum autem non loqui ibi de fide salvifica, seu theologica, & justifica, sed de bona fide politica, & quæ efficit ut omne id, quod fit contra animi nostri conscientiam, peccatum sit. Can. 44. c. 33. q. 3. de panit. dist. 3. Atque hanc explicationem esse ex Chrysostomo, Theophilacto, aliisque Patribus, & Theologis, eoque frustra, ac sufficienti absque ratione rationem juris Canonici impugnari. His Respondet B. Patens in disput. de finibus bona fidei &c. secunda, dubio II. §. 18. usque ad §. 27. his verbis:

JURIS Canonici dispositio nec superiori Disp. nec a Dd. vulgo reprehenditur; sed bac eius ratio, & illatio, Quicquid non sit ex fide peccatum est, Rom. 14. v. fin. Ergo in præscriptione, omni tempore requiritur bona fides, c. f. X. de Præscr. negatur: neque a Ferrarensi tantum, sed a Wesenbecio, & Cuiacio, præclarissimis JCTis superiori Dijs. itidem in banc rem allegatis, exploditur. Cum igitur JCTi Pontificii ex Gallia, & Italia, dissimulare sum de ea Pontificis ratione voluerint iudicium, parum proficiet modestia Professoris Tubingensis.

Cum vero in ipso dubii textu concedatur, plerosque locum Apostoli de fide salvifica intelligere, contrarium sine fundamento assertur propter pauciorum opinionem. Neque jam de opiniōnibꝫ, sed de veritate disputatur; neque bac auctoritatibus, sed rationibꝫ evincitur. Iis igitur missis, sententiam dicti Apostolici, & quid inde inferatur, videamus.

Convenientissima igitur textui videtur receptior illa sententia, qua eum interpretatur de fide in Christum. Hec enim illa fides est, quam ubique inculcant Apostoli, & fide qua omnis dominum actio, etiam virtuosa, peccatum est: eoque sensa dicitur, gentilium virtutes maximas sive splendida peccata, propter coherentem actionibus nostris labem illam hereditariam, qua cun animum inficiat, omnes quoque inde procedentes actiones infellas esse necesse est. Nec adeo potest ullum hominis peccatoris factum, quantumcumque gloriosum, ob sortis inquisitionem ab omni labe immutare videri. nisi fides in sponsorem, qui pro labe ista satisfecit, eam abstergat, & deleat, & quod ob dictam saltem animæ maculam perfecta iustitia deest, sua satisfactione suppleat. Qui verborum horum sensus, quo nibil planius videtur, nibil ad bonam fidem usucpcionis pertinet.

Sed nec magis ex altera illa interpretatione, qua in hoc Dubio II. assumitur, et si admittatur, constitutio Juris Canonici inferri potest. Ex bac enim hypothefi dicti bujus, Quicquid non sit ex fide, peccatum est, sententia erit: Quicquid contra conscientiam sit, peccatum est. Atque concessum, & in confessio est, Juris civili quoque dispositionem vitio carere, & aquam, ac iustum esse. An vero contra conscientiam agit qui jus, quod vitio caret, & aquam, ac iustum est, sequitur? Leges a summa potestate late ubi jubendo obligant, ita pernitiendo tranquillam, tutamque reddunt conscientiam, si nibil adversum ius naturæ faciunt: quemadmodum juri naturali nullatenus adversari, constas, si magistratus publica utilitatis, & tranquilitatis causa certum tempus statuat, velitque, ut civis intra prefixi temporis spatia in res suas inquirant, vel si banc subterraneam legem negligant, postea non audiantur, sed dominio rerum neglegistarum cadant.

Quanto minus igitur inferri inde potest, hanc consuetudinem, vel constitutionem juris

juris civilis, absque mortali peccato observari non posse, uti inferatur in d. c. fin. X. de Prescript. An jus a summa in terris potestate constitutum, quod aquam esse, & omnium vitio carere conceditur, quod negligentiam, quim contumaciam eorum, qui legibus certum terminum ad inquirendum rem suam injungentibus non obediunt, damno rei sua puniri, quod tranquillitati, & securitati publica prospicit, litesque amputat; an, inquam, hoc jus peccatum mortale observatoribus suis impingit ex allegato dicto Apostoli?

Quot vero bac ratione, & quanta peccata mortalia ita permissa erunt per ipsos Canones, qui partem sententia gravatam solo s. (postea 10.) dierum lapsu a jure appellandi excludunt, eoque ipso totius cause damno, et si eam iustissimam habeat, mulcent; c. 27. cauf. 2. quæst. 6. c. 32 in fin. X. de Elect. c. 15. X. de sent. & re jud. idemque faciunt si quis saltem Apostolos intra s. (deinde 30.) dies non petierit, c. 24. d. qu. 6. c. 6. de appellat. in 6. Clem. 2. eod. vel terminum probationis labi passus sit, c. pen. X. de Testib. & attest. vel Emphyteuta biennio canonem non solverit, c. 4. X. de locat. & cond. &c. In quibus omnibus, aliisque casibus, ob solutionem neglectum termini praefixi, et si satis angusti, pars suo jure excidit, idque lucro partis alterius cedit; nullo discrimine bona, vel mala fidei, & adeo promiscue, ut nihil penam hanc impedit, quam iusta restitutio- nis in integrum causa: que vero eadem & que contra lapsum prescriptionis datur, v. g. ex causa iuste absentiæ, vel clausula generali L. 1. ff. ex quibus cauf. maj. Quanto vero graviora sunt ista, quam jus illud, quo per usucacionem ei, qui bona fide, & iusto titulo accepit, contra eum, qui tanti temporis moram in requiriendis rebus suis commisit, acquiritur? Atque adeo multo magis hac effient mortalia peccata.

Quod si hac dispositio juris civilis pugnet cum dicto Apostoli, & ideo mortale peccatum inserat, cur uque ad Innocentii III. tempora jus hoc permiscent tot christianissimi Imperatores, Constantini, Theodosii, Justiniani, &c. tot doctissimi Pontifices, tot eminentissimi Ecclesiæ purissimæ Patres, nec ab eo saltem Constantini M. orbem christianum a mortali hoc peccato, nisi post novem integra denum secula, liberarent? Taceo doctissimos, & religiosissimos JCTos

Tom. IV.

christianos, quorum opera in componendo juris civilis corpore usus est Iustinianus. Hi autem nescivere hunc locum adeo tritum et nullus magis? An mentem Apostoli non intellexerunt? An si sciverunt, & intellexerunt, adeo nullam conscientia curam habuerunt, ut banc pugnam legum, & Apostoli sedare, hinc dissensum expungere, atque mortale hoc peccatum abolere, cum facilime potuerint, aspernati fuerint?

At vero minima distant vox illa οἰκεῖα, qua Apostolus utitur, & formula illa juris Romani, bona fide. Quæsit illa οἰκεῖα, de qua Apostoli agunt, constat: scilicet, οἰκεῖα illa, & fides novi fidei, quam ipsi perpetuo inculcant. Sed formula illa, bona fide, non explicatur per vocem οἰκεῖας, sed est propria legibus Romanis, & quasi technica, qua Græcis, vel alterius lingue vocabulis propriis, ita ut vim ejus, sensumque rite exprimant, reddi nequit. Si quis enim bona fide, & mala fide reverteret οὐχ οἴτη, οὐχ οἴτη, (quod tamen apud Apostolum non est) parum Grace loqueretur, & licet Grace, non tanieri eo exprimeretur vox formulæ, bona fide. Unde Theophilus Paraphrastes Græcus retinuit formulam, & ad §. si quis a non domino Inst. de rer. div. & tot. tit. Inst. de usuc. &c. nunquam Grace id vertit, sed semper retinet βούλησιν, vel per οἰκεῖαν, παραγόντων δεσπότων: uti & cum vox usucacionis propria sit legibus Romanis, eam retinet græce, & usucapi redit ἐπεννητερῶν, d. tit. de usucap.

Toto igitur caelo distat οἰκεῖα Apostoli a formula bona fide, que & alias alio longe sensu in jure usurpatatur: ut cum contractus alii dicuntur bona fidei, alii stricti Juris; que distinctione jure quoque Canonico firma ta est, c. 6. §. ad hæc X. de Except. c. fin. X. de Depos. & opponitur hoc sensu bona fides stricto juri. Uti ergo nemo hinc intulerit, contractus stricti juris ideo esse peccata mortalia, quia quidquid non sit ex fide peccatum est; ita apparet, formulam illam bona fidei in legibus non esse id, quod Apostolus οἰκεῖα vocat.

Ut adeo credendum omnino sit, nec ipsius Pontificis mentem fauisse quasi, hec ratio concluderet, sed pro more seculi egisse: solebant enim, cum pro auctoritate aliquid statuissent, vel similitudinem, vel sententiam aliquam, que quodammodo saltem ad id alludere videretur, e sacrâ adjicere; uti cum in c. 6. X. de Major. & obed. ex co-

M

quod

quod Deus duo magna lumina , solem , & Lunam , in celo fecerit , duplex summa in mundo potestas , Pontificia , & Imperatoria , deducitur . Ita cum & vox Apostoli ruit , fides vertatur , & fidei quoque mentio in formula , bona fide , fiat , inde sumit Pontifex occasionem allegandi bujus textus in re , quam auctoritate sua statuerat .

Si dicendum quod res est , conciliari , jus civile , & jus Canonicum facili ratio- , ne posse , arbitror : alia enim quæstio est , an dominus rei naturali jure per præscri- , ptionem civilem dominium amittat , illud- , que in præscribentem transeat ? alia , an , is , qui sciens rem alienum longo tempore , possidet , adeoque præscriptione dominium acquirit , tutius sit in conscientia ?

Prior quæstio affirmatur : quia leges , civitatis ob utilitatem publicam id statue- , runt ; cives autem suo consensu sese le- , gibis civitatis submiserunt . Dominus igi- , tur suo consensu dominium amittit . (Vid . , supr . l . 2 . c . 23 . § . 2 .)

At quod ad alteram quæstionem atti- , net , negari nequit , præscribentem non esse tutum in conscientia . Sane , sola de- , tentio rei alienæ peccatum est , & inju- , ria agit qui eam domino non reddit . Et- , si igitur dominus propter negligentiam , præsumtam dominium perdat , ideo ta- , men peccatum intuitu Dei commissum , non tollitur . Jus igitur domini tollitur , per legem ; sed jus Dei non tollitur , quod ei in præscribentem propter malum , actionis competit . Atque hinc Canones , non immerito crediderunt , animæ peri- , culum hic subesse .

Quod vero Canones ideo præscriptio- , nem nullam declarant , in eo errant , quia , ob utilitatem publicam , & ut tandem , dominia rerum certa sint , dominus suo , jure privari potest , in primis cum ipse in , leges civitatis consentiat . Sane , per re- , stitutionem rei peccatum non cessabit ; nam detentio rei alienæ animo sibi lu- , crandi per se injuria est , quæ intuitu , Dei non expiatur per solam rei restitu- , tionem . Exemplum furis hanc rem illu- , strabit : et si enim dominus remittat actio- , nem furti , id tamen non impedit quo , minus fur coram Deo reus fit propter , malam actionem , contrectationem nimi- , rum rei alienæ ; adeoque et si rem abla- , tam nunc jure teneat , vitium tamen ma- , net intuitu Dei .

Nam & bunc judicia civilia ut domi- , num tuentur] ” Sed dictum est , inde ne- , cessario sequi , animo quoque ejus , con- , tra quem allegatur præscriptio , injici re- , ligionis vinculum ; adeoque nec ex hoc , exemplo Auctoris responsio probatur .

Et hac distinctione facile solvit nodus il- , le] ” Immo distinctio illa in dominium , quoad effectus externos , & internos , non solvit nodum hunc , sed alia ratio- , ne solvendus est .

Erit ergo idem jus , & non jus] ” Non , jus fuit antequam sententia pronuntiaba- , tur ; at jus fit post pronuntiatam senten- , tiam , ex compromisso scil . partium , & , ex lege , adeoque ratione quoque natu- , rali .

In nostra vero questione &c .] ” An sci- , licet capti fugere possint ? & an gentes , dominium tribuendo capienti animis fer- , vorum religionis vinculum injicere volue- , rent ?

Nulla causa fungi potest cur gentes aliud spectaverint , quam externum illud] ” Quod tantum in judicio humano , & quidem , coactivo valeat , verum autem jus non , det , indeque nec animis eorum , qui , dominio tali subjiciuntur , ullum injicat , religionis vinculum .

Sufficiebat ut capti captores vellent parce- , re] ” Doctœ hæ sunt nugæ . Sensus est , gentes , ut victores a cæde victorum ju- , re gentium in bello solenni indulto di- , straherent , insignia commoda in servos , constituisse : non vero voluisse præterea , vinculum aliquod injicere animis captio- , rum , quod eos a fuga impediret ; idque , ideo , quod certi quasi essent , capientem , qui non moveretur utilitatibus illis , nec , motum iri vinculo illo , in primis cum li- , berum ipsi sit juramentum a servo exige- , re . At sèpius jam dictum est , 1. non da- , ri jus gentium voluntarium , nedum bel- , lum solenne , cui effectus particulares , gentes tribuerint : 2. Commoda illa in ser- , vos non jure gentium , sed jure naturæ , statuta esse : 3. Dominium in servos jure , naturæ acquiri ex judicio nostræ civita- , tis ; idque pro vero dominio haberí , quam- , diu servus est in nostra civitate : 4. ex ju- , dicio civitatis hostilis , quod captus sequi- , tur , victorem injuria servum fecisse ; il- , ludque judicium effectum habere si hostis , fugitivus ad suam civitatem redit : atque , hanc 5. causam esse cur servus fugiendo , non

» non contra fidem , & religionem agat ,
» quia ex suo , & civitatis suæ judicio in-
» juria se captum afferit.

Ifis utilitatibus] " Scilicet , quas ex c-
» peris , & rebus servi , item ex ejus aliena-
» tione captore percipere possunt.

Nec moturum eos fuerat vinculum aliquod]
» Quod ex veri , & naturalis dominii natura
» oritur. *Vid. supr. n. 1.*

Sibi necessarium crederent] " Captores.
Poterant exigere fidem , aut iurandum]
» Si servus , qui occidi potuit , jurato pro-
» mittit , se non capessurum fugam , etiam
» ex judicio suæ civitatis obligatur , quia
» fides quoque inter hostes servanda est.

4 *Neque vero temere in lege &c.]* " Auctor
» alio argumento probat , gentes noluissent
» vitoribus in servos aliud dominium tri-
» buere , quam externum , i. e. non tale ,
» quod animis servorum vinculum injiceret ,
» eosque impedit quo minus fugere pos-
» sint : quia scilicet in legibus , quæ per se
» justæ non sunt , sed faltem majoris mali
» vitandi causa feruntur , interpretatio in
» mitiorem partem facienda est. At verum
» non est , legem , qua captor jus acquirit
» in captum , non esse ex naturali æquitate :
» verum non est , legem hanc a gentibus de-
» dum , & quidem majoris mali vitandi
» causa , latam esse. Veram rationem natu-
» ræ , cur servus fugere possit , jam allega-
» vimus , quia scilicet ex suo , & suæ civi-
» tatis judicio , injuria captus est ; quod ju-
» dicium vero tunc demum valet , & effe-
» ctum habet , si in suam civitatem revertitur.

Majoris mali vitandi causa] " Ut nimi-
» rum vñctores tot commodis illiniti abstine-
» rent a cædibus servorum. *Vid. s. n. 1.*
Florentinus] " L. 26. ff. de capt. & postl.
Utrum dimissus , an vi , vel fallacia &c.]
» Nam cum ex suo , & civitatis suæ judicio
» injuria se captum dicat , ipse non peccat
» si ea injuria se liberare studet : at quam-
» diu in potestate vñctoris est , effectum
» non habet illud judicium ; adeo ut si
» recipiatur fugiens , puniri ideo possit.

*Jus captivitatis ita jus est , ut alio sensu
plerumque & injuria sit]* " Auctor putat ,
» ius esse ex jure illo gentium , quod in
» bello solenni effectus externos tribuit ejus-
» modi actui , at injuriam esse ex jure na-
» turæ , si causa belli injusta sit : quod to-
» ties refutavimus.

Jus quoad effectus quosdam] " Immo Pau-
» lus nihil horum afferit in l. 19. pr. ff.

» *capt. & postl.* Sed ait faltem , servum
» fugientem , si ad nos revertitur , posthi-
» minum recipere ; idque inter populos li-
» beros moribus , legibus constitutum esse :
» ubi per mores intelligit jus naturæ , per
» leges autem pacta inter summas potesta-
» tes de ejusmodi casibus inita. Quin di-
» ferre ait , jus hoc ex æquitate naturali in-
» productum esse , & rationem quoque addit
» naturalem , quia ex judicio nostræ civita-
» tis injuria ab extraneis detinebatur , d. l.
» 19. in fin. pr.

*Injuria si id , quod rei intrinsecum est
speculetur]* " i. e. juxta justitiam internam :
» at contrarium afferit Paulus.

*Si quis bello injuncto captus in potestatem
hostium venerit , ab eo non attaminari fur-
ti criminis animu[m]]* " Hoc verum est ex
» judicio capti , & civitatis , ex qua captus
» est ; at quamdiu subest judicio civitatis
» hostilis , quæ bellum justum , & captum
» jure servum factum ait , tamdiu habetur
» pro fure , & tanquam fur puniri potest : jam
» enim cum effectu illud judicium obtinet.

*Modo ipse neque suo , neque publico no-
mine quicquam debeat domino &c.]* " Im-
» mo etiæ debeat domino vel suo , vel pù-
» blico nomine , tamen id quoque auferre
» potest , quia ex judicio suæ civitatis , quod
» captus sequitur , injuria ei facta est , cuius
» reparationem petere potest.

*Nam hæc , & alia multa faciunt poten-
tiores , &c.]* " Auctor sibi objicit , quod gen-
» tes non videantur voluisse permittere fu-
» gam captis , quia eadem gentes deprehen-
» sos gravissime punire solent : at respon-
» det , hæc a potentioribus fieri , non quia
» æqua sunt , sed quia expedit. Vera respon-
» sio est , quod servi juste fugere possint ex
» judicio suæ civitatis , non ex judicio ci-
» vitatis hostilis. Adeoque tota res depen-
» det ab eventu ; si ad suam civitatem re-
» vertuntur , liberi sunt a poena ; si depre-
» henduntur , puniri jure possunt , nimirum
» ex judicio hostili.

Canones nonnulli] " Recte Auctor ait ,
» esse hoc dogma virtutis , & perfectionis.
» Multa timenda sunt servo fugitivo ; adeo-
» que magis ei expedit pati servitutem ,
» quam tot se exponere periculis.

*Si ad servos refras , qui pœnam justam
ferunt , aut voluntaria pœnâ se addixe-
runt]* " Nam ex his duabus causis jure naturæ
» aliquem in servitutem redigi posse , dixit
» Auctor supra s. 1. pr.

Sin ad eos, qui bello injusto capti sunt] Immo non datur tale bellum injustum, si utraque pars afferat justam sibi esse causam; tunc enim iustitia cause ab even- tu dependet: interim utraque pars omnia ait ad sui defensionem, ac si justam cau- sam haberet.

Aut ex captis nati, &c.] Hi sequun- tur conditionem ventris, cuius pars sunt; adeoque eodem quoque jure utuntur.

Quæ quamvis licita, animos tamen a Christianis alienos &c. posset offendere] Rectius: *tum* dominorum gratia, ut illi ab insidiis servorum tuti sint; *tum* gratia servorum, ut judicis divinis se patienter submittant, neque tot periculis, quæ fu- gam sequuntur, se exponant.

Similmente in modum accipi possunt Apostolorum ad servos monita] Apostoli itidem patientiam inculcant quandiu ser- viunt; quo ipso non excluditur facultas fugiendi.

Quod æquitati naturali consentaneum est; nam alimenta, & opere, sibi mutuo respondent] Immo hæc non est ratio natu- ræ cur capti servire debeant: neque ob alimenta, quæ percipit captus operas præ- stat, sed quia vîctor omne jus in viictum, adeoque omnia quoque commoda, quæ ex servo capi possunt, sibi acquirit, non ha- bita ratione proportionis inter operas, & alimenta.

A D §. VII.

SERVUM domino jus illud externum ex- sequenti resistere illeſo iustitiae officio non posse] Dixi, 1. jus servitutis non esse ex iustitia aliqua externa, i. e. non defendi saltem ex jure Gentium quoad effectus dominii externos, sed ex ipso jure na- turæ; adeo ut 2. captor verum, & natu- rale dominum in servum exercere possit, quandiu est in ejus potestate: & si 3. servus fugit, (uti fugere potest, quia ex iudicio suæ civitatis injurya se captum ait) relistere ex eadem ratione potest perse- quenti salva conscientia, quia injurya se recipi contendit. Si vero 4. actu recipi- tur, pati ea debet, quæ domino ex ju- dicio s. e civitatis licita sunt.

Quæ diximus, manifesta discepantia] Immo non est discepantia.

Quod quidem non sola agendi imputa- te, sed & iudiciorum tutela constat] Ex

, , hypothesi enim Auctoris iura interficiendi, hostem, & capiendi res, & personas ho- stium, sequuntur demum ex jure gentium voluntario; quod non verum jus dat, sed saltem imputatem infert, & dominium aliquod externum tribuit, illudque defen- dit, et si injuria sit. Vid. c. 1. §. 2. & supr. §. 6.

Inane erit si ex adverso jus resistendi ma- neat] Auctor servo concedit licentiam fugiendi, non vero resistendi. Ratio nem differentia dat, quod posteriori ca- su inane foret jus externum a gentibus introductum. Evidem ratio hec frivola est, quia jus tale externum non existit, adeoque inane reddi per resistentiam ser- vi non potest. Sed & dixi, jus fugien- di, & resistendi, ex pari ratione licitum esse, sed effectum non habere nisi ubi ad suam civitatem reversus sit servus; in ci- vitate hostili autem prævalere judicium domini.

Licebit & magistratui dominum tuenti] Hoc omnino verum est, quia & domi- nus, & magistratus servum jure captum esse, afferunt; quod judicium in eorum civitate valet.

Ex jure gentium dominum in illo domi- nio, ejusque usu, defendere debeat] Immo id non est ex jure gentium, sed ex jure naturæ: quia enim ex judicio illius civitatis servus jure captus est, ideo & a domino, & a magistratu puniri potest.

Ej ergo jus hoc simile ei &c.] Immo magna hic subest differentia. Subditi nun- quam vi resistere magistratui possunt, quia ejus arbitrio, & iudicio, ultro se submi- ferunt: Capti vero non nisi vi nostræ potestati subsunt, adeaque contendunt, injurya se detineri, eoque fugere, & vi resistere ex suo, siveque civitatis iudicio possunt; nisi metu poenæ. quam captor ex iudicio suæ civitatis liceat a servo su- mere potest, deterrentur. Hinc jam su- pra assertum hoc Auctoris, quod jus re- sistendi magistratibus ex consensu demum gentium sublitum sit, refutavimus

Utrunque] Jus scilicet non resistendi, magistratibus, & dominis.

Et sperentur eterna] Apparet ex his, Augustinum plane non loqui de jure, sed de eo, quod virtutis est; neque eum de foro soli, sed de foro poli agere.

A D §. I X.

A D §. V I I L

Jus istud gentium de captivis] Cum
,, tale jus gentium non existat, nec recipi
,, illud circa captivos a gentibus potuit. Ser-
,, vitus naturæ jure probatur, & experien-
,, tia docet, apud plerasque gentes eam
,, obtinere.

Nec semper] Ita enim apud Germanos
,, nos olim obtinuit, hodie autem in usu
,, esse desit.

Nec apud gentes omnes] Apud Indos
,, servitutem nullam esse, scribit Strabo l.
,, 15. p. 710.

Universaliter loquuntur] Ita enim ait
,, Gajus in l. 1. §. 1. f. de his, qui sui,
,, &c. nam apud omnes peræque gentes ani-
,, madverttere possumus, dominis in servos vi-
,, ta, necisque potestatem fuisse; & quod
,, cumque per seruum acquiritur, id domi-
,, no acquiritur.

Partem notiorem] Immo jus servitutis
,, a natura est, & qua tale apud omnes per-
,, æque obtinet, licet quædam gentes jus
,, hoc remiserint. Sed & ignotas Romanis
,, gentes jus in captos sibi arrogasse plenissi-
,, mum, Americæ exemplo notum est.

Persiguum erat servis] Equidem Osiander
,, existimat, agi in allegato Deutero-
,, nomii loco c. 23. de servo gentili, qui
,, hostem deserit, & ad castra nostra trans-
,, fugit: at id admitti nequit, quæ enim
,, unquam gens transfugas reddet hosti?
,, Verius est, loqui de servo, in quem do-
,, minus severe nimis dominum exercuit.

*His, qui nulla sua culpa in eam calamitatem
devenerant]* Unde Auctor suus
,, pra. L. 2. c. 21. §. 5. n. 1: ad asyli ju-
,, ra retulit hoc beneficium.

Quod in solo Fravorum] Vid. Thuan.
,, l. 2. pag. 230. Idque de Belgis quoque,
,, & aliorum Christianorum terris verum es-
,, se, docet Chrlfin. vol. 2. dec. 80. Gu-
,, dezin. de jur. Nov. l. 1. c. 4. Gran-
,, weg. ad tit. Inst. & Dig. de his, qui
,, sui, vel alien. &c. Tefin. b.

Sed & alii qualibuscumlibet] Scilicet, qui
,, etiam ex delicto, & pacto suo, adeoque
,, ex justa causa servi facti sunt.

*Sed & Christianis in universum plau-
cuit]* Hoc jus mere positivum, & ex pie-
tate christiana inter eos, qui nomen christiani-
um profitentur, receptum est; indeque
cum gentilibus non observatur, sed talionis
jure personæ in servitutem redigi possunt.
Atque id Hispani, Lusitani, Galli, Angli,
Belgæ, &c. cum Indiae populis obser-
vant; quin Hispani jus vitæ, & necis, se-
verius exercent, ac unquam Romani exer-
cuerunt.

Sed alia quæstio est, an Christiani Indo-
s extra bellum in servitutem redigere
possint? Affirmat in Petrinus Bellus de re
milit. p. 2. tit. 12. propter l. 5. §. 2. ff.
& postl. ubi is, qui a gente capitur,
cum qua nec amicitia, nec jus hospitii est,
servus fieri dicitur. At ex infra dicendis ap-
paret, dictam l. 5. loqui de hoste, cum
quo quidem pax facta est, non vero am-
nestia; adeoque ubi injuriaæ mutuæ durant.
Quicquid ergo inde ad nos pervenit, ser-
vituti subjicitur, & contra. Quod vero alii
ex stupore gentium servitutis causam deri-
vent, refutavimus alibi.

Additio.

,, Equidem nihil obstare video, quo mi-
,, nus etiam inter Christianos jus servitutis
,, obtinere possit; neque in sacris ei aliquid
,, contrarium statuitur. Sed & jus vitæ, &
,, necis in captos naturæ jure nihil iniqui
,, continet; quod rationibus supra probavi.
,, Busbequius queritur, sublatam a Christia-
,, nis servitute esse magno eorum incom-
,, modo. Epist. 3.

,, Cæterum, Hispani nullum jus in Ame-
,, ricæ populos habuerunt, adeoque servi-
,, tutis jugum eis imponere nullo jure po-
,, tuerunt. Neque ex d. l. 5. nullum sibi
,, præsidium querere possunt, quia lex illa
,, loquitur de gente, quæ vere hostis est,
,, quæ res nostras, & personas capit, ac
,, has in servitutem redigit, adeoque in
,, quam jure talionis quoque paria exerce-
,, ri possunt: Jure Romano autem pro ho-
,, stibus ideo non habentur, quia apud eos
,, tantum hostes dicuntur, quibus bellum
,, publice decretum est.

*Quam ut a misericordiis boni invenient
alduci nequirint, nisi minoris servitutis
concessione]* Auctor in præcedentibus sup-
M 3 , posuit,

„ posuit , gentes communi placito varia
„ commoda in servos ideo permisisse , ut
„ eorum intuitu abstinerent captores a cae-
„ de captorum. Hoc jus gentium ad Chri-
„ stianos non pertinere , ait , quia illis ex
„ doctrina Servatoris cognitum est , nec mi-
„ nori servitia , adeoque nec commodis ser-
„ vitutis , uti licere. Nos diximus , legem
„ Christi non loqui de jure naturae , sed de
„ charitate , & perfectione ; adeoque quæ
„ ibi traduntur , in nostra disciplina nihil
„ probare.

2 *Donec persolutum sit pretium]* An ergo
„ lytron petere licitum est ? Affirmatur. Nam
„ cum jure naturae victor operas ex captis
„ acquirat , in ejus locum æstimatio etiam
„ inter Christianos peti potest.

Cujus æstimatio est in arbitrio victoris]
„ Nam is pro lubitu jus operarum , & uti-
„ litatem , quam inde sperat , æstimare po-
„ test. *Burgers. cent. I. c. 37.*

Nisi certi aliquid convenerit] "Nam ple-
„ rumque pacto inter bellum gerentes id
„ definiri solet. *Burgers. d. l. Tesin. b.*

Solet concedi singulis , qui ceperunt] Im-
„ mo præda omnis , adeoque & personæ ,
„ cedunt principi bellum gerenti ; is vero
„ potest commodum hoc relinquere capien-
„ tibus. Hodie plerumque distingui solet
„ inter personas honoratiores , & minoris
„ dignitatis , ut illi cedant Principi , ha-
„ singulis : prout exempla ex disciplina bel-
„ lica Imperatoris , Belgarum , aliorumque ,
„ affert *Tesmarus in not. b.*

C A P U T V I I I .

De imperio in viatos.

- | | |
|---|--|
| I. <i>Acquiri bello & imperium civile , tum ut est in rege , tum ut est in populo , & ejus acquisitionis effecta.</i> | III. <i>Interdum haec misceri.</i> |
| II. <i>Acquiri & imperium herile in populum , qui tum civitas esse definit :</i> | IV. <i>Acquiri & res populi etiam incorporales ; ubi tractatur questio de chirographo Thessalorum.</i> |

+ I. I. **Q**Ui + sibi singulos subjecere potest servitute personali , + nihil mirum est si & ¹ universos , + sive illi civitas fuerunt , ^{a Contr. pag. 34. Edit. Gron. ma- jor.} + sive civitatis pars , subjecere sibi potest subjectione sive ² mere civili , + sive ³ mere herili , + sive ⁴ mixta. Hoc argumento quidam utitur in controversia ^a de Olynthio apud Senecam : *servus est meus , quem ego emi belli jure (aa) vobis , Athenienses , expedit ; alioquin imperium vestrum in antiquos*

G R O N O V I I .

¹ *Universos]* Magnum numerum hominum , sive illi absolvant corpus civitatis , sive membrum faciant illius corporis , veluti reipublicæ , regnive urbs una , vel plures.

² *Mere civili]* Ut eos adjungat ad participandos civiles honores , ut reges , & primi consules Romani , qui hoc maxime auxerunt urbem , quod viatos populos migrare Romanam coegerunt , & eis jus civitatis dederunt.

³ *Mere herili]* Ut omni erupta libertate , tantum pro subiectis , aut tributariis habeat.

⁴ *Mixta]* Ut parte , vel specie libertatis reflecta , aliam conditionem stipendiariorum , vel provincie eis imponat.

(aa) Locum istum , in Editt. & MSS. corruptum , ita restituit Vir Eruditissimus J O A N N E S SCHULTINGIUS : *Belli jure. Id tueri vobis , A. exp. alioquin — redigitur : quidquid est bello partum perdetis. Contra ait : Ille &c. Mihi in prioribus verbis , quem ego emi belli jure , deesse videtur captum , aut quid simile. Neque enim Pictor servum belli jure emerat , sed venditum ab eo , cuius erat jure belli. J. B.*

*antiquos fines redigitur quicquid est bello partum. Itaque + imperia armis quæri, victoriis propagari, dixit * Tertullianus. Quintilianus ^b jure belli regna, populos, fines gentium, atque urbium contineri. Alexander apud + Curtium ^c leges a victoribus dici, accipi a viatis. Minio in oratione ad Romanos : ^d cur Syracusas, atque in alias Siciliae Graecas urbes praetorem quotannis cum imperio, & virgis, & securibus mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis superatis vos ius has leges imposuisse. Arioistus apud Cæsarem ^e ius esse belli, ait, ut qui vicissent ius, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: item, populum Romanum viatis, non ad alterius prescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuevit.*

2. Narrat Justinus ex Trogo ^f, qui ante Ninum bella gesserant, non imperium sibi, sed gloriam quæsivisse, & + contentos victoria abstinuisse imperio: Ninum primum fuisse, qui fines imperii proferret, aliosque populos bello subigeret: & ex eo id abiisse in morem. Bocchus apud & Sallustium: ob regnum tutandum arma se cepisse: nam Numidia partem, unde Jugurtham expulerit, jure belli suam factam.

3. Potest autem imperium victoria acquiri, vel tantum ^a ut est in rebus, + aut alio imperante, + & tunc in ejus duntaxat jus succeditur, non ultra; vel etiam ^b ut in populo est: quo casu victor imperium habet, + ita ut & alienare possit, sicut populus poterat. + Et sic factum ut regna quædam in patrimonio essent, diximus ^b alibi.

^a Apolog. c. 25.
^b Inß. Orat. V., 10.
^c Lib. IV.
^d 5.
^e Livius I. XXXV.
^f 16.
^g De bello Gallico I. I. c. 36.
f Lib. I.
c. 1.
Jug. v.
110.

II. I. Po-
cap. III.
§. II.

G R O T I I.

^a Ut est in rege] Alexander post pugnam ad Gaugamela rex Afiz salutatus (Plutarch. Vit. Alex. pag. 685. B.) Romani quæ Syphacis fuerant sua dixerunt polémus nōm, lege belli. Appianus excerptus legationum, n. 28. Legati Gotthorum apud Agathianum I. de Theuderico: 'Οδράκρον καθελών τὸν ἐπιλύτην τὸν τύρων (lege Σκυθῶν) τάκειν ἀπατα κατέχει τὸν πολέμους θεσμόν' cum Odacrum deviciisset advenam Scyrum, ejus quæ fuerant belli iure tenuit. (Cap. 4.) At Hunnis dicentibus suis esse Gepidas, quod eorum regem cepissent, negarunt id Romani, quia Gepidae habebant principem magis, quam regem, nec in ipsius patrimonio erant. Meminit Menander Protagor. (Pag. 130. Ed. Hæsbel.)

^b Ut in populo est] Persæ apud eundem Menandrum de Daras urbis territorio: ἐπὶ οὐ πόλεις (Δάρας) αὐτοῖς τῷ θεσμῷ τῷ πολέμῳ ὑπενίθη, εἰς αὐτῷ τροπή καὶ τὸ ισχ γε ὑπὸ τὴν πόλιν, αἱμόλειν αὐτοῖς cum urbs ipsa belli iure subjugata a se esset, rationis esse ut & quæ sub urbe fuerunt ad se pertineant. (Pag. 98.) Vandalis devictis volebat Belisarius etiam in Sicilia Lilybæum Romano imperio cedere, ut quod Vandalis dedissent Gotthi. Sed ii dedisse se negabant. Procopius Vandalicorum II. (Cap. 5.) Henricus Friderici Barbarossa filius capta Sicilia

Epidamnum, Thessalonicanam, aliaque ^a Siculis possesta sibi vindicabat. Nicetus lib. I. de Alexio Isaaci fratre. (Cap. 9.) Bajanus Avarorum Chaganus ad Imperatorem de Sirmio: προσῆκεν αὐτῷ Γηγαιῶν πρότερον κτῆμα γενομένην, αὐτῶν δὲ υπὸ Αβάρων πολεμεῖσθντων ad se eam urbem pertinere, ut quæ Gepidarum fuisse, qui Gepidae vieti essent ab Avariis. (Menander, pag. 108.) Petrus Justiniani legatus in oratione ad Chofoëm: ὁ γαρ δεσπότας τῷ μημεοντι πῶς ἔχει τὸ ὑποβεβηκός; εἴτε γάρ Λαζίον, εἴτε μην αὐτοὶ Σεβανὶ πρὸς ἀμφιβολίους εἴποιεν, ὡς ἔχει ὑπονομήν η Σεβανία Λαζανὸν ἀνέκαθεν ην nam qui dominus est principalis, quomodo non erit & accessori? neque enim aut Lazi, aut Suani unquam controversiam banc movebant, non fuisse, ab antiquo Lazarum Suaniam. (Pag. 120.) Utrumque est ex Menandro Protagore. Adeo quæ hoc capite, §. IV.

G R O N O V I I.

⁵ Ut est in rege] Ut commissum, & creditum, ut acquirat non sibi, sed populo, vel regno, cui praest.

⁶ Ut in populo est] Ut proprium, sive ipse jus omne in priorem quoque populum suum habeat, sive quodcumque in priori jus habeat, omne consequatur in vieto, & caput sit duorum separatorum civilium corporum.

G R O-

I I. i. Potest & amplius fieri, + nempe ut ⁷ quæ civitas fuit, civitas esse desinat, sive ita ⁺ ut accessio fiat alterius civitatis, ut Romanæ provincie, + sive ut nulli civitati adhæreat, + ut si rex suo sumtu belum gerens populum sibi ita subjiciat, ut eum regi velit. ⁸ non ad populi, sed ad regentis præcipue utilitatem, + quod herilis est imperii, non ^a Cup. 14. civilis. Aristoteles. lib. VII. ^a de republica ; ἐσὶ δὲ ἀρχὴν οὐκτὸν τὰς ἀρχαὶ τοῦ πολιτεῖαν εἰναι φανεῖ, τὸν δὲ τὸν ἀριθμὸν imperium aliud est ob utilitatem regentis, aliud ob utilitatem ejus, qui regitur : hoc inter liberos locum habet, + illud inter dominos, καὶ servos. Qui ergo tali tenetur imperio populus, in posterum non civitas erit, sed ⁹⁺ ma-

In An-
chis. Ex-
cerps.
Grot. è
vett. Co-
mic. E
Trag. pag.

Օսկ է՛տ, ծգ՛լաց, ա՞, շշե՞, չմնամ ունչ -

Vir bone, servorum nulla est usquam civitas.

2. Et Tacitus ^c hæc inter se sic opponit: *non dominationem, sed servos, sed rectorem, et cives cogitaret.* De Agesilao ^d Xenophon: ^{c Ann.} XII. c. II. ὅπίστις δὲ πόλεις προσταχθεῖτο, ἀφαιρῶν αὐτῶν ἵστα δῆλοι δεσπόταις ὑπηρέταις, προστάταις ἵστα ἐλεύθεροι ἄλλοι πειθοῦται: quæcumque civitates in suam redigebat potestatem, has immunes habens ab his, que servi dominis praestant, ea tantum imperabat, in quæ liberi homines rectoribus parent.

III. Atque hinc intelligi potest, + quale sit mixtum illud imperium, quod dixi, ex civili, & herili, + nempe ubi servitus miscetur cum aliqua ^{io} personali libertate. + Sic populis, legimus, arma ademta, imperatum, (bb) + ne ferri quid haberent extra, quam ad agriculturam; alios coactos + sermonem, & ⁱⁱ vitæ genus mutare.

IV. I. + Sicut autem res, quæ singulorum fuerant, + jure belli iis acquiruntur, qui eos sibi subjiciunt, + sic & res universitatis eorum fiunt, qui sibi subjiciunt universitatem + si ipsi velint. Nam quod de deditis dicit ^e Livius, ^e ubi omnia ei, qui armis plus potest, dedita sunt, quæ ex iis habere.

G R O T I A.

c Ubi omnia est, qui armis plus potest, dedita sunt.] Vide supra libro I, c. III. §. 8. & lib. II, c. V. §. 31. & hoc libro cap. V. §. 2. & infra c. XX. §. 49. & addit Polybii hæc excerpto legationum 142. οἱ διδόντες αὐτῷ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὸν ἐπιτεσσάν, διδόσσοντο πρῶτον μὲν χωραγοὺν ὑπάρχεσσον αὐτοῖς καὶ πόλεις ταῖς ἐν ταύτῃ. τὸν δὲ τρίτον ἀνδράς καὶ γυναικας ταῖς ὑπάρχεσσοντας εἴναι χιφέα καὶ ταῖς πόλεσιν, ἀπαντας ὡμοιας ποταμοῖς, μάνεύεις, λέπι, τάχθος συλλήθοι, οἵτε πάντας εἶναι χωρίς Ῥωμαϊκούς, μετὰ τούς δὲ ταῦτας διδόντας ὥπλους μηκέτε περιθένοις¹ qui se dedunt in Romanorum potestatem, ita dant primum regiorem, que ipsorum fuit, Et quæ in ea regione sunt arbes: viros praterce omnes, ac feminas, qui aut in regione, aut in urbibus sunt. Insuper fluminis omnia, portus, sacra, religiosa universim omnia.

ita ut omnium domini sint Romani, ipsi autem, qui se dediderunt, plane rei nullius. Vide quæ modo dicta cap. VII. §. 4. Justinus lib. XXXVI. de Judais loquens: postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venere. (Cap. 3.):

G R O N O V I I

7 *Quæ civitas? Respublica sui juris.*

8 Non ad populi] Cujus ipse rex est , & a quo velut fiduciarium regnum habet.

9 *Magna familia*] Numerus ingens servientium.

10 Personalis libertate] In qua corpora relinquentur libera, quamvis operæ serviles, & tributa praestentur.

¹¹ *Vitæ genus*] Ut Lydi. *Iustin.* I., 7.

(bb) Hoc nominatim comprehensum erat in
Federis.

babere victor, + quibus multari eos velit, ipsius jus, atque arbitrum est:
+ idem in bello solenni victis locum habet. + Nam deditio sponte permit-
tit, quod alioqui vis esset eruptura. Scaptius apud ^a Livium: agrum, de
quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse, captisque Coriolis jure belli + publi-
cum populi Romani factum. Annibal in oratione ad milites apud ^b eundem: quo
quicquid Romani tot triumphis partum, congestumque possident, + id onus
nostrum cum ipsis dominis futurum est. Antiochus ^c apud eumdem: quo
victo cum omnia, qua illius fuissent, iure belli Seleuci facta sint, + exstima-
re sua ditionis esse. Ita Pompejus ^d, quae Mithridates bello capta impe-
rio suo adjecerat, + populi Romani fecit.

2. + Ergo & incorporalia jura, quae universitatis fuerant, fient victori-
 ris quatenus velit. Sic Alba victa, quae Albanorum jura fuerant ^e + sibi
 vindicarunt Romani. (cc) + Unde sequitur, omnino liberatos Theffalos
 obligatione centum talentorum, quam suminam cum ipsis Thebanis debe-
 rent, Alexander Magnus Thebarum dominus factus jure victoriae ipsis do-
 naverat: neque verum quod pro Thebanis apud ^f Quintilianum adfer-
 tur, id demum victoris esse, quod ipse teneat: + jus, quod sit incorpo-
 rale, apprehendi manu non posse: + aliam conditionem esse heredis, a-
 liam victoris, quia ad illum jus, ad hunc res transeat. + Nam qui do-
 minus est personarum, idem & rerum est, & juris omnis, quod personis
 competit. + Qui possidetur, ^g non possidet sibi, nec in potestate habet
^b qui non est suæ potestatis.

3. Immo etiam + si quis populo victo jus civitatis relinquat, potest
 quædam, quæ civitatis fuerant, sibi sumere. In ipsius enim arbitrio est,
¹² + quem velit esse sui beneficii modum. Imitatus fuit factum Alexandri
 Cæsar, ⁱ + donato Dyrrachiniæ ære alieno, quod nescio cui adversarum
 partium debuerant. Sed hic objici poterat, bellum Cæsaris ¹³ + non
 ex eo esse genere, de quo jus hoc gentium constitutum est.

Fœdere, quod, expulsis Regibus, Populo Rom. dedit Porfenna, teste ^{Lib. XXXIV. Cap. 14. J. B.} PLINIO, Hist. Nat.

reddere quæ Judeorum tenebant a senatu non concessa, & ante Cassii bellum possesta. Memorat *Iosephus* (Ant. Jud. XIV, 12. §. 4. divisi. Hudson.) Vide. & *Bizarum Genuensis* historiæ libro X.

(cc) Vide §. 9. Capitis sequentis, & confer ¹² *PUFENDORFIUM*, De Jure Nat. & Gen-
 tium, Lib. VIII. c. 6. §. 20. J. B.

G R O N O V I I.

¹² Quem velit esse] Quousque velit indul-
 gentiam suam patere.

¹³ Non ex eo] Non justum, sive solenne,
 quia civile fuerat.

^d Non ex eo esse genere, de quo jus hoc gen-
 tum constitutum est] Antonius Tyrios jussit

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. VIII.

HACERNVS Auctor egit de captura privatuarum personarum, aut rerum, & cuinam acquirantur. Hic tractat de capture jurium publicorum, seu totius imperii: & ait, ut singulos, ita & civitatem capi posse, eoque redigi in potestatem victoris vel civilem, vel herilem, vel mixtam, §. 1. Civile autem imperium esse, ait, quoties acquiritur quale fuit in rege victo. *Herile esse vel patrimoniale*, si acquirit ut est in populo, §. 1. n. 3, vel mere herile, si ita acquirit ut civitas esse definit, §. 2. *Mixtum*, ubi servitus miscetur cum personali aliqua libertate, §. 3. Per hanc occupationem, ait, transferri in victorem omnia iura publica. etiam incorporalia, §. 4.

Sed cum ex his positionibus nihil certi sequatur, substituenda hic sunt solidiora principia.

PROPOSITIO I.

Vincere duo significat; 1. alio qualitercumque superiorum esse: 2. in potestatem armis redigere; de quo hic.

DEMONSTRATIO.

Hactenus de processu belli egimus: ordo igitur est ut quemadmodum in processu iuris ad sententiam, ita in processu belli ad victoriam veniatur, quæ instar sententiae est. Per victoriam autem non intelligimus quemlibet actum, quo quis alio superior est, sed talem, quo quis in alterius potestatem redigitur: prior enim actus nullum effectum juris habet, sed tantum aliquem gloriæ, ut animentur milites, & subditi; unde sèpius videmus, utramque partem eam gloriam affectasse. Tale est, quod narrat Livius L. 2. c. 6. §. 2. cum Sabini ancipiti prælio digressi castra postero die in tutiora loca retulissent, id satis Consuli vi-

sum, cur pro victo relinquere hostem. Ita cum Livius Dux Romanorum classem Antiochi in portum Ephesinum fugasset, atque ante portum aciem instruxisset, dicitur eo satis expressissime confessionem victimis. *Liv. l. 36. c. f.*

De posteriori ergo vincendi specie sola hic quæstio est, nimirum, quando per victimam aliiquid in nostram potestatem redigatur.

PROPOSITIO II.

Posterior species duplex est, vel ratione certi actus, vel ratione totius belli.

DEMONSTRATIO.

Ratione certi actus victoria reportatur; si hostis vel prælio vincitur, vel urbs occupatur: ratione totius belli, quando totum territorium hostile in nostram potestatem redigitur, adeoque ipsum imperium acquiritur.

PROPOSITIO III.

Vincitur autem CERTO ACTU aures, seu persona singularis, aut universitas: priori facto jura privata queruntur, posteriori sola jura publica.

DEMONSTRATIO.

In victoria igitur, quæ in certo actu reportatur, distinguendum est, an res singulares ea victoria queratur, an universitas. Si prælio hostis vincitur, saltet acquiritur id, quod captum est, adeoque res, & personæ hostium; at urbe capta non acquiruntur jura singulorum, seu jura civium privata, sed solum jus publicum civitatis. Differentia hæc nititur ratione naturali: nam 1. quod commisso prælio capit, *præda* est, quæ capitur a resistentibus, & in fugam actis; sed

sed occupata, & in potestatem redacta urbe, non amplius resistunt cives, &c. 2. Actus unus, idemque est, quo hostis fugatur, & præda acquiritur, quia res illæ non sunt amplius in potestate, & custodia hostium, qui fugati sunt, sed in custodia victoris, neque adeo opus novo actu occupationis; at hic actus, quo pellitur hostis, est actus belli; ergo res capta bello quæsita est. Occupata vero urbe bona civium privata sunt adhuc in eorum custodia; adeoque aliis est actus, quo urbs occupatur, & ejus jura publica; aliis, quo bona privatorum. Hæc ergo occupatio bonorum non est actus belli, quod occupata urbe jam cum ea finitum est, sed vis, quæ illicita est. In momento enim urbis captæ nec amplius resistunt cives, nec hostes sunt, sed subditi, cum quibus non vi, sed judicio agendum est. Quam rationem differentiæ explicavi in *Disp. de jure victoriae* §. 32.

Additio.

„ Alibi probavi. victorem non tantum jus, in jura publica civitatis acquirere, sed & omnia jura privata ejus arbitrio, ac domino subjici: adeoque occupata civitate, singulos quoque in servitutem redigi posse.

PROPOSITIO IV.

Toto bello vincitur hostis, cum per ultimam victoriam in nostram redigatur potestem, quo factò imperium acquiritur.

DEMONSTRATIO.

Per ultimam victoriam igitur acquiritur plena potestas in populum victimum, adeoque in omne id, quod publici juris, seu populi est: i. e. imperium. Quod infinitis gentium exemplis probat Auctor hoc capite. Unde victor fit magistratus, victi autem ejus subditi: adeo ut nil nisi in subditos statui possit.

Neque obstat, quod hæc acquisitione videatur excedere damni accepti modum, & iniquum sit pro modica injuria integra regna, & imperia auferre: nam culpa est victi; victor non potest dici jus suum recuperasse, nisi ita recuperaverit, ut hostis auferre ipsi amplius nequeat. Quia enim plene ipsi restitui jus debet, non habet plene, quod armis ei iterum auferri posset. Ea autem possidendi securitas non quaritur, nisi hostis vel per transactionem ultro cesserit, vel cum omni sua potentia, qua refi-

stit, in potestatem victoris transeat. Si ergo transactio nulla intercedat, (quæ non nisi utriusque consensu fit) necessarium est ut per ultimam victoriam omnia in potestatem victoris transeant, ut ille securus esse queat. *Conf. disp. nostra de jur. victor.* §. 9.

PROPOSITIO V.

Non ergo victori tali competit ius capienti personas, vel res singulorum, vel bas viciandi.

DEMONSTRATIO.

Explicavi hanc propositionem in disputacione de jure victoriae §. 10, usque ad 32. Verba hæc sunt.

HINC jam manifestum fit, quod post victoriam, per quam hostis, aut quod hostium est, in victoris potestatem redigitur, definit ius belli, ac incipiat ius imperii; illa enim necessitas defensionis, quæ sola iustitiam cædium, vassitatum, ac prædationum in bello sustinuit, nunc cessat, cum res jam sit in victoris potestate, adeoque jure imperii, cui parere victi tenentur, agere potest. Definit igitur vis, cum judicio tanquam in subjectos agere victor potest, neque amplius ut hostis, quid ad vincendum utile, sed ut iudex, quid justum sit, decidit.

Hinc porro concluditur, quod jure belli ante victoriam hosti competit ius interficiendi hostis: non enim adiungi hostis ad satisfaciendum potest, nisi viribus, quibus resistit, recisis, ac debellatis, quod proinde iustum est per §. 7. sup. At vero victos captosque occidere non licet: cum enim resistere amplius nequeant, sed sint in potestate victoris, cessat illa necessitas, indeque natum ius in bello occidendi; & imperium in eos, non ius belli exercetur.

Unde licet obessa urbe cives promiscue occidi jure belli possint, capta tamen urbe non possunt, nisi commiserint ut suppliciis digni videantur: quo tamen casu non ut cum hostibus jure belli, sed ut cum iam subditis imperio ita agendum, ut innoxii a noxiis separantur, & bi soli causa cognita, ac pro modo delicti puniantur. Id præstitit Senatus Romanus recepta bello Capua, quæ ad Hannibalem defecrat: Severe enim, & celeriter in maxime noxiops animadversum; multitudinem civium dissipatam in nullam spem reditus; non sicutum incendiis, ruisque in tecta innoxia, murosque; atque ita res compositas ibi fuisse consilio ab omni

ni parte laudabili, narrat, & dignis encomiis prosequitur. *Livites lib. 26. Hist. c. 16.*

Hoc Symmachi quoque iudicium fuit, cum arcis Budensis praefidarii Germani, reluctante, & ideo in vincula conjecto praefecto suo Thoma Nadasto Ungaro, deditioem Turcic sub lege libere abeundi fecissent; eos enim omnes, cognita in ducem suum perfidia, Solymannus Janizariis trucidandos tradidit: uti recenset *Paulus Jovius Histor. lib. 28*, factum hoc savitia, ac immanitatis arguens. Cur enim, inquit, Germani cum beneficio ipsius peccavissent, & diplomata libertatis obtinuerint, usque adeo crudeli nece multandi videri potuerint, cum ipse Solymannus in ea aliena perfidiae causa propriam abruptae fidei notam subiret, & quam quarebat justitiae laudem tam crudeli, quam turpi sententia præverteret? At si ex vero rem astimemus, satendum, duplum in hoc negotio Praefidiorum causam versari, alteram initi cum hoste paci, alteram commissi in ducem facinoris; que diverissimo jure censi debent. Pacium enim inter hostes initium fuit, nec ad impediendum jura, & criminum penas, sed belli vim, ac injurias pertinebat; eoque pacis comprehensum erat: ne victor vel jure belli ita eos agere, vel ut hostes ladere, vel ut bello captos detinere posset, sed ut eandem illi, quam pace, securitatem haberent: non vero id actum, ne jure imperii deditione quæstii in criminis eorum inquirere, eaque non ut hostis, sed ut Dominus, aut judex, punire queat, cum in media quoque pace Magistratui id liceat. Sed neque obstatet tale pacium, et si fuisset, cum non valeat pacium, quo expressa criminum impunitas est promissa, per l. 7. §. 14. ff de Paci, nendum obstatibit pacium, quo longe alia res cauta fuit. Nec incompetens utique judex Solymannus post deditioem erat, ut *Jovius existimare videtur*; et si enim illa deditio non aliter, ac lege libere abeundi facta sit, dum tamen in loco dedito commorati sunt, agi ibi, ubi reperiantur, de crimine potuit, l. 1. C. ubi de crim. ut ostendimus in Disp. nostra de plurimi locorum concurrente potestate ut. 3. §. 10. Sane, tantam penam, & quidem omnes eaque meriti fuerint, alia questio, & facili est; quod buc non pertinet.

Victos autem intelligimus, non qui adhuc resistunt, aut quorum vis adhuc metuitur (in illos enim nondum victoria, sed pugna est, in cuius discrimine, atque ardore spa-

tium non datur exquirendi, metusne astrictus ab altero sit, an tuto capi possit) sed qui in plenam hostium potestatem vel exitu prælia, vel deditio pura pervenerunt. Nam & ipse Scipio Africanus Imperator summus, cum Numantini dedere se vellent si toleranda viris imperarentur, veram, & sine exceptione victoriam voluit. *Flor. lib. 3. c. 1.* Unde non adeo improbandum ex ratione juris belli videtur consilium, quod Romani cum Usponi oppidum oppugnarent, & oppidi servorum decem millia offerrent, liberis autem veniam orarent, ideo id accipere noluerint, quod tantam multitudinem custodia cingi arduum, adeoque adhuc metuenda esset resistentia: ut refert *Tacitus lib. 12. Annal.*

Igitur & nondum dediti, & deditioem pure offerentes in eadem causa, & recipiendi sunt, cum & in illos nulla amplius sit defensionis necessitas. *Impia igitur illa Alba-ni hominis impii vas fuit indignos vita judicantis, quorum mania glandium ictibus perrupta jam essent, & cum Prosperio Columnio expostulantis, quod in deditioem eos accepérat. Quanto vero divinum est illud Cicronis: Hi, qui armis positis ad Imperatoris fidem configuunt, quamvis aries murum percusserit, recipiendi sunt. Lib. 1. de officiis. Et aliud magni illius, quem modo diximus, Africani exemplum? Cum enim in Hispania nova Cartaginis non quassata, sed consensa jam mania essent, & in tota urbe cedes jam passim fierent, nsc ulli puberum obvio parceretur, tamen deditio secreta statim signo dato cædium finis factus fuit. Liv. lib. 26. Histor. c. 48. Et in predicta Taciti relatione Romani savum putarunt, deditos trucidare. ideoque rejecta deditio id egerunt, ut jure belli caderent; quo ipso inter ius belli, & victoria, manifeste distinguitur. Hoc igitur ius si inter illos gentium mores, quibus servitus in bello, ac potestas occidenti servos inter privatos obtinebat, conservatum fuit. bodie utique negligi non debet. Neque excusari savitia in victos potest ulla ratione, nendum sola contumacia resistendi, ut recte docet Grot. lib. 3. c. 4. §. 13. De talione vero deinceps agemus. In instantium quoque & femininarum, (que bellum opere plane abstinent,) aliud ius in bello, ac post victoriam videtur, sed diversimode. Olim enim durante consuetudine occidenti impune servos, plus post victoriam in eos licuit, quippe jam servos: neque juris opinio, sed sola statis, ac servus miserationis*

tio nonnunquam eos injuris bellorum eripuit. At vero iure gentium et si ne belli quidem jus in eos exerceri possit, cum nullum momentum viribus hostium afferant, nec belli munia obcant, nec defensio aliqua contra eos allegari possit; tamen minus iure victoria in eos licet. In bello enim sepe mixti ita vires sunt, ut parci eis nequeat; atque ita obsessis urbibus eadem necessitas, qua hostium, etiam illorum cedem, si forte casus telo eos objiciat, defendit, cum destinatione mittentium discerni a viris non possint. Nec moveat, quod ipse Deus injunxit Hebreis, ne vel sexui, vel statu Cananitarum hostium parcerent. Hebreis enim duplex genus bellorum fuit: alterum commune, quod sua auctoritate, eodemque, quo alia gentes, iure gerebant; alterum speciale in septem populos, quod speciali Dei mandato, ejusque arbitrio gessere: in hoc, non in illo, mandata fuit infantum, seminarrumque cades. Deut. 20. v. 10. & seq. Late Seldenus de jur. gent. lib. 6. c. 12. & seq. Schik. de jur. reg. c. 5. th. 16. Ejusque specialissima causa fuit: Deus enim borum septem populorum terras, ipsis propter idololatriam, & maximorum scelerum consuetudinem auferendas, Abrabamo, ejusque posteris donaverat, eosque execrationis, atque exstirpationis ius condemnaverat. Hujus damnationis sententiam quasi exequendi munus, & vindictam Israëlitis, quibus in istum eventum has terras promiserat, Deus injunxit: qui proinde non suum, sed Dei bellum; non ex lubitu, sed ex formula execrationis, qua ad mulieres, & infantes quoque pertinuit, persecuti sunt. Inde adeo severe Deus ipsos Hebreos increpavit, sepe quoque punivit, quando fines mandati sui vel intempestiva misericordia, vel alia de causa non impleverunt. Neque tamen hoc in infantibus pena proprie fuit, sed quasi natura calamitas, ut alias insantes quounque casu, qui vero semper arbitrio divino regitur, occidunt.

Ex eo, quod de iure in hominum vitam diximus, colligi potest, quid de bonis, aliisque eorum iuribus statuendum. Belli enim iure omnia illa, quibus hostium vires ali, firmarieque videntur, vajtari, ac defrui possunt; cum quicquid vires hostium auget, id juris nostri vindicationem impedit. Unde baud abs re quidam statuant, arbores fructiferas bello excidi posse; voluptuarias, & infructuosas non posse. Vid. inf. §. 21. Qua ratione quoque certum fit, quod armorum

lege, quicquid alendo, instruendo, babendo que militi collectum, paratumque est, totum exuri, consumique liccat; quod vero ad luxum, molitatemque, non licet. Tantum enim abest ut accessionem virion hosti inserat, ut eas magis alterat, atque molliat: uti Hannibalis, & Pænorum animos nihil segniores reddidit, quam Capua delitiae.

At post victoriam, aut cum jam in potestate nostra, occupatumque est, nibil eorum vajtari, aut pessundari fas est, quia vires hostium non auget, cum hostes amplius non sint, nec bellum, quod victoria in viatos desit, tum adhuc instruit. Jam enim ius armorum in ius imperii versum est, ut defendi tanquam a domino, ac principe suo, non vajtari, ac dirui, ut ab hoste, devictorum res debeat.

Frustra vero immodica veterum exemplorum licentia, & recepti omnium Gentium mores afferuntur. Nituntur enim ista generali illa populorum consuetudine, qua bello capti servi siebant, per quos omnia dominis acquiruntur, ut dicitur in d. §. 1. Inst. de his, qui sui, vel al. jur. 1. 1. §. 1. ff. eod. Et cum licitum fuerit privatis quoque, & promiscue seruos sine causa occidere, dict. §. 1. & d. 1. 1. §. 1. (quem abusum communis gentium error in ius baul recte verterat) non mirum, quod in bonis eorum omnia permissa fuerint. Hic mos eam servandi licentiam, ut diximus §. 2, atque exemplorum frequentiam peperit.

Fuere tamen & in communi hoc gentium consensi generosa mentes, qua morem eorum improbarent. Parta victoria, inquit Cicero Lib. 1. offic. conservandi sunt qui non crudelis in bello, nec immanes fuerunt; in hos enim iure imperii penam debitam statui a viatore posse, prædiximus sup. §. 12. Atque inde laudat idem Cicero priscos Romanos, qui Tusculanos, Equos, Volscos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam accepunt; improbat vero eversam Corinthum. Denique vox hac sanctissima ab ipso additur: In quo tantopere culta apud nos: justitia est, ut ii, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem receperint, eorum patroni essent more majorum. Ita judicarunt quoque Romani Capua recepta, idque egregie Livius commendat, de quo sup. §. 11. Atque ipse tot Regum dux Agamemnon Trojam dolet se invito eversam, & affligi Phrygas, inquit, vincere volui; ruere,

& æquari solo, etiam arcuisse: apud Senec. in Troad. v. 275. & seq.

Sed & quod diximus supra jure belli, & ante victoriam, arbores frugiferas, &c. ex. cidi, vastarique posse, non continet effrenem licentiam, & ulciscendi libidinem, sed, ut ex allegata ibi ratione sequitur, juris sui reparandi modum necessarium; ut si res illa hostibus somes, atque incitabulum virium essent, illique inde ad resistendum tenaciores fierent: nam si nihil, aut parum profundit, aut si in ipsius hostis potestate sunt, talem vastationem frugum, &c. in bellis prohibitam esse, ipso Dei oraculo proditur. Deut. 20, v. 19, quam ita restringit Grot de J. B. & P. lib. 3. c. 12. §. 2 Eamque contra ius belli quoque esse, censuit inclitus ille Palatinorum Achilles Fridericus Victoriosus, cum triumphatis tribus Principibus graviter eos ab illata vastitate objuraret: Non servasse eos jura belli, nec pepercisse eis, quæ leges bellorum violare prohiberent, ut qui segetes vel temere conculcatas corruissent, vel incensas exulsissent, & molas passim igne delebissent; ut referunt Carion. in Chron. lib. 5. p. m. 1030. Cruf. in Annal. Suev. ad ann. 1462. Lehman. in Chron. Svir. lib. 7. c. 106. Quæ omnia apprime confirmant principalem nostram rationem, justitiam bellorum necessitate juris nostri tuendi, aut vindicandi estimari.

Quæ de vastatione rerum hostilium dicta sunt, an eidem in predictis ex hoste agendis de ratione juris Gentium obtinet, magis ambiguum est. Utique id interest, quod vastatio vires nostras non augeat, sed hostium saltem immiuuat; præda vero & illas foveat, & has atterat. Unde vastatio jure belli earum tantum rerum licita est, quibus hostis validior ad oppugnandum, & fidentior redditur; præda vero omnium, quæ utilitatem nobis afferre possunt: et si enim iis servatis nihil forte virum hosti accrescat, si tamen raptæ nostræ vires in bellum nutritant, atque ad vincendum instruant, utique ad iuris nostri recuperationem, & victorianam, sine qua extorqueri jus ab hoste nequit, faciunt, inde que jure belli licita sunt. per §. 2. sup. Unde secus esse patet si princeps, cum comprehendio, & integris hostiis rebus vincere possit, perdere eos, spoliisque eorum locupletari malit; quanquam ipsis estimatio sit, quæ via commodiùs iuxta, ac tutius, & iustius bellum gerere possit. Longe itaque laxior est in bello potestas prædandi, quam

vastandi; estque hoc ius illud belli famosissimum, usitatissimumque.

At post victoriam aliud videtur. An ergo bic quoque victos jure subditorum censeri, nec ultra id spoliari posse, dicemus? Reclamaret omnium gentium, ac humani prope generis usus, atque consensus. Paulus distinctius itaque hoc exsequemur. Et primo quidem certum est, jure victoria aquiri plenissimum imperium in victos; et si enim de eo imperio, subadlove principatu. nulla forte lis, aut controversia initio belli inter partes fuerit, sed melior a iudee jam danni, quod pulsus dicitur, restitutorum consecutus fuerit, adeoque hoc imperium non videatur ad reparacionem iuris ipsius pertinere, aut in ejus partem venire, tamen pertinet ad juris recuperati, aut qualiscunque extorta satisfactionis tritionem, ac securitatem. Non enim possessione sua securus foret victor, ni victus sub eius potestate, ac imperio esset, sed semper adhuc jure belli resistere, & belio qualitum iterum eripere posset. Quin frustra victor occupasset territorium, si ejus jure, ac imperio statim ipsi iterum cedendum esset. Et cum vincere hic sit in potestatem redigere, sequitur omnino, si jure vicit, quod iusta sit ejus in victos potestas. Natura itaque victoria, & finis belli, concedunt victori omne in victos imperium. Sed & posito, quod a victore in victos non ultra, quam jure imperii in subditos statui possit, utique imperium saltem in victos ipsi competit, si vi imperii in eos statuere potest. Et alias post victoriam semper bellum maneret, nisi per eam alter alteri tandem subjiceretur.

Sub Imperio autem, quod victor adquirit, comprehendimus omnia illa, quæ juris publici sunt, & ad ipsam civitatem, non ad singulos pertinent; adeoque & nomina civitatis. Et boc ergo publica jura indubie victori adquiruntur, five hostis prælio, five dedicatione in ejus potestatem pervenerit.

Quantum vero ad res singulorum, illa quidem, quæ ex commissi prælii victoria in castris hostiis obtinentur, itidem victoris esse tenendum est, quia pugnanti, & resistenti potius, quam victo eripiuntur, uti alia præda, quæ in bello capitur. Ea propter illæ actus, quo prælio vincitur, & per quem præda ista vincendo, non occupando denum acquiritur, ad bellum adhuc pertinet, & jure belli continetur; in primis cum in illo actu hostis adhuc occidi possit, adeoque et si pulsus fugæ vita sua confundit, reliqua tamen

hosti

hosti relinquunt. Et sane, cum viator ultra juris ablati repetitionem, aut satisfactionem pro injuria, etiam impensis belli, damna bello data, aliaque similia, quorum rationes ut plurimum in bellis in munus crescent, computare, abque a viator exigere possit, utique questatam victoriis praedam saltem in rationum suarum partem retinere, indeque pro debito suo sibi satisfacere potest.

Sequitur ergo, in quo pricipium causa momentum vertitur, si viatoris rationes sibi constent, isque omnia, que ipsi absunt, quaeque ipsi deberi modo diximus, ex prædis hostium receperit, at ulterius adhuc vellos spoliare, aut captas urbes diripere solius præda causa liceat? Sane, pro ejus rei defensione satis idoneum juris gentium argumentum non occurrit, sed ratio potius. Et aequitas in contrarium esse videtur, quod cui nihil amplius abest, is nihil quoque amplius exigere possit; Et qui suum iam consecutus est, iterum aliquid petere nequeat. Non potest enim non esse injuria quod ultra ius est, ex definitione legis I. §. 1. ff. de injur. Et nota vocis appellatione. Atque hoc Gentium ius graviter defendit, Et antiquissimis moribus apud Romanos obtinuisse, scribit Sallustius in bell. Catil. circa princ. Majores, inquit, nostri, religiosissimi mortales, delubra Deorum pietate, domos suas gloria decorabant, neque quicquam viatis eripiebant præter injuriæ licentiam. Quo verborum compendio omnia fere, que de finibus juris belli diximus, continentur, abusum autem exuendi viatos rebus suis a militibus denun Sallustius cap. 1. At hi contra (de Sulla militibus inquit) ignavissimi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere, que fortissimi viri victores hostibus reliquerant; proinde quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti. Et paulo ante dixerat: Igitur hi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui viatis fecere. Adeo §. 32.

Neque in contrarium allegari possint omnium prope gentium exempla, quibus reserter sunt omnium statum historiæ. Quo jure eum illa uitantur, jam diximus, fermitute scilicet, Et que in illa obtinuit occidendi, adquirendique omnia, que serorum sunt, licentia.

Videtur quidem, quod viator viator causam tot cedium, frusque humani sanguinis

imputare, eoque nomine Et in ipsum, Et in subditos porro servire possit. Verum, ratio hec reciproca, seu mutua est; Et iterumque pari omnino jure in bellum processit. Neque ob hoc solum, quod summus Princeps bellum jure suo gessit, viator postea patnam, vel judicium, ejus imprimit, cum quo lis fuit, subire cogitur; tantum abest ut in subditos, quos necessitas parendi astrinxit, ideo animadvertis queat. Hinc inter ea, que in Julii Cæsaris gestis reprobensa sunt, resert Suetonius in Julio cap. 54, quod oppida quædam, que se submitterent, hostiliter diripuerit. Quanquam hic ipse Cæsar alias tam sedulo id caverit, ut cum Corfinii oppidi cives parati essent portas ipsi aperire, ille id non admiserit, sed in aliuni diem eos rejecerit, veritus, ut ipse ait, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia, oppidum diriperetur. Cæs. comment. de bell. civ. lib. 1. Quod si denique viator ius quoddam pacæ babaret, omnino illa pro ratione debiti, quod non semper idem est, vi imperii constituta, non vero ideo infinitum, illimitatumque ius promiscue præda concessum esset.

Duplici equidem casu iure victoriae aequa, ac jure belli eripi omnia, vel saltem ultra ejus, quod nobis abest, limites, viatoris posse fatemur. Primum quando ultra belli gestionem aliquid commisere, scilicet perfidia, rebellione, defectione, &c. Eius enim vindicta plane ad ius imperii, quod viator adquisivit, adeo spectat, ut ideo auctiores viati non bonis modo, sed vita orbari possint: uti in Capuanos defectors a Senatu Romano severe consultum, supra diximus. Hoc inuit quoque Suetonius dict. I. cum improbat, quod Cæsar urbes diruerit saepius ob prædam, quam NB. ob delictum. Quo luculenter ius illud victoriae, quod diximus, proponitur: nam Et direptio ob delictum saltem, non ob prædam, illi probatur, Et pacæ delicti a jure præda distinguitur; atque adeo il ipsum, quod probavimus, dicitur, viatoris, nisi quid deliquerint, in prædam omnia auferri non posse.

Deinde diripi viator possunt iure talionis, si apud illos direptio devictorum pro iure obtinet, uti apud Mahometuros, aliosque Barbaros; in quos proinde vi victoriae item ius summa aequitate statui potest, quo ilii in alios utuntur, ut alibi ostendimus. Atque hanc causam esse, prout, ejus juris, quod a Deo Israëlitis datum est, Deut. 20. v. 13.

14, ut capta urbe, que non est e septem populis, de quibus sup. §. 16, omnes masculos gladio interficiant, reliqua omnia in prædam capiant, eamque a Deo sibi concessam percipiunt: is enim mos apud reliquas gentes tunc obtinuit. Etsi autem instar precepti interseclio, & deprædatio ibi injungatur, Iudeorum tamen Dd. per bac verba non præceptum, sed licentiam tantum occidendi intelligent. Seld. de jure Gent. lib. 6. cap. 13. & 16; quod nos de aliis gentibus, præter septem populos, & Amelicitas, verissimum putamus, antiquissimo legum, que imperative scribi solebant, ritu, ac styllo. Ita in XII. Tabb. dicitur: Agnatus proximus familiam habeto. Ita talionis quoque exempla in bello tricennali extitere, ut capta urbe, cum viator veniam (Quartier) negaverat, altera pars, expugnata alia urbe, eodem jure usq; sit, & omnes sine venia casi. Sed ab nostra atatis exemplis nunc abstinemus.

Ex dictis patet primo, Jure belli prædam in infinitum capi posse, eansque semel rite partam post victoriam quoque retineri, quia bello jus suum princeps, victorianque obtainere nequit, nisi viribus hostium accusis, suisve firmatis. Deinde, jure victoria hac adquiri: 1º. imperium plenissimum in viatos, ex natura victoria, §. 23, sup.; nec quicquam ea movent, quæ de imperio viæ relinquendo, vel communicando habet Grot. lib. 3. cap. 15, quippe quæ mera humanitas, ac generositatis, non juris sunt, adeoque hoc non pertinent: 2º. quæ victoria ex prælio parta in castris, atque exercitu hostium reperiuntur; ille enim actus pars adhuc, & sequela belli est, §. 26. sup. 3º. Si ex spoliis hostium jus suum integrum cum impensis belli nondum consecutu est, jure imperii, & ut dominus, exigere reliquum potest: sed & milites, pecunian, frumentum, &c. in alias belli, vel reipublica usus, imperare; quod Romanos, prefertim veteres, passim factitasse legimus: 4º. ex causa delictorum quoque in viatos itidem vi imperii statuere: Denique 5º. jus talionis, secundum quod diximus, in eos exercere.

Diverso igitur jure censentur illa, quæ in castris, aut in exercitu hostium reperiuntur, & illa, quæ obessa urbe civium sunt: illa enim hoc ipso, quod hostis fugatus est, sine alia occupatione in potestate victoris relata, & fuga hostium deferta sunt; eaque

omnia eorum fuerunt, qui contra in acie stetero, & occidi poterant; ut omnino in eas res jus belli adhuc obtineat. Hec vero non censentur hoc ipso capta, quod urbs capitur; sed manent in potestate, & custodia civium, nisi seorsim occupentur: qua nova occupatio non amplius jare belli fieri potest, quia urbs jam capta, & in potestate est, sed jure imperii; quo vero non spoliantur, sed defenduntur cives, nisi ex causa delicti, vel si quid juris viatoris adhuc abest, aliisque iustis ex causis, ut diximus §. 25. Sed nec ut hostes in prælio, ita cives capto oppido, & ni adhuc resistant, occidi possunt.

Neque deseruntur bona civium cum opidum occupatur, uti cum acie hostis vincitur: illi enim in custodia rerum suarum manent; bic ausugit. Neque denique in opido res tantum virorum, sed mixti quoque infantes, foeminae, aliisque sunt, in quos regulariter jus viatoris, ut dictum, exerceri nequit.

PROPOSITIO VI.

Ex victoria acquiritur imperium Principi non suo jure, sed jure populi: unde Princeps viator tantum illud imperium in viatos acquirit, quod ipse habet in suum populum.

DEMONSTRATIO.

In quæstione igitur, qualenam imperium viatori acquiratur, dicendum est, tale acquiri, quale ipse in populum suum habet, cuius causam, & rationes tuetur: 1. quia terra victa fit accessio reipublicæ, cuius nomine, & jure bellum geritur, & hostis vincitur; ergo & jus, ac imperium reipublicæ viætricis, tanquam rei principialis, sequitur, unumque jam imperium esse incipit, in quod principi par, & simile jus est. 2. Idque multo magis verum est in reipublica mixta, ubi bellum non geritur nomine solius regis, sed nomine summae potestatis, quæ non solius regis, sed & statuum est. Sane, 3. per bellum non regis, sed reipublicæ negotium geritur, adeoque & ei soli acquiritur. 4. Rex saltem repræsentat rempublicam, & ejus jure, ac nomine agit. Quicquid igitur juris in rempublicam habet, id acquirit etiam in reipublicæ partem, quæ per victoriam accedit. Ex eo igitur jure, quod rex habet in populum viatorem, estimari, & metiri debet jus in populum viatum. Unde 5. Macedones adeo graviter tulere, & suc-

censuerunt Alexandro, quod sibi arrogaret jus, quod Persarum reges habebant, non quod Macedones: unde tot conspirationes, seditiones, &c. Curt. I. 6. c. 6. & pass. Excipe si rex non nomine istius reipublicæ, sed ex alio capite bellum gerat, forte quod jus regni ad eum pertinet, quod vel injuria subditorum, vel agnatorum ei ablatum est; tunc enim obtenta victoria recipit jus, quod antea habuit.

PROPOSITIO VII.

Unde verum non est, iure victoria plus licitum esse, quam iure belli; plus in subditum, quam in hostem; plus pace, quam bello: illo enim casu bellum fruitum est, hoc durat; illo desinunt esse hostes, hoc manent.

DEMONSTRATIO.

Causam erroris explicavi in Disp. de jure vicit. §. I. 2.

Nunquam summi principes, aut heroes (quæ sunt verba dictæ disputationis) tantum sibi decus, ac nomen ex victoris comparunt, quantum ex victoriarum clementia: semperque maximi Duce longe clarios fuere moderate victoria utendo, quam vincendo; id, quod Romanorum gesta affatim testantur. At mirum videtur, quod apud omnes sere gentes, ipsosque adeo Romanos justitia bellicæ ad religionem usque servantissimos, illa invulneris opinio, quod iure victoria tantundem, immo plus, quam iure belli liceat, & vincendi limites generositate victoris magis, quam justitia constituantur. Ita enim Pyrrhus apud Senecam in Troad: vers. 331, & 333.

Lex nulla capto parcit, aut poenam impedit. Quocunque libuit facere victori, licet.

Et ne a feroci juvete hac temere jaclata existimes, ipse Agamemnon, cum quo rixabatur, id non negat, sed jus ipsum confessus pandorem saltem, & honestatem obstat præstat; atque inde sic respondet vers. 332, & 334.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor. Minimum decet libere, cui multum licet.

Eadem Ciceronis sententia videtur in Orat. pro M. Marcello, quæ est 40, ubi Cesarem victorem ita affatur: Cum ipsis victoria conditione jure omnes occidimus, clementia tua judicio conservati sumus. Hinc cum Metello duce adeo save in captivos consuleretur, ut veneno se plerique

Tont. IV.

interficerent, alii deditiōnem suam ad Pompejum abiētē mitterent, ait Florus, quod Metellus eo infestior in hostes jus victoris exercuerit, lib. 3. hist. cap. 7; cumque defendere contra Pompejum videtur Plutarchus in Pompejo. Ipse Camillus & bellī juris scientia, & bellorum peritia adeo insignis, eadem oratione, qua merito prædibat, esse & belli, sicut pacis jura, justique bella non minus, quam fortiter se gerere didicisse; statim subjungit: Arma habemus non adversum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: quasi plus juris sit in infantes captis, quam obessis urbibus. Liv. hist. lib. 5. c. 27. Atque ita, ut inter tot alia hoc saltem illustre exemplum exhibeamus, Aeneas adeo pietate celebris, Turnum victimum, deditum, ac supplicem, non modo interfecit; sed & ipse Turnum apud Virg. Eneid. lib. 12. in f. hoc ipsi jus esse fatetur, &

— Equidem merui, nec deprecor, inquit: Uttere sorte tua.

Quis solenne id Romanis fuisse, ut hostium duces, deditos quoque, ipso die triunphi occiderent, notat Grot. de jur. B. & P. lib. 3. c. 4. §. 12.

In hac opinionem, & morem traxisse gentes videtur, 1. quod jus belli post victoriam quoque continuari, & jus victoria sub iure belli comprehensum, crediderint: 2. quod placari, ac honorari suorum manes, putabant, cædibus eorum, a quibus occisi erant; que persuasio & Achillem, & Aeneam in talē vindictam armavit, effecitque ut Polyxena, & Astianax, Priami filia, & ex Heclore nepos, pro inferis Achilli immolati fuerint. Senec. in Troad. in act. 2: & præcipue 3. quod omnium prope gentium moribus cnique domino privato competit iuri vita, & necis in suos seruos, ut traditur in §. in potestate 1. Instit. de his, qui sui, vel alieni juris l. 1. §. 1. ff. eod. Cum igitur bello capti omnes servi facti fuerint, necessario inferendum fuit, eos etiam post victoriam ut seruos occidi, omniaque, que eorum fuerunt, vastari, dirui, ac in prædam cedere potuſſe. Hinc ergo naturam inter gentes Jus illud VICTORIA, atrocis prope, ac crudelius, quam ipsum ius belli. At vero insignis iste juris gentium nœvus, atque abusus fuit, quem Antoninus denum, & Christiani Imperatores inter pri-vatos quidem adeo sustulerunt, ut nec ultra

O

modum

modum sevire domino in servum licuerit;
§. ult Inst. eod. at in bellis furor ille nondum defesiit. Hactenus dict. Disputat.

Generosioris animi victores in populos victos humaniter usi sunt; & haec ratio affertur, cur Minos judex orci est constitutus apud *Propert.* 3. eleg. 18.

Victor erat quamvis, equus in bofie fuit.

Persae Alexandrum mortuum dicuntur luxisse non ut victorem, & modo hostem, sed ut regem, *Curt.* l. 10. c. 53 quo innuitur, desisse esse hostem ex quo victor fuit. Ita Cæsar incontinenti post victoriam judicem egit. *Hirt. de bell. Alex. in fin.* Romani victis Latinis præmia, pœnasque cuique pro merito persolverunt. *Liv. l. 8.* Idque Capua recepta factum quoque esse, ait *Livius l. 26. c. 16.* Et Tacitus *Annal. lib. 12.* ait, ita majoribus placuisse, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum,

Additio.

• Grotius circa acquisitionem imperiorum
• distinguit inter jus naturæ, & inter jus
• gentium.

• *Jure naturæ* non nisi ex justa causa
• capere res licere, ait, & tantum intra debiti, & pœnæ modum, adeo ut cives
• innocentes, eorumque res excludat. *Vid.*
• *supr. c. 1. §. 1. item cap. 6. §. 7.* Et
• hoc modo etiam imperia jure naturæ occupari posse, ait: *Vid. cap. 15. §. 1.* spe-
• ciatim si summi periculi vitandi causa vi-
• ctor id faciat, *d. §. 1.*

At *jure gentium* cum, qui sibi singulos
• subjecere potest servitute personali, etiam
• universos subjecere sibi, subjectione
• quoque mere herili posse, tradit *hoc cap.*
• *§. 1. §. 2.* Atque hac occupatione omnia jura populi, etiam incorporalia, in
• victorem transferri: *ibid. §. 4.*

• *Jure naturæ laxiori*, i. e. ex regulis
• perfectionum, hoc jure in victos absti-
• nendum esse, ait *d. c. 15. §. 2.* sive re-
• linquendo victis imperium vel in totum,
• *ibid. §. 3.* vel pro parte, *ibid. §. 9.* sive
• eos miscendo victoribus, *ibid. §. 3.* in-
• terdum interpositis praesidiis, aut tribu-
• tis *§. 5. §. 6.* Libertatem præsertim reli-
• gionis eis esse relinquendam, & clemen-
• ter eos habendos, *s. 15. §. 10. §. 11.*
• *§. 12.*

• Vera principia exposuimus in *dissert.*
• *proœm. XII. §. 754.* Diximus, non tan-
• tum Principem bellum nobis inferentem
• ex judicio nostræ civitatis injuria agere,
• sed totam civitatem hostilem; immo & sin-
• gulos, qui factum Principis approbant.
• illudque operis, opibus, & consilio de-
• fendunt: atque ideo si in potestatem no-
• stram pervenient, tanquam criminis reos
• puniri posse, i. e. omnia in eos licere.
• His Principiis positis certum est, si ipsa
• civitas capitulit, non tantum singulos, sed
• universos quoque, omniaque eorum jura
• publica, & privata, dominio nostro, &
• judicio subjici, adeoque imperium ipsum
• ad nos transferri; indeque ab arbitrio no-
• stro dependere, num illud imperium no-
• stro jungere, num separatum servare, num
• illud delere excisis civibus velimus. Bene
• Xenophon. *Instit. l. 7. p. m. 211.* Est
• enim æterna lex inter omnes homines, cap-
• ta eorum urbe, qui bellum aliis faciunt,
• tam corpora illorum, qui sunt in urbe,
• quam fortunam, iis vindicari, qui urbem
• capiunt.

A D S. I.

Quia sibi singulos subjecere potest ser-
• vice personali]” Uti victor, ex hypothesi
• Grotii, jure gentium in bello solenni po-
• test. *Vid. cap. præced. §. 1. seq.*

Nihil mirum est si *et universos*]” Im-
• mo ratio, cur imperium victor occupare
• possit, non ex jure aliquo gentium, ne-
• dum ex jure capienda personas sequitur,
• sed ex jure naturæ, quo in hostem victum
• omnia licita sunt; adeo ut & vita, & bo-
• na, omniaque jura, tum publica tum pri-
• vata, ei adimi possint.

Sive illi civitas fuerint]” Sive univer-
• si illi unum civitatis corpus, i. e. impe-
• riuum aliquid constituant

Sive civitatis pars]” i. e. Sive mem-
• brum faciant illius civitatis, veluti si urbs,
• vel provincia illius imperii occupetur.

Sive mere berili]” Vel tanquam patri-
• moniale (*Vide b. §. 2. 3.*) vel ita ut
• plane civitas esse designat, *§. 22.* De re-
• gno patrimoniali egimus in *Diss. proœm.*
• *XII. §. 754.* & *supra l. 1. c. 3. §. 12.*
• Hic saltem monemus, victorem, qui per
• ultimam victoriam universam civitatem ho-
• stilem occupat, jus acquirere non tantum

* in imperium, sed & in jura singulorum;
 * adeo ut ob injuriam ab illis (ex judicio
 * vicitoris) commissam in eos tanquam fu-
 * res, & homicidas animadvertere possit:
 * quamquam id ob rationes politicas, &
 * quia saepius interest regna devicta conser-
 * vare, omitti, & conditiones saltem quae-
 * dam prescribi soleant.

Sive mixta] Ubi universitas manet, sed
 * cum certa subjectionis lege: si v. g. tri-
 * butum ei imponitur, vel nexus feudalis,
 * vel si in provincia formam redigitur.

Imperia armis queri] I. e. omnia jura
 * publica, quae imperium constituant.

Quintilianus] *Inst. 5. c. 4.*

Cartium] L. 4. c. 5. Similia vide apud
 * Thucyd. l. 5. p. 333. Liv. l. 4. c. 10. l.
 * 9. c. 3. l. 27. c. 30.

2 *Contentos victoria abstinuisse imperio]* Idem de Scythis tradit Justin. l. 2. c. 3.
 * l. 42. c. 2. *Curt.* l. 7. c. 8.

3 *Aut alio imperante]* Ut est in statu A-
 * ristocratico.

*Et tunc in ejus saltem jus succeditur, non
 ultra]* Adeoque si status est Aristocrati-
 * cus, vel Popularis, victorem jus imperii
 * exercere per Proceres, vel Senatum te-
 * neri, putat. Quod verum est si ea condi-
 * tio post victoriam victimis indulta fuit; alias
 * res a victoris arbitrio dependet.

*Ita ut & alienare possit, sicut populus po-
 terat]* Diximus, victorem plenum jus in
 * victimis, tum quoad jura publica, tum
 * quoad jura privata, acquirere, adeoque
 * evertere regnum, vel illud certis condi-
 * tionibus servare, vel alienare posse.

*Et sic factum ut quedam regna in patri-
 monio essent]* Immo eo sensu, quo Auctor
 * regna patrimonialia statuit, talia non dan-
 * tur: nam regna eiusmodi non sunt in re-
 * gis patrimonio, sed in populi vincentis;
 * is ergo, non Rex, alienare potest.

A D §. I I.

N E M P E *sunt qua civitas fuit, civitas esse
 definit]* Nam omne jus in victimum popu-
 * lum per ultimam victoriam acquisitum est
 * victori, qui proinde pro lubitu de eo dis-
 * ponere potest.

Accessio fuit alterius civitatis] Ita ut de-
 * finat esse sui juris, & teneatur alienis le-
 * gibus vivere: quod fuit si in provincia for-
 * mam redigitur.

Sive ut nulli civitati adharet] Adeo-
 * que pro arbitrio regis; victoris imperium
 * administretur.

Ut si rex suo sumtu bellum gerens] Re-
 * futavimus hoc supra l. 1. c. 3. §. 12. Quia
 * rex nullum jus belli habet, nisi iure, &
 * nomine populi, cui praest; adeoque quic-
 * quid bello acquirit ad populum pertinet,
 * et si suo sumtu gerat.

Quod herilis est imperium] In regibus tale
 * imperium concipi non potest: at in po-
 * pulo victore verum est, imperium ad ejus
 * patrimonium publicum pertinere posse.

Illud inter dominos, & servos] Reges
 * autem non sunt domini, sed populus,
 * cuius iure bellum gerunt.

Sed magna familia] Numerus ingens
 * servientium: qui nihil proprii habent, &
 * a nutu, ac arbitrio victorum dependent.
 * At tale exemplum inter gentes vix exstat:
 * si enim in servitatem redigere victimas civi-
 * tates animus erat, gentes subditos sub co-
 * rona vendere solebant.

A D §. I I I.

*Quare si mixtum illud imperium es-
 cibili, & herili]* Si scilicet partim acqui-
 * ritur jus uti est in rege, partim uti est
 * in populo: *§. 1. n. 3.*

*Nempe ubi servitus miscetur cum aliqua
 personali libertate]* Exemplum est in Ga-
 * beonitis, qui quidem civitatem retinue-
 * runt, & corpus civitatis constituerunt, at
 * ad operas serviles perpetuo destinabantur.

Vid. Jos. cap. 9.

Sic populis, legimus, arma ademta] De
 * Faliscis vide *Liv. 5. 27. Add. Liv. l. 21.*
 * c. 57. l. 30. c. 44. *Thuan. l. 4. p. 83. &*
 * l. 18. p. 337. *Xenop. Inst. l. 4. p. 107.*
 * & *Inst. p. 205. Vid. Tejm. b.*

*Ne ferri quid haberent extra, quam ad
 agriculturam]* Exemplum est *I. Sam. 13:*
 * v. 19. ubi etiam fabrorum usus ademtus
 * fuit Israëlitis.

Sermonem] i. e. victoris sermone uti.

Vita genus] Nam victor pro lubitu vel
 * evertere imperium, vel conservare, vel
 * certa lege conservare potest; & prout dif-
 * ponit, ita jus est.

A D §. IV.

SIC UTRUM autem res, quae singulorum fuerant, &c.] " Jure scilicet prædæ, de quo c. 6. actum est.

Jure belli] " Non ex jure aliquo gentium secundario, ut Auctor putat, sed ex jure naturæ.

Sic & res universitatis eorum sunt] " Nam victor omne jus acquirit, quod vi etus habuit, adeoque & jura publica.

Si ipsi velint] " Invitis enim non acquiritur.

Quibus mulctari eos velit] " Adeoque omnina deditorum jura, publica, & privata, dependent ab arbitrio ejus, cui fit deditio; & is punire pro lubitu eos potest ob injuriam bello victori illatam, & rapinis, ac cædibus auctam.

Idem in bello solenni vici locum babet] " Per bellum solenne intelligit illud, quod inter duas summas potestates geritur, & indictum est. Merito autem ait, idem hic obtinere, quod in deditis, quia per ultimam victoriam omne jus acquiritur in vicos.

Nam deditio sponte permittit, quod aliqui vis effet erupta] " Per deditonem omnina jura queruntur victori consensu vi etorum: per bellum, & vim suis invitis.

Publicum populi Romani] " Quia agri ab hoste capti populo apud Romanos quærebantur. *Vid. sifpr. c. 6. §. 10. seq.*

Id omnino nostrum cum ipsis dominis] " Promittebat Annibal non tantum jus in res, sed & in personas Romanorum. *Liv. l. 21. c. 43.*

Existimare sua ditionis esse] " Territorium hostile omnino in ditione est vicioris: omnina enim jura hostis devicti transiunt in victorem.

Populi Romani fecit] " Neque ab eis, quibus hostis res illas ante nos eripuit, vindicatio institui potest. *Vid. l. 3. c. 6. §. 7.*

Ergo & incorporalia] " Eodem modo uti jura corporalia, captis singulis personis, in victorem transire, diximus supra c. 7. §. 4.

Sibi vindicarunt Romani] " Quia vicit succedit in omne jus, quod vicitus habuit, adeoque & in ejus credita: de hac surrogatione vide supra l. 2. c. 9. §. 8. 9. &c. II.

Unde sequitur, omnino liberatos Thebælos] " Auctor hic decidit duas quæstiones ex Quintiliano *Inst. l. 5. c. 10. p. 236.*, quas B. Parens in Disputatione de jure vicioris §. 33. hoc modo explicat.

Hinc iam evidens est decisio litis celeberrimæ, & a Quintiliano Initit. orat. l. 5. c. 10. p. m. 236. proposita, quæ ex facto duorum maximorum toto orbe Imperatorum, Alexandri Magni, & Julii Cæsaris, contigit; quorum ille Thebarum chiographum Thebælis, bic Flavii nomen Dyrrachiu[m] post vicioriam donavit. Prior causa in celeberrimo illo totius *Gracia*, *Amphyictionum* scil. confilio, altera coram Cicerone arbitrio ventilata fertur. Dicimus, Alexandri M. donationem iustam, Cæsar is irritam fuisse: uti & decisum opinatur *Aerodius Rer. jud. lib. 2. tit. 3. c. 2. & 3.* Illa enim debitum publicum fuit, quod viciori queritur, per §. 24; hoc privatum, quod ei non queritur, per §. 26. Agitarunt quoque inter se hanc litem Hottomannus, & Gentilis; sed præsertim ille, ex rationibus juris civilis ex Quintiliano descriptis, quasi Alexandri M. factum ex legibus Romanis decidi possit. Nec aliud Quintilianus, quam loca argumentorum, ut orator, monstrare voluit. Reversa autem frivole rationes sunt, quod nomen sit res incorporeis, que manu non capitur, & alia ratio sit heredis, in quem jus omnne defuncti, alia vicioris, in quem res transiunt, &c. Nam vicia quatenus vel Johnson imperium continet, titulus longe universalior est, quam hereditas: uti enim haec omnia jura privata, ita imperium omnia publica, & suo modo privata quoque, continent, §. 24. & 26. Illa vero representatio heredis universalis, uti ab Hottomanno accipitur, fictio juris positivi est. Ut vel ex facto appareat, quam infeliciter sepe jus civile questionibus juris gentium applicetur. Nam & reliqua contra hoc Alexandri M. facinus allata, scil. quod vi ablatum; quod jus belli in judicis non valeat, quod omnibus civibus debitum, adeoque dum vel unus super sit, quod omnes in Alexandri M. manu non fuerint, quod multis ignoraverit, mens ejus dubia, quod a Cassandro restituti Thebæni, &c. adeo præter, vel contra jus gentium sunt, ut responsum non mereantur. *Vid. not. ab hac alteram.*

Jus quod sit incorporale apprehendi manu non posse] " Immo incorporalia omnino tenentur cum te, cui cohaerent.

A. i. am

Aliam conditionem esse bæredis, aliam victoris] Immo eadem est ratio; in hæredem enim tota familia, omneque jus ei cohærens, transit; eodem modo ut in victorem transit totum patrimonium populi, omneque jus, quod ei cohæret.

Neque porro *objicit* x. vi iusta ablatum esse chirographum: nam vis belli non est iusta.

Objicit z. Cassandrum postea jure postlimii restituisse Thebanos. Resp. Immo haec nova fuit civitas. *Vid. supra l. 2. c. 6. §. 9. &c. infra c. 12. §. 8. 4.*

Objicit 3. omnibus Thebanis debitum fuisse, adeoque mansisse obligationem quamdiu unus eorum superstes fuit. Resp. nulli Thebanorum debitum fuit, sed toti civitati quam cum omni suo jure occupavat Alexander; huic ergo soli debitum fuit, & ille proinde remittere potuit.

Objicit 4. Quod Alexander quibusdam ignoverit, adeoque in his debitum mansisse videtur. Resp. ignorit singulis, non civitatis, cui soli debebatur.

Objicit 5. mentem dubiam fuisse. Resp. Immo actus donationis satis clare patebat.

Alia quæstio est, quæ apud Paponium lib. 5. tit. 6. art. 2. proponitur: ubi Gallus, qui Belgæ cuidam mutuo debebat summam, eam exorto bello solvit fisco Gallico: finito bello actionem intentabat Belga, sed Gallus in Curia Parisiensi absolutus fuit. At id non est ex jure victoriæ, sed ex jure prædæ, quia prædæ cedunt res, quæ apud hostem inveniuntur. *Add. Gudel. J. Nov. c. 5.* Unde idem jus in debita Gallorum apud Belgas statui potuisse.

Nam qui dominus est personarum, idem & rerum est. & juris omnis] Adeoque & incorporalium, quæ rei infunt.

Qui possidetur, non possidet sibi, nec in potestate habet qui non est sua potestatis] Thebani non amplius sui juris erant; omne eorum jus in potestatem victoris transit: ipsi igitur nihil amplius juris habebant, qui ipsi ab alio, & victore nimis tum, tenebantur.

³ *Si quis populo victo jus civitatis reiinquit, potest quadam, quæ civitatis fuerant, sibi sumere]* Recte: nam cum victor destrueret civitatem, & singulos in servitatem redigere jure victoriæ possit, nedum civita-

tis jus ei sub certa lege, & sub onere relinquere potest.

Quem veit esse sui beneficii modum] Nam cum omne jus in victimum quæsiverit, pro lubitu de eo disponere potest.

Donato Dyrrachinus] Cæsar propitio ju- re Dyrrachini remisit debitum, quod cre- ditori cuidam adversario Cæsaris debebant, non ex jure victoriæ, sed quia Senatus acta Cæsaris approbavit, & omnes, qui a partibus Pompeji steterunt, pro rebellibus declaravit. Adeoque id jus creditoris, ejus, que hæredi Flavio, in pœnam auferri potuit. *Conf. Cicer. epist. ad Brutum VI.*

Non ex eo esse genere, de quo jus hoc gentium constitutum est] Sensus Auctoris est, quod Cæsaris bellum non fuerit solenne, sed bellum civile, adeoque effectus juris gentium (quo præda, adeoque & credita, cedunt capienti vi dominii externi,) ibi obtainere non potuerit. Resp. Ex quo Senatus ratihabuit acta Cæsaris, omnia populi jure, ac nomine fecisse censemur: & sic hactenus creditor rebellis fuit, cu- jus proinde nomen in pœnam (non jure victoriæ) Dyrrachini donare potuit. Cæ- terum, toties dictum est, jus occupandi res hostiles non sequi ex jure aliquo facto gentium, sed ex ipso jure naturæ. Diximus, ex eodem naturæ jure sequi, ut res ex judicio nostræ civitatis injuria captæ si recipiuntur, pristinis dominis, ac antiquo juri restitui debeant; adeoque idem obtinere, quod in rebus bello civili, & a prædonibus captis obtinet.

Non autem subditis tantum, sed & ami- cis, ac sociis res, quæ ad nos pervene- runt, restitui debent. Probatur hoc exem- pli Cassii, quod Auctor in notis allegat. Cassius Judæos amicos Romanorum abs- que auctoritate Populi R., adeoque præ- doneo more bello aggreditur illicito, res eorum, & personas capit, ac quoad ma- ximam partem Tyriis vendit. Occiso Cas- si, sio Antonius mandat Tyriis, ut Judæis so- ciis, & amicis, ea restituerent, quæ Cas- sius per bellum illicitum genti abstulit, i. e. ut bona divulgata, & agros reddant, personas vero libertati restituant. *Joseph. Antiq. l. 14. c. 22.* Alia exempla vide apud Grot. *infra cap. 9. §. 9. n. 1. c. 10. &c. 5. n. 1. §. 6. n. 1. c. 16. §. 2. 3. &c. 4.*

C A P U T I X.

De Postliminio.

- I. *Origo vocis Postliminii.*
 II. *Quibus in locis postliminium sit.*
 III. *Postliminio quadam reverti, quadam recipi.*
 IV. *Jus postliminii esse in pace, & in bello: & quid si nihil in pace dictum sit?*
 V. *Liber homo, bello manente, quando postliminio redeat:*
 VI. *Quæ jura recipiat, quæ non recipiat.*
 VII. *Jura & in ipsum restinuntur.*
 VIII. *Cur qui se dedant, jus postliminii non habeant.*
 IX. *Populus quando postliminii jus habeat.*
 X. *Quæ in his, qui postliminio redeunt, sunt iuris civilis.*
- XI. *Servi postliminio quomodo recipiantur, etiam transfuge: quomodo qui redenti sunt.*
 XII. *An subditi postliminio recipiantur.*
 XIII. *Agros postliminio recipi.*
 XIV. *Circa res mobiles quod discriminatur olim observatum.*
 XV. *Quid circa res mobiles hodie juris?*
 XVI. *Quæ res recipiantur, ita ut postliminio non egeant.*
 XVII. *Mutationes ex lege civili, quoad subditos suos.*
 XVIII. *Postliminium quomodo observatum inter eos, qui hostes non erant.*
 XIX. *Quando id hodieque locum habere possit.*

^a I. I. **S**icut ^b de his, quæ ex hostibus capiuntur, ^c ita & de postliminii jure nihil ferme sani prodiderunt hi, ^d qui retroactis saeculis cognitionem professi sunt. ^e Accuratus haec res a veteribus Romanis tractata est, ^f sed saepe confuse nimis, ita ^g ut quæ juris gentium, quæque civilis Romani esse vellent, lector nequirit distingue.

^a Cicer. Topic. c. 8.
^b ibidem Boëthius.
^c De voce postliminii rejicienda Servii sententia, ^d qui partem ejus posteriorem productionem putat esse verbi sine significatu: sequendus ^e Scœvola, qui junctum docebat esse verbum a ^f post, quod redditum notat, & limine. Nam ^g limen, & limes, exitu, & flexionis modo differunt, cum alioqui origine (veniunt enim ^h ab antiqua voce ⁱ limo, quæ transversum signifi-

G R O T I I.

a Post, quod redditum notat] Unde Postvorta Dea. (quæ prærat parti mulierum. Vide A U L. G E L L. Noct. Attic. Lib. XVI. Cap. 17. J. B.)

b Ab antiqua voce limo] Servius ad XII. Æneidos, & Donatius ad illud Eunuchi (III. 5. 63.) limis oculis. Festus: Limus, obliquus, id est, transversus, unde & limina. Isidorus libro XV. c. 14. limites appellati antiquo verbo trans-

versi; nam transversa omnia antiqui lima dicebant, a quo & limina ostiorum, per quæ foris, & intus iter: & limites, quod per eos foras in agros eatur. In Glossario limes πλαγια οδος.

G R O N O V I I.

1 Limen, & limes] Rejicit Salmothus observ. ad jus Att. & Rom. cap. 26. p. 568.

2 Limo] Terentius Eunuch. 3, 8. ego limis aspecto sic per fibellum clanculum.

G R O -

significat) & primitiva notione idem sint, sicut materia, & materies, pavus, & pavo, & contagio, & contages, cucumis, & cucumber, quanquam usu seriore factum est + ut *limen* magis ad privata, *limes* ad publica referretur. Sic veteres eliminare dicebant e finibus ejicere, & exilium d nominabant eliminium.

II. 1. + Est ergo postliminium jus, quod nascitur e ex reditu 3 in limen, id est, fines publicos. Sic Pomponius ^a reversum postliminio, ait, qui intra praesidia nostra esse coepit: Paulus ^b cum in fines nostros intraverit. Sed ex paritate rationis + consensus gentium rem eo perduxit, ut postliminium locum haberet, etiam si quis homo, aut res ejus generis, + in quo postliminium esse placuerat, + pervenisset ad amicos nostros, ut loquitur dicto loco Pomponius, aut ut Paulus exempli causa explicat, + ad regem socium, vel amicum. Quibus in locis f amici, aut socii intelligendi sunt + non simpliciter ^c quibuscum pax est, + sed ^d qui partes in bello easdem sequuntur: ad quos qui venerunt, ut Paulus loquitur, + nomine publico tuti esse incipiunt. Nihil enim interest, + homo, aut res ad hos, aut ad suos pervenerit.

2. Apud eos vero, qui amici sunt, sed non earundem partium, + bello capti ^e statum non mutant, + nisi ex speciali pacto; quomodo in secundo federe ^f icto inter Romanos, & Carthaginienfes convenerat, ut qui a Carthaginienfibus capti e populis amicis Romanorum in portus Romanis III. c. 24. subditos venissent, in libertatem vindicari possent: + utque Carthaginienfum amicis par jus esset. Ideo ^g qui Romanorum bello Punico ^h secundo capti + in Graeciam commercio pervenerant, + jus ibi postliminii non habuerunt, quia Graeci in eo bello + neutras fecuti fuerant partes: + ac propterea opus fuit eos redimi ut liberarentur. Quin & apud Homerum non uno in loco videmus bello captos in locis pacatis venditos, ut Lycaonem f Verf. 8. Iliados ⁱ & Eurymedusam f Odysseæ H. ^j & seq.

+ III. Ve-

G R O T I .

^e Contagio, & contages] Compages, & compago, quod ipsum olim fuit compagen, ut docet genitivus, & verbum inde deductum, sicut & *sanguis* fuit *sanguen*.

^d Nominabant eliminium] Et colliminium in Solino (Cap. 15. vel 25.) est quod vulgo colaminium.

^f Ex reditu in limen] Hinc sumpta translatione postliminium ecclesiastica pacis dixit Tertullianus de pudicitia. (Cap. 15.)

^g Amici, aut socii intelligendi sunt non simpliciter quibuscum pax est] Ita sensisse Maroci, & Fefæ regem, apparent ex Thuanii libro CXXX, in anno MDCIII.

^h Qui Romanorum bello Punico secundo capti in Graeciam commercio pervenerant, jus ibi postliminii non habuerunt] Valerius Maximus lib. V, cap. II. n. 6. Diodorus Siculus excerpto legationum n. 3. Sic & Rhodii, quos Atheniensium cives bello Philippi emerant, liberaliter Atheniensibus reddidere. Polybius excerpto legationum n. 3.

G R O N O V I .

ⁱ In limen, id est, in fines publicos] Domum. Domus autem non modo dicitur de lare familiaris, sed etiam de patria, vel civitate. Sic rediit in limen, seu domum, qui est intra patios fines.

⁴ In quo postliminium] Ut simulatque rediiset intra fines, rursum inciperet esse veteris juris, quasi statum, aut dominum non mutasset, & siue homo liber erat, siue siue juris, siue servus, aut res, animalve, prioris domini foret.

⁵ Quibuscum pax est] Nam inter hos valet jus eorum, quibus militans quis rem cepit. 3, 6. 25.

⁶ Qui partes in bello] Qui eandem causam fervent, adversare adversantes.

⁷ Homo, aut res, ad hos, aut] Voluit homo, aut res, ad hos, an ad suos.

⁸ Statum non mutant] Manent in jure possessoris, neque redeunt ad priorem dominum, aut in libertatem civilem.

G R O

^a L. 5. §.
^b L. 19. §.
^c Polyb.
^d Plut.
Flaminio,
pag. 376.
377.
^e Verf. 35.
^f Verf. 8.
^g & seq.

³ ibid.

<sup>a Feft.
Pomp. vo-
ce Postli-
min.</sup> + III. Vetus Romanorum locutio receptos postliminio etiam ⁹ homines liberos dicebat. ^a Postliminio receptum + (ita enim legendum est) Gallicus Aelius in libro primo ¹⁰ significationum, que ad jus pertinent, ait, esse eum, qui liber e qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo jure, quod constitutum est de postliminiis. Item, qui servus a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in ejus potestatem, cuius anteau fuit, jure postliminii. Equi, \mathcal{E} muli, \mathcal{E} navis + eadem ratio est in postliminii receptu, (ita tria haec verba, + quae delenda censet vir incomparabilis in Romani juris studio ¹¹ + Jacobus Cujacius, levi mutatione retineri posse arbitror) quae servi: quae genera rerum ab hostibus ad nos postliminio redeunt, eadem genera rerum + a nobis ad hostes redire possunt. Sed posteriores Romani ^b jurisconsulti + discrete magis duas statuerunt species postliminii, ut aut nos revertamur, aut aliquid recipiamus.

<sup>b L. 14.
D. de capt.
Et postli-
rev.
c L. 12. D.
eodem tit.
d. l. postli-
minii.</sup>

IV. I. Retinendum & illud ^c Triphonini, qui postliminii jus competere, ait, ¹² + in bello, aut ¹³ + in pace: + sensu paulo alio, quam quo idem dixerat Pomponius. In pace postliminium, + nisi aliter convenerit, est ^h + his, qui non virtute bellica superati, sed ¹⁴ fato suo (aa) deprehensi sunt, ut qui cum bellum subito exarsit apud hostes reperiuntur. ¹⁵ + Aliis autem captiis in pace postliminium non est, i nisi (bb) id pacis erat

G R O T T.

^h Hū, qui non virtute bellica superati, sed fa-
to suo deprehensi sunt] Vide exemplum apud Pa-
ratam belli Cyprī lib. 1.

i Nisi id pacis erat comprehensum] Vide Josephum antiquæ historiæ XIII, 2. Polybius paſta ponit comprehendentia ut captivi redderentur in pace Philippi, Aetolorum, cum exceptione tamē, & Antiochi: excerptis de legationibus 9, 28, 35. Eadem exempla habet Livius, & præterea pacis cum Nabide. (Lib. XXXIV. Cap. 35.) Similia aliquot suppeditat Zosimus. Ut ecce Probi pacem cum Vandali, & Burgundis sic inita: ἐθέλετο τὴν λειτουργίαν τὸν τοῦ αἰχμαλώτους, τοὺς ἔτυχον ἔχοντες, ἀποδεῖν τις οὐ πρᾶ-
δαν omnem. Εἴ τις quoscumque habebat captivos redderent. Lib. I. (c. 69.) similem pacem nar-
rat Juliani cum Germanis, (Lib. III. c. 4.) item cum Quadi, qui in Germania, libro III. (Cap. 7. Sed ibi nihil tale.) Ammianus Mar-
cellinus libro XVII. de rege Alemanorum Suo-
mario: pacem genibus curvatis orabat; & eam cum concessione præteriorum sub hac meruit
lege, ut captivos redderet nostros. Cap 10. p. 188.) Mox de Sarmatis: iussi obtinere sedes im-
pavidī nostros reddidere captivos. (Cap. 12.) de alia rursum Sarmatarum parte idem dicit. Apud Zonaram multa talia: inter cetera in rebus Michaelis, qui filius Theophili, de Bulgaro loquens: τοὺς αἰχμαλώτους ἐλευθερώσας συνέ-
θερον promisit captivis se daturum libertatem. (Lib. XVI. Cap. 5. pag. 163. Edit. Reg. Idem est locus, qui in contextu paullo post latinè adseritur.) Nicetas libro II. (Cap. 3.) captivis

omnibus libertatem, ait, datam, exceptis Corinthiis, & Thebanis viris, ac mulieribus. Interdum convenit ut reddantur captivi, qui a republica possidentur, ut apud Thucydidem V. (cap. 18.)

G R O N O V I I.

⁹ Homines liberos] Si quis ex civitate Romana in aliam abiisset, ut in hac civis esset, postea eodem animo Roman redisset.

¹⁰ Significationum] Verborum, quatenus in jure aliquid significant.

¹¹ Jacobus Cujacius] Fulvium Ursinum, non Cujacium, id censuisse, ait Salmasius p. 580. (Omnia censet C U J A C I U S, oblitteranda verba illa, quasi supervacua, Observat. Lib. XL Cap. 23. J. B.

¹² In bello] Durante adhuc bello.

¹³ In pace] Quandocumque post bellum si-
nitum.

¹⁴ Fato suo deprehensi] Forte fortuna in ho-
stico fuerunt, cum bellum oriretur, & odio suæ gentis correpti, & in servitatem redacti sunt.

¹⁵ Aliis captiis] Qui armis inferiores in po-
testatem venerunt, postquam bellum cessavit,
nisi pacis in conditionibus placuit, ut qui capti-
issent, liberi dimitterentur.

(aa) Vide supra, Cap. 6. hujus Libri, §.
12. num. 1. J. B.

(bb) Hanc emendationem, id, pro nihil, ne-
cessariam non esse, ostendit Ampliss. B Y N-
C K E R S H O E K, Obs. Lib. I. Cap. 20. J. B.
G R O .

erat comprehensum, + ut optime eum Tryphonini locum emendat ^a do-
ctissimus Petrus Faber, non improbante ^b Cujacio: + nam hoc & subjecta
ratio, + & oppositum membrum aperte evincunt. Pacem fecerat captivis di-
missis, + ita enim convenerat, inquit, ^c Zonaras. Et ^d Pomponius: + si ca-
ptivis, de quo in pace cautum fuerat ut rediret, sua voluntate apud hostes man-
dit, non est ei postea postliminium. Paulus: + si in bello captus ^e pace facta
domum refugit, postliminio redit ad eum, a quo priore bello captus erat: + si
modo non convenerit in pace, ut captivi redderentur.

2. + Causam cur de his, qui bellica virtute capti sunt, id placuerit,
ex Servio hanc affert Tryphoninus, quia spem revertendi civibus in virtute
bellica magis, quam in pace, Romani esse voluerunt, nimirum, ut Livius
f loquitur, ab antiquo ¹⁷ + minime indulgens in captivos civitas. + Sed
hæc ratio Romanorum propria non potuit constituere jus gentium: + po-
tuit tamen inter causas esse, cur Romani illud jus + ab aliis gentibus in-
troductionum & ipsi amplectentur. + Verior hæc est ratio, + quod reges,
aut populi, qui bellum suscipiunt, credi volunt justas sibi fuisse causas cur
id facerent: contra autem, injuriam facere eos, qui adversum se arma-
ferrent: quod cum utraque pars credi vellet, + nec tutum esset pacem ser-
vare cupientibus huic se controversæ interponere, nihil melius facere po-
tuerunt populi pacati, quam ^k + ut id, quod evenisset, pro jure accipe-
rent: ¹⁸ + atque ita captos in actu repugnandi haberent quasi ex justa causa
captos.

3. + At de his, qui bello exerto deprehensi erant, dici idem non po-
terat. (cc) + nam in illis nullum injuriæ consilium fingi poterat. Tamen
ad minuendas hostium vires + retineri eos manente bello, non iniquum vi-
debatur: bello autem composito + nihil obtendi poterat quominus dimit-
terentur. + Itaque consensum in hoc est, + ut tales ¹⁹ + in pace semper li-
bertatem obtinerent, ²⁰ ut confessione partium innocentes: + in cæteros

vero

G R O T I I.

^k Ut id, quod evenisset, pro jure acciperent] Vide Priscum excerpto de legationibus 28. &
Bizarum de bello Genuensem in Venetos li-
bro II.

G R O N O V I I.

¹⁶ Pace facta domum refugit] Deinde reno-
vato bello capit. Quod omittendum non est,
ut intelligatur non esse tum capientis, sed ejus,
qui prius cepit. Casus enim belli cum eodem
populo iterum contracti fingitur.

¹⁷ Minime indulgens in captivos] Ideo durio-
rem conditionem fecerunt in armis captorum,
quam prehensionem, ut his semper postlimi-
nium pateret, illis non nisi flagrante bello.

¹⁸ Atque ita captos] Atqui hoc repugnat om-
ni juri postliminii. Juxta enim jure captos,
jusque titulo acquisitos credi voluerunt, quos
captos intra praesidia sua habuerunt, et si brevi-

posse aufugerint, durante bello, quam quos dia-
tius tenuerunt usque ad tempus aliquod post exi-
tum belli. Potius habendi sunt pro desertis,
& abjectis a republica, tanquam ignavis, &
quos pro derelictis habuerit patria; nisi enim
hoc esset, in pace facienda ratio illorum habita,
& mentio facta fuisset.

¹⁹ In pace] Si quo modo effugissent.

²⁰ Ut confessione] Immo quia nihil fecerunt
adversus rem publicam, nec male pugnaverunt,
nec confenserunt in servitutem suam, ut tacite-
faciunt, qui capi se patiuntar.

(cc) At supra, Cap. 7. hujus Libri, §. 1.
Auctor statuit, etiam eos, qui bello exerto, in-
tra hostium fines deprehenduntur fato suo, ser-
vos fieri. Deinde, neque ullum injuriæ consilium
in impuberibus, qui tamen etiam jure
belli in servitutem rediguntur, secundum Au-
ctorem nostrum. Plura diximus in Notis mo-
stis Gallicis. J. B.

vero + ut quisque usurparet quod vellet credi jus esse, + nisi ²¹ quatenus pacta certi aliquid præscriberent. Atque ²² eandem ob causam ¹ nec servi, nec res bello captæ pace redduntur, nisi pactis expressum id sit: + quia victor credi vult jus sibi fuisse ista querendi: + cui contradicere, id vero fuerat bella ex bellis ferere: + ex quibus apparet, ingeniose, non ex vero, allatum illud apud Quintilianum ⁴ pro Thebanis: ideo captivos si in patriam suam redierunt, liberos esse, + quia bello parta non nisi eadem vi possideantur. + Diximus de pace.

4. ^m In bello redeunt postliminio homines, qui antequam caperentur liberi fuerant: + recipiuntur servi, & alia quedam.

V. + Liber homo ita demum postliminio redit, + si ²³ hoc animo ad suos venerit, ut eorum res sequeretur, ut a ^b Tryphonino proditum est: ^b D. 1. in bello 12. §. nimirum, quia ut quis servus liber fiat, + se debet, ut ita dicam, ²⁴ acquirere, quod non est nisi ²⁵ volentis. Cæterum, ^a ²⁶ an vi bellica receptus sit ab hostibus, + an dolo profugerit, nihil refert, ut a ^c Florentino notatum est. * Tantundem erit si ab ^d hostibus sponte sit traditus. Quid + si ab hoste venditus commercio, ut fit, ad suos pervenerit? Tractatur hæc controversia ^e apud Senecam ^f in Olynthio, quem Parrhasius emerat. Quærit enim, cum decretum factum esset ab Atheniensibus, + quo Olynthii juberentur liberi esse, hoc (dd) contineretur ²⁷ liberi ut fierent, an ut liberi judicarentur; + quorum hoc est verius.

^c L. nibil. ^{D. de capt.} VI. I. Liber autem homo, postquam ad suos rediit, + non se tantum ²⁸ sibi acquirit, + sed & res omnes, quas habuerat apud populos pacatos, + sive corporales, sive incorporales. + Quia populi pacati, sicut ²⁹ factum

G R O T I.

1 Nec servi] Totilas Pelagio Diacono a Romanis ad se missò edicit, ne de reddendis Siculorum servis verba faciat, dicens, iniquum fore ut Romani (immo Gotbi) commilites suos veteribus dominis dedant. Locus est Procopii Gotthicorum III. (Cap. 16.)

2 In bello redeunt postliminio homines, qui antequam caperentur liberi fuerunt] Julianus oratione in malos Cynicos: ἔτω μὲν ἀντὶ εἰνοῖς τοις ὑπόστας τῶν αἰχμαλώτων λυτρῷσθαι. οὐ τοι δι νόμοι τέτοιος ἀποδέκωσαι την δευτερογενεῖον καὶ ἕκατερον, hoc modo servi essent, etiam quos bello captos liberamus. Atqui talibus, ubi ad nos redierint, libertatem adjudicant leges. (Orat. VI. pag. 195, 196. Edit. Spanhem.)

3 An vi bellica receptus sit ab hostibus] Ut illi, quos a Slavis captos liberavere Hunni, apud Procopium itidem Gotthicorum III. (Cap. 13. ubi non Hunni, sed Heruli.)

4 Si ab hoste venditus commercio, ut fit, ad suos pervenerit] Ut eodem Procopii libro juvenis Childubius, τὰ νῦν δὲ, ἐπει ἀφίξερο εἰς πάτρια ἸΩν, ἐλεύθερος τὸ λοιπὸν πατέρες τοὺς νόμους καὶ αὐτὸς ἵσται dicebat, se cum in patriam rediisset, liberum ex jure in posterum fore. (Cap. 14.)

At apud Turcas nullum olim fuisse captivis postliminium, notat Leunclavius.

p Apud Senecam] Libro V. controversia 34.

G R O N O V I I.

21 Quatenus pacta] Quæ sanciuntur redeunte pace.

22 Eandem ob causam] Immo quia & hæc pro derelictis habentur.

23 Hoc animo] Ideo M. Atilius Regulus bello Pun. primo non rediit postliminio, quia missus erat cum legatis Pænorum pacis funderanda causa. Sil. 6, Pun. 452. l. 5. §. 3. D. de capt. & postl.

24 Se acquirere] Sui juris ipse quodammodo auctor esse.

25 Volentis] i. 2, 3. 6. 2, 6. 2.

26 An vi] Utrum vi.

27 Liberi ut fierent] Manumitterentur, an haberentur tanquam qui non servirent.

28 Se sibi acquirit] Fit ipse sua opera sui juris.

(dd) Debuit heic dicere, utrum hoc &c. quod forte omnium à Typographis. J. B.

G R O N O.

²⁹ factum pro jure secuti erant in capto, + ita & in liberato, + ut se æquos præbeant utriusque parti. + Ergo dominium, quod habuerat in res ejus is, qui belli jure eum possidebat, non erat sine omni conditione: + cef- fare enim poterat ipso invito, si captus qui fuerat ad fuos pervenisset. + Has ergo res + sic ille perdit, quomodo hominem, cuius erant ac- cessio.

2. + Quid si tamen alienasset? ³⁰ an qui titulum habet ab eo, qui belli jure eo tempore erat dominus, ³¹ + tutus erit gentium jure, + an & hæc recuperabuntur? de his loquor, quæ apud populum belli medium + exstabant. Distinguendum videtur inter res, quæ ejus sunt generis + ut postliminio redeant, + & quæ extra id genus sunt; quod discrimen jam mox explicabimus, + ut illa videantur alienata ³² cum sua causa, & sub conditione: + ita vero + simpliciter. Alienata autem intelligo + etiam quæ donata, + aut ³³ acceptilata sunt.

VII. + At sicut ad postliminio redeuntem jura redeunt, + ita & ³⁴ ju- ra in ipsum restituuntur, ac pro eo habentur, ut * Tryphoninus loqui- tur, + ac si nunquam ille ³⁵ hostium potitus fuisse.

VIII. Huic regulæ de liberis hominibus exceptionem hanc recte adscribit Paulus: ^b + postliminio carent qui armis vieti hostibus se dederunt, ni- mirum, + quia pactiones cum hostibus factæ valent jure gentium, ut ali- bi ^c dicemus, + nec adversus eas est postliminium. Ideo Romani illi a ^d Lib. VII. Pœnis capti apud ^e Gellium: + postliminium justum non esse sibi, quoniam ^f L. 4. d. de capt. ^b L. 17. ^a L. 12. §. ^g L. 19. §. ⁱ D. de capt. ^c Infra. ^h L. 17. ^d tit. ^j 23. ^e L. 19. §. ^k 18. ^f L. 4. d. ^l tit. ^g L. 19. §. ^m 18. ^h L. 4. d. ⁿ tit. ⁱ D. de capt. ^j 23. ^k 18. ^l tit. ^m 18. ⁿ tit.

+ IX. I. Quod de singulis personis diximus, + idem & in populis locum habere arbitror, + ut qui liberi fuerunt, suam recipient libertatem, + si forte eos vis sociorum eximat hostili imperio. + At si ipsa multitu- do, quæ civitatem constituerat, dissoluta sit, + verius puto, non eundem populum censeri, + nec postliminio res restitui ipso gentium jure, quia populus, ut navis, + partium dissolutione plane interit, + eo, quod tota ejus natura in illa perpetua coniunctione consistit. ³⁶ + Non ergo quæ fuerat

G R O N O V I I.

²⁹ Factum pro jure] Quod factum erat, pro iuste facto habuerunt, atque adeo & ipsum, & res ejus pro homine, ac rebus juris alieni.

³⁰ An qui titulum] Utrum qui titulum.

³¹ Tatus erit gentium jure] Res retinebit.

³² Cum sui causa] Sic alienata, ut alienari poterant per naturam suam cum suis commodis, & incommodis, & sub conditione, nisi postli- minio rediissent.

³³ Acceptilata] Relicta tenenti data apacha, vel acceptilatione, qua quis fatetur se accep- pisce, quod non accepit.

³⁴ Jura in ipsum] Quæ alii adversus eum habuerunt.

³⁵ Hostium potitus] Sic & Papinianus L. II. de capt. & postl. Plaut. Captiv. I, 1. 24.

³⁶ Non ergo Sagunti civitas] Probare non possum. Immo, quia veteribus cultoribus su- perstitibus post breve tempus (Saguntus octa- vo, Thebz XX. anno, salva lingua, legibus, moribus, institutis, religionibus, & sacris, or- dinibus, & corporibus civitatis) restituta fuit, fuerunt eadem. Et ita judicant ipsi Saguntini apud Liv. 28, 39. Si verum noster de Sagunto, & Thebis tradit, nec qui ex captivitate Babylo- nica post 70. annos in Judeam sunt reversi, populus fuerunt Hebreus, vel Israëlitarum. Atqui scriptura sacra omnis pro eodem populo eos agnoscit. Aptius Capuz, & Carthaginis fuisse illius exemplis, quarum illa cum 150. hæc 100. annos

fuerat Sagunti civitas eadem exstitit, cum veteribus cultoribus ea sedes octavo post anno restituta est; + neque Thebæ, cum jam Thebani in servitatem ab Alexandro veniissent. Hinc apparet, quod Thessali Thebanis debuerant, + non esse Thebanis postliminio restitutum; idque dupli de causa: + tum quod novus erat populus, + tum quod Alexander, quo tempore dominus erat, hoc jus alienare potuerat, & alienaverat, + & quia 37 creditum non in eorum est numero, quæ postliminio redeunt.

2. Ei, + quod de civitate diximus, haud multum dissimile est quod a L. 8. l. veteri illo Romano jure, + quo dissolubilia erant conjugia, q + matrimoniū 14. §. 1. D. non censebatur 38 postliminio restitui, + sed novo consensu rede capt. reintegrari.

X. 1. Et ex his quidem intelligi potest, + quale sit jure gentium postliminium in liberis hominibus. + Cæterum, jure civili + id ipsum jus, + quod ea attinet, quæ 39 intra civitatem aguntur, & + adstringi additis exceptionibus, + aut conditionibus, + & produci ad alia commoda potest. Sic 40 + jure civili Romano de numero eorum, qui postliminio redeunt, b d. l. 19. b exempti sunt transfugæ: 41 + etiam filiifamilias, + in quos patri videtur §. 4. & §. 7. cod. sit. salva esse debuisse potestas illa patria, + quæ propria erat Quiritium. Sed c d. §. 7. hoc ideo placuisse, ait Paulus c, quia + disciplina castrorum antiquior fuit d De finib. parentibus Romanis, quam charitas liberorum: cui congruit quod + de i. c. 7. 10. Manlio ait d Cicero, suo dolore sancivisse eum militaris imperii disciplinam, ut

annos in ruderibus jacuissent, a Julio Cæsare iura urbium, Romanis colonis attributis, recuperarunt. (At vero quamvis Saguntini, & Thebani eadem essent gens, non tamen idem erant Populus, secundum tradita ab Auctore nostro supra, Lib. II. Cap. 9. §. 5, 6. J. B.)

37 Creditum non est] Si quis captus fuisset debitores habens, à quibus qui creditorem in potestate habet, as illud exigere, aut quibus remittere posset (puta, in civitate media, & neutras partes fovente domicilium habentes) isque id exegerit, vel remiserit, jus debiti exigendi non recipit captus, si postliminio redierit, inter cætera iura, quæ recuperat, atque adeo id rursus exigere non potest. Ratio est, quod supra docuit, partim, una cum capto, jure belli etiam iura ejus incorporalia acquiri, 3, 7. 4. partim in controversiis de re capta apud populum bello non permixtum respicendum jus ejus populi, a cuius partibus res capta est, 3, 6. 2.

38 Postliminio restitui] Dispar est exemplum, quia in divorcio justo consensus difficilium intercedit. At Sagunti, & Thebarum dissipatio similis est diffilio fortuito, vel friguscule, non divorcio. l. 32. §. 12. de donat inter vir. & ux. per calorem missu repudio, si brevi reversa uxor est, non divorciis videtur l. 2. de divorcio & repud. Sic illis quasi friguscum fortunæ venit.

39 Intra civitatem] Populum singularem.

40 Jure civili Romano] Quasi apud alias gentes impune transfugerint, & se deentes in civi-

tatem pristina iura receperint. At Indibilis apud Liv. 27, 17, ex gentium jure scire se, transfugæ nomen execrabile veteribus sicuti, novis spectum esse.

41 Etiam filiifamilias] Transfugæ, sine dubio, five patres, five filiifamilias postliminii jure, id est, reditu in patriam secuto, & recuperatione status, ac rerum suarum, omnium gentium legibus, aut moribus carent. Quod autem filius quoque familias Romæ non recidebat in potestatem patriam, non est magis singulare, quam quod nec filius familias latro, aut desertor, aut qui quodcumque capital admiserat, specie, ac pretextu potestatis patriæ judici poterat eripi. Erant enim servi pœnæ, in quibus maxima capitatis deminutio locum haberet. §. 1. Instit. de cap. dem.

G R E T I I.

q Matrimonium non censebatur postliminio restitui] Alter inter Christianos. Leo Papa ad Nicetam Aquilejensem episcopum: ut fici in municipiis, vel agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus, in captivitatem ductis, postliminiorum reversis de captivitate servatur, ita etiam & conjugia, si aliis juncti fuerint, reformentur. Vide Hincmarum in opusculo de divorcio Lotharii, & Tetberge, ad interrogacionem XIII. & responsu Stephani Papæ cap. 19. in tomo II. conciliorum Galliæ.

ut saluti prospiceret civium, ⁴² qua intelligebat contineri suam: ipsique naturæ, & patrio amori + prælatum ab eo jus majestatis.

2. Detrahit & hoc aliquid de jure postliminii, quod legibus Atticis ^a Dem. in Nicostram, pag. primum, + deinde Romanis constitutum est, ut qui redemtus est ab hostiis, redemtori ^r serviat, donec pretium reddiderit. Sed hoc ipsum + favore libertatis introductum apparebat, ne adempta spe recuperandæ pecunia multi in hostium manu relinquenterentur. ⁺ Et illa ⁴³ ipsa servitus iisdem Romanis legibus multis modis mitigatur, & postrema lege ^b Justiniani + finitur operis quinquennii: ^c morte quoque ^c redemti jus repetendæ pecunia extinguitur: sicut & ⁴⁴ ^d contracto inter redimentem, & redemptum matrimonio ^d remissum censetur: & ^e redemptæ mulieris ^f prostitutione ^e amittitur, + multaque alia jure Romano in favorem redimentum, & poenam proximorum, qui fuos non redimunt, constituta sunt.

3. ⁺ Rursum auctum est postliminii jus civili, eo ⁺ quod non tantum, quæ in postliminio sunt jure gentium, ⁺ sed res omnes, jura omnia perinde habentur, ac si is, qui rediit, nunquam hostium potitus esset: quod & jure Attico obtinuit. Nam, ut apud Dionem Prusæensem oratione XV. legimus, quidam ^f Calliae se filium dicens captum in clade ad Acanthum, & serviisse in Thracia, cum Athenas postliminio rediisset, hereditatem Calliae a possessoribus petiit, + nec aliud quæsitum est in judicio, quam an is revera Calliae esset filius. Idem ^g narrat, ⁴⁵ ⁺ Messenios, cum longo tempore serviissent, tandem & libertatem, & regionem receperisse. Immo & ^b quæ ⁴⁷ ⁺ per usucacionem, aut ⁴⁸ liberationem ex bonis subtracta, vel ⁴⁹ non utendo finita esse videbantur, ⁵⁰ ⁺ actione rescissoria restituuntur;

^a Dem. in Nicostram, pag. 724. B.

^b L. ult. C. de postl.

^c L. si patre, 15. D. De cap. 5 postl.

^d L. si is qui te, 13. C. de postl.

^e L. se dissim. 7. eod. tit.

^f Pag. 239. B. C.

^g Pag. 242. D.
^b L. ab hostibus.
18. C. de postliminio nam nia.

G R O T I L.

^r Serviat donec pretium reddiderit] Idem cap. 34. editio Caroli Calvi Piftis.

G R O N O V I L.

⁴² Qua intelligebat] Sine qua nec se salvum putabat fore.

⁴³ Ipsa servitus] Quæ præstatur redemtori.

⁴⁴ Contracto inter] Si mulier quem sua pecunia redemit ab hostiis captum, & pro seruo ad tempus habuit, ei nupserit.

⁴⁵ Prostitutione] Si cujusquam, aut plurium permitta est libidini, quam quis redemit.

⁴⁶ Messenios cum longo] 3, 9. 10. Messenios postliminio vult patriam, & libertatem resepsiisse. Hi post primum cum Spartanis bellum Ithome destruxerunt Olymp. 14. Candaule apud Lydes, Salmanassare in Chaldeis regnante, dissipati per Arcadiam, Argos, Sicyona, Eleusina. quum capti, & remanentes omnia servitutis mala ut *Justinus*, annos 84. ut *Pausanias* 39. perpepsi essent, ductore Aristomene se liberarunt: Secundo bello expugnata Ira Olymp. 29. Ardye Gygis F. in Lydis, Tullo Host. Rome regnante, rursus qui effugere nequierant, in Ilotas redacti, qui evaserunt, Zancle in Si-

cilia occupaverunt, & Messeniam appellaverunt: utrumque posteri post 200. annos Olymp. 77. paulo post expeditionem Xerxis in Græciam, cum terre motus omnem fere Spartam evertisset, ac 20000. hominum exanimasset, tertium bellum excitarunt, quo post decennium inferiores in Siciliam, Africam, Naupactum Acarnaniæ, aliasque regiones sparsi vacuum, & vastam Messenian reliquerunt, donec post annos ferre 100. Olymp. 103. proximo post Leuctricam cladem anno Epaminondas urbem instauravit, convocatis undique veterum cultorum posteris. *Paus.* 4, 241. & 268. *Liv.* 32, 22. Quod si postliminium his coadedit, quanto minus id Saguntinis, & Thebanis negari debuit?

⁴⁷ Per usucacionem] Si absentis ejus bonorum aliquid possessio bona fidei tempore longo acquisivit.

⁴⁸ Liberationem] Si quod ei obligatum erat, quocumque modo tollendæ obligationis, dum captivus detinetur, liberatum est.

⁴⁹ Non utendo] Ut ususfructus non utendo intra tempus X. aut XX. annorum amittitur. §. 3. Inst. de usigr.

⁵⁰ Actione rescissoria] Qua usucatio, aut quid aliud factum in prejudicium velut absentis reipublicæ causa rescinditur. §. 5. Inst. de act. I. 35. pr. de oblig. & act.

^a L. 1. §. nam in edicto de majoribus in integrum restituendis, ^a + is comprehenditur, qui in hostium est potestate. Et hoc quidem ⁺ venit ex jure Romano antiquo.
^b D. quib. ex caus. maj.

4. At ⁵¹ + lex Cornelia etiam heredibus consuluit eorum, qui capti apud hostes deceperint: ⁺ bona eorum conservans perinde, quasi qui non redit jam eo tempore, quo captus est, ⁵² deceperint. ⁺ Quæ jura civilia si tollas, haud dubie statim ut quis ab hostibus captus esset, ⁺ bona ejus futura fuissent occupantium, ⁺ quia qui apud hostes est, ⁵³ pro nullo habetur. Quod si qui captus fuerat rediret, ⁺ nihil reciperet præter ea, quæ jure gentium postliminium habent. ⁺ Quod vero captivorum bona fisco cedunt si heres nullus sit, ^b ex jure speciali est Romano. Vidimus ⁺ de his, qui redeunt: videamus ⁺ de his, quæ recipiuntur.

^b L. 31. D. de jure fisci. l. 22. §. 1. D. de capt.

^c L. in bello, 12. §. manu-mittendo, 9. D. De Captiv. d. L. ult. D. de capt.

e d. l. 12. §. 9. cod.

f d. l. 19. §. 5. cod.

XI. 1. Inter hæc sunt primum ⁺ servi, & ancillæ, ^t + etiam ⁵⁴ sæpe alienati, ^u + etiam ab hoste manumissi: ⁺ quia hostium jure manumissio obesse civi nostro servi domino non potuit, ut bene notat ^c Tryphoninus. Sed ut servus recipiatur, necesse est ⁺ ut aut ⁵⁵ revera habeatur a vetero domino, ⁺ aut haberi facile possit. Quare cum in rebus aliis ⁺ sufficiat, eas intra fines esse perductas, ⁺ ad postliminii jus in fervo id non erit sat, ⁵⁶ + nisi & cognoscatur; nam qui in urbe Roma est ita ut lateat, ⁵⁷ + nondum receptus Paulo ^d videtur. Ac sicut ⁺ hac in parte a rebus inanimis distat servus, ⁺ ita vicissim a libero homine in eo distat, quod ut postliminio recipiatur, non requiritur ⁵⁸ ut animo res nostras sequendi venerit. Id enim ⁺ in eo requiritur, qui se recepturus est, non in eo, qui ab altero sit recipiendus, & ut ^e Sabinus scripsit, *de sua qua civitate cuique confituendi facultas libera est, non de dominii jure.*

2. Non excepit ⁺ ab hoc gentium jure ⁺ servos transfugas lex Romana. Nam & in his ⁺ dominus pristinum jus recipit, ut Paulus ^f nos docet:

G R O T I I.

^s Bona ejus futura fuissent occupantium] Vide legem Wisigotticam lib. V, tit. IV. c. 15.

^t Etiam sæpe alienati] At edicto Theuderici ita constitutum est: servi, aut coloni ab hostiis capti, ^t & reversi domino restituantur, si non sunt ante ab altero vendentibus hostibus in commercio comparati. (Cap. 148.) Vide ^t Cassiodorum III, 43. At lege Wisigottica mancipium bello receptum domino redditur, is, qui recepit, tertiam partem accipit justi pretii. Si ab hostibus venditum receptum fuerit, redit ad dominum pretio reddito, & melioramentis. lib. V, tit. IV, 21.

^u Etiam ab hoste manumissi] Ut a Mithridate, qui retraxi in servitatem. Appianus Mithridatico, (pag. 211. Ed. H. Stepb.)

G R O N O V I I.

51 Lex Cornelia] L. 22. pr. & §. 1. ac 3.

de capt. ^t & postl. I. 1. §. 2. ad l. Falcid. l. 12. qui testam. fac. pos. l. 15. D. de injuslo ruplo. l. 9. Cod. de postl. rev. Ulpian. Instit. 23. §. 4. l. 5. C. quibus ex caus. maj. §. ult. Instit. quibus non est perm. fac. test.

⁵² Deceperint] Ut medio tempore minui nequeant.

⁵³ Pro nullo habetur] Immo suis est pro peregrinante, & qui exspectetur post tempus rediturus.

⁵⁴ Sæpe alienati] Ab eo, qui cepit, alii dominio, & ab hoc rursus alii, & deinceps traditi.

⁵⁵ Revera habeatur] Jam sit in ejus potestate, aut in eam venturus sit, ubi domino liberabit.

⁵⁶ Nisi ^t & cognoscatur] Gnaro, & conscientia intra fines veretur.

⁵⁷ Nondum receptus] Postliminio rediisse, censet Paulus.

⁵⁸ Ut animo] Quia servus consilium non habere videtur, sed omne consilium de eo esse domini,

a L. 12.
C. de postl.

cet : + ne ⁵⁹ contrarium jus non tam ipsi injuriosum sit , qui servus semper permanet , quam domino damnosum . Generaliter + de servis , qui virtute militum recuperantur , dictum est ab Imperatoribus ⁴ illud , + quod ad res omnes male a nonnullis trahitur , ⁶⁰ receptos eos , non captos judicare debemus , ⁶¹ militem nostrum ⁶² defensorem eorum decet esse , non dominum .

3. + Qui ab hostibus redempti sunt servi protinus Romano jure fiunt redimentis , sed + oblati demum pretio postliminio recipi intelliguntur . + Verum , hæc subtilius explicare , juris civilis interpretum est . Nam & + posterioribus legibus mutata sunt nonnulla : & quo servi capti + ad redditum invitarentur , proposita libertas his , quibus membrum ruptum esset statim ; cæteris post quinquennium : ut videre est in legibus militaribus ⁶³ a Rufo collectis .

XII. + Illa quæstio magis ad nos pertinet , + an & populi , qui subiecti alieno imperio fuerunt , ⁶³ in veterem causam recidant : + quod tractari potest si non is , cuius imperium fuerat , + sed sociorum aliquis , eos hosti eripuisse : + puto hic idem dicendum , quod in servis , + nisi sociali fede re aliter convenerit .

XIII. I. Inter res primum occurrunt + agri , qui in postliminio sunt . Verum est , ait ^b Pomponius , *expulsis hostibus ex agris , quos ceperint , dominia eorum ad priores dominos redire* . Expulsi autem hostes intelligi debent , + ex quo aperte eo accedere amplius non possunt , ut + alibi explicavimus . Sic Eginam insulam ^c Atheniensibus erectam ^x veteribus domiis Lacedæmonii reddiderunt . Agros ex Gothis , & Vandals recuperatos veterum possessorum heredibus reddiderunt ^d Justinianus , aliquique ^e Imperatores , ^y + non admissis adversus dominos ⁶⁴ præscriptionibus illis , quas Romanæ leges induxerant .

2. Quod de agris jus est , idem esse , arbitror , + de omni jure , quod solo adhæret . Nam & loca capta ab hostibus , quæ religiosa , vel sacra fuerant ,

G R O T I I .

^x Veteribus dominis] Nempe qui partium Laudemontiarum fuerant . Confer quæ supra cap . VI. §. 7.

^y Non admissis aduersus dominos præscriptionibus illis] Idque ex lege Honorii , qui quanquam relicta Vandalis Hispania , tamen dum eam tenerent Vandali , præscriptionem tricenariam dominis nocere noluerat . Meminit Procopius Vandalicorum I. (Cap . 3 .) Valentinianus in novella lege de episcopali iudicio : tricennali temporum definitione concilius ea præcepimus , quæ perpetuis , aut infinitis seculis servabantur : exceptu Afrorum negotiis , qui se probaverint necessitatem Vandalicam pertulisse : ut de illorum causis illa tempora præfixo tricennio subtrahantur , quæ clauerit sub hostilitate consumpta . In concilio Hispanensi relato in causam XVI , quæstione IIII . c. 13 . sicut per legem mundalem his , quos barbarica severitas captiva necessitate transvexit , postli-

minio revertentibus redditur antiqua possessio . convenit c. ex' transmissa . de præscriptionibus . Vide & Cujacium ad titulum C. de præscriptione XXX . annorum .

G R O N O V I I .

⁵⁹ Contrarium jus] Quod transfugam punit .

⁶⁰ Receptos eos] Tanquam qui jam dominum habeant , & ad eum redeant , non tanquam qui nunc denum dominum nanciscantur eum , qui hosti eripuit .

⁶¹ Defensorem] Nimurum , ut rei alienæ : sic in Dig . coniunguntur procuratores , & defensores .

⁶² A Rufo collectu] Libellus inscribitur : leges navales Rhodiorum , militares , rusticæ Justiniani Gr . & Lat . opera . Sim . Schardii , Basili . 1561 .

⁶³ In veterem causam] Redeant sub prioris principiis imperium .

⁶⁴ Præscriptionibus] Privilegiis longinquo possessionis .

G R O N O .

^b L. si
captiōnē.
20. §. ve
rum est . I.
D. de capt.
^c Strabo
lib. VIII.
pag. 376.
^d Nov.
XXXVI.
^e Nov.
Valent. d.
episc. Jud.
Proc. I.
de bell.
Vand. Cuij.
obs. X, 12.

rant, si ab hac calamitate fuerint liberata, quasi quodam postliminio reversa.
^a L. cum + pristino flatui restitui, scripsit ^a Pomponius: quicum convenit illud Cice-
 loca. 36. ronis in ^b Verrina de signis, de Diana Segetana: P. Africani virtute + re-
 D. de reli- ligionem simul cum loco recuperavit; & Marcius ^c cum postliminii jure + com-
 giosis. b IV, 35. parat jus illud, quo solum ædificio occupatum eo collapso ⁶⁵ + littori red-
 c L. in ditur. + Quare & usumfructum agri recepti restitui, dicendum erit, + ad-
 tantum. 6. de divis. exemplum ejus, quod de agro inundato Pomponius + respondit. Sic Hi-
 rer. spanis lege ^d cautum est, ut comitatus, & aliae jurisdictiones hereditariæ
^d L. si + postliminio redeant, maiores + omnino; minores, + si intra quadriennium
 ager. 26. & ^e commercio parata, + ubicunque reperiuntur, manent ejus, qui emit:
 p. 2. + nec apud pacatos reperta, + aut intra fines perducta vindicandi jus est
 veteri domino. Sed ab hac regula videmus olim + excepta quæ in bello
 usum habent: + quod ideo placuisse gentibus videtur, + ut ^f recuperandi
 spes ad ea comparanda alacriores homines redderet. Plurimarum enim ci-
 vitatum instituta eo tempore + ad rem bellicam referebantur; + quare fa-
 cile in hoc consensum est. + Usum autem in bello hæc habere censentur,
 quæ modo ex Gallo Ælio ^f attulimus, sed quæ distinctius exposita exstant
^f Supra §. 3. tum apud Ciceronem in ^g Topicis, tum apud ^b + Modestinum. Naves scili-
 g Cap. 8. g licet ⁶⁶ longæ, atque onerariae, non item lusoriae, aut actuariae, voluptatis.
^b L. 2. & D. de causa paratae: + muli + sed ⁶⁷ clitellari: equi, + & equæ, sed freni pati-
 apt. i L. id, ⁷⁰ quas & legari recte + voluerunt Romani ^l, + &
 quod apud ⁷¹ in præstationes familiæ herciscundæ + venire.
^l boſſes. 3. 2. + Arma, & vestis, usum quidem in bello habent, sed postliminio non
 D. de leg. redibant, + quia minime favorabiles erant, qui in bello arma, aut vestem
 L. amitterent: + immo id flagitii loco habebatur, ut passim in historiis appa-
 Labeo. 22. ret. Atque in hoc notantur + arma ab equo distare, quod equus sine cul-
 cum l. seq. pa equitis proripere se potuit. Et + hoc quidem rerum mobilium discriminem-
 D. fam. berc. videtur usum habuisse in occidente, etiam sub Gothis, ad Boëthii usque
 tempora..

G R O N O V I I.

⁶⁵ Littori redditur] Ex privato fit nullius.

⁶⁶ Commercio parata] Empta, & permutata.

⁶⁷ Recuperandi spes] Ut animosios emerent, in quibus fecerent valere jus postliminii.

⁶⁸ Longæ, & onerariae naves] Quia illi milites, his bellii apparatus vehabantur. *Lusoriae*, & *actuariae* duorum erant generum. Aliæ *animi lusoriae* in ripis fluminum terminantium imperium (ut erant Danubius, Rhenus, Euphrates) excubabant. l. 4. Cod. de offic. judic. milit. l. 4. C. de offic. mag. offic. in his utpote bellicis erat fine dubio jus postliminii. At vocabantur & *lusoriae* privatorum, quibus illi voluptatis caula huc illuc vectabantur, ut loquitur *Petronius* cap. 61. de quibus *Seneca* 7. de Benef. 20. & me-

minit auctor 3¹, i. 5. *Actuariae*, omnes, quæ remis agebantur, quarum etiam quædam belli usibus adhibita. *Liv.* 30, 43: *Cæsar* 5, de Gall. i. & in his postliminium; non in eis, quæ voluptatis ergo, aut alios ad usus erant paratae. *Salmas.* ad jus Att. & Ro. c. 26. p. 740.

⁶⁹ Clitellarii] Qui clitellis onera portant, non qui carpento junguntur. Sunt autem eli- tellæ stratum, quod imponitur asinis, & mulis ad onera commodius portanda. Eundem usum habent equi fagmarii.

⁷⁰ Quæ & legari] Etiam si quo tempore testamen- tarium scribatur, apud hostes essent.

⁷¹ In præstationes familiæ] Attribui, & imputari pro parte fortis suæ alicui heredum, sed cum cautione, si recipiantur.

tempora. ⁺ Is enim Ciceronis topica explicans ita videtur de hoc jure loqui, quasi quod ad eum diem vim suam obtineret.

XV. ⁺ At posterioribus temporibus, si non ante, sublata videtur hæc differentia. ⁺ Passim enim tradunt ⁷² morum periti, res mobiles postlimino non redire, & ^z id de navibus constitutum multis in locis ^a videmus.

XVI. Ex vero res, quæ ⁷³ intra præsidia perductæ nondum sunt, quanquam ab hostibus occupatæ, ⁺ ideo postliminii non egent, quia dominum nondum mutarunt ex gentium jure. Et quæ piratæ, aut latrones nobis eripuerunt, non opus habent postliminio, ut ^b Ulpianus, & Javolenus responderunt: ⁺ quia jus gentium illis non concessit, ut ⁷⁴ jus domini mutare possint: quo innixi Athenieses ^c Halonesum, quam ipsis prædones, ^a prædonibus Philippus eripuerat, ⁺ ut redditam a Philippo, non ut donatam, volebant accipere. Itaque res ab illis captæ, ⁺ ubicunque periuntur, vindicari possunt; nisi quod ex naturali jure ⁷⁵ alibi ^d censuimus, ei, qui suo sumtu possessionem rei adeptus est, ⁺ tantum esse redditum, ⁺ quantum dominus ipse ad rem recuperandam libenter impensurus fuerat.

XVII. ⁺ Potest tamen lege civili aliud constitui: sicuti ^b lege ^e Hispanica naves a piratis captæ eorum fiunt, qui eas eripiunt piratis: neque enim iniquum est, ut privata res publicæ utilitati cedat, præsertim in tanta recuperandi difficultate. ⁺ Sed lex talis ⁷⁶ non obstabit exteris, quo minus res suas vindicent.

XVIII. I. Illud magis mirandum, quod testantur ⁺ Romanæ leges, ^{lib. II. c.} postliminii jus locum habuisse ⁺ non tantum inter hostes, ⁺ sed & inter ^{X. §. 9.} Romanos, & populos externos. Sed ⁺ alibi diximus, ^f ⁺ reliquias has esse ^{e Lib.} XXXI, tit. ^{29. p. 2.} saeculi ⁷⁷ Nomadum, ⁺ quo sensum naturalis societatis, quæ est inter homines, mores exsudaverant. Itaque apud gentes ⁺ etiam, quæ bellum publicum non gererent, ⁺ erat quædam ⁷⁸ belli inter privatos quasi ipsis moribus indicti licentia: ac ⁺ ne ea licentia ad interficiendos homines profilaret, placuit, ⁷⁹ captivitatis jura inter eos introduci, ⁺ cui consequens fuit, ^{f Lib. II.} ut ^{c. 15. §. 5.}

G R O T I L.

^z Id de navibus constitutum multis in locis ^a videmus] Decisio Genuensis centesima prima.

^a Prædonibus Philippus eripuerat] Vide ipsam Philippi epistolam inter opera Demosthenis, (pag. 63. A. B.)

^b Lege Hispanica naves a piratis captæ eorum fiunt, qui eas eripiunt piratis] Idem apud Venetos. Patet ex literis Fraxinii Omnes tom. 1.

G R E N O V I L.

⁷² Morum periti] Juris per consuetudinem introducti.

⁷³ Intra præsidia] 3, 6. 3.

⁷⁴ Ut jus domini mutare] Ut eorum, quæ sapienter, jus acquirent, & prius dominus jure suo caderet.

Tom. IV.

⁷⁵ Alibi censuimus J 2, 10. 9.

⁷⁶ Non obstabit exteris] Sed tantum Hispanis, aut qui sub regis Hispania vivunt imperio.

⁷⁷ Nomadum] Populorum vigorum adhuc, & incertæ sedis, atque inconditorum, quum in omnes peregrinos aliquid licet, quod nunc intelligent homines, meliora dochri non licere nisi in hostes.

⁷⁸ Belli inter privatos] Puta naufragio ejectum aliquem, aut quoeverque easu in terris peregrinis oberrantem, ubi sine notore, ac defensore esset, arreptum a privato, & in ergastulum suis conjectum: quod frequenter olim contigisse, ostendit Sueton. Ang. 32. Tit. 8. Cic. pro Client. 7. Et hodie nihil frequentius occidit Christiani inter Turcas.

⁷⁹ Captivitatis jura] Ut licet comprehendos peregrinos pro servis habere, quasi captes ex hostibus.

Q

G R E N O V I L.

ut & postliminio locus esset, + aliter, quam cum latronibus, ac piratis, + quia illa vis rem producebat ⁸⁰ ad aquas pactiones, quæ a latronibus, & piratis contemni solent.

2. Juris olim controversi videtur fuisse, + an qui apud nos serviunt ex populo federato, si domum revenissent, postliminio redeant. Ita enim hanc quæstionem proponit ⁸¹ Cicero primo de oratore. Et Gallus quidem ^{a Apud Festum, + postliminium nobis est ita, uti cum hostibus.} ^b Elius sic ait: + cum populis liberis, & cum federatis, & cum regibus & postliminio nobis est ita, uti cum hostibus. Contra ^b Proculus: ⁸² non dubito quin federati, & liberi nobis externi sint: + non inter nos, atque eos

^{b L. non postliminium esse.}

^{dubito, 7.} ^{c D. princ. D. de captiv. & postlim.} 3. + Ego arbitror, distinguendum inter federa, ⁸³ ut si qua essent quæ bellum duntaxat publici componendi, aut cavendi causa essent inita, + ea nec captivitati in posterum, nec postliminio obstarent: at + si qua id continentur ut tuti essent publico nomine, qui ab his ad illos venissent, ut tunc captivitate sublata cessaret & postliminium. + Et hoc mihi indicare videtur

^{c D. l. postlimi- nii. §. in pace. 2.} c Pomponius, cum ait: si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fedus amicitiae causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt; quod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo nostra ab eis captus servus fit & eorum: idemque est si ab illis ad nos aliquid perveniat; hoc quoque igitur casu postliminium datum est. + Cum dixit fedus amicitiae causa, ostendit & alia esse posse federa, quibus nec hospitii, nec amicitiae jus insit. + Proculus quoque eos a se populos federatos intelligi, qui amicitiam, aut hospitium tutum promisiissent, satis significat cum subjicit: etenim quid inter nos, atque eos postlimii opus est, cum & illi apud nos & libertatem suam, & dominium rerum suarum aequa, atque apud se retineant, & eadem nobis apud eos contingent? quare quod apud Gallum Elium sequitur, + quæ nationes in ditione nostra sunt, cum his postliminium non est, ut recte legit Cujacius, + hoc additamento supplendum erit, nec cum his, quibuscum fedus amicitiae causa habemus.

^{d Obs. XI. c. 23.}

^{e Bod. lib. I, de rep. c. 7.}

XIX. 1. At nostris temporibus + non inter Christianos tantum, + sed & apud plerosque Mahometistas, + jus ut captivitatis extra bellum, + ita & postliminii evanuit, + sublata utriusque necessitate ob restitutam vim ejus cognitionis, quam inter homines natura esse voluit.

2. Habere tamen locum poterit + vetus illud jus gentium, + si res sit cum gente tam barbara, ut sine inductione, aut causa, omnes externos, & res eorum hostiliter tractare pro jure habeat. Atque eam in partem, dum hæc

G R O N O V I I.

⁸⁰ Ad aquas pactiones] Ut utrimque aliquid remitterent de fœvis moribus, & paullatim jus disserent.

⁸¹ Cicero primo de oratore] Cap. 40. sed de libertis, non de fœvis agere Ciceronem, monet Salmagius p. 596.

⁸² Non dubito quin] Lege, quam federati, & liberi nobis externi sint, inter nos: ita con-

fentient Gallus, & Proculus. Salmagius p. 606. (At emendatio illa repugnat verbis sequentibus. Vide omnino CUJACIUM, loco Observationum in margine paullo post indicato. J. B.)

⁸³ Ut si qua essent] Qualia quæ hodie Turcic sunt cum Christianis, quibus privati Mahometanorum non impediuntur quo minus in captivitatem redigant quoscumque possunt de Christianis.

hæc scribo, judicatum est in summo auditorio Parisiensi, cœtus principe Nicolao Verdunio, bona, quæ Francorum civium fuerant, ab Algerien-sibus, populo prædationibus maritimis in omnes alios graffari solito, + capta belli jure mutasse dominum: + ac proinde, cum recepta ab aliis es- sent, facta eorum, qui recepissent. In eadem cognitione & hoc judicatum est, quod modo diximus, + naves hodie inter ea non esse, quæ postli- minio recipiuntur.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS IN HUGONIS GROTTI

LIB. III. CAP. IX.

HACTenus de processu belli, seu quid in bello justum sit, egimus: sequitur jam jus aliquod, quod æque in pace, ac in bello obtinet; nimirum, Jus POSTLIMINII. Auctor fatetur, nihil sani hac de re, nisi apud JCtos Romanos, proditum esse; quos tamen ipsos inculpat, quod ea, quæ juris gentium sunt, cum jure Romano sèpius confundant: quod verum non esse, in ipso tractatu videbimus. Cum vero intricata admodum sit hæc ma- teria, nostra principia ex dissertatione de Postliminio in pace, & amnestia desumpta hic præmittere, necessarium duxi.

PROPOSITIO I.

Bellum est judicium rei controversæ, quo queque pars sibi jus afferit, alteri negat.

DEMONSTRATIO.

Bellum inter summas potestates, cum aliis illæ judicem non habeant, idem est, quod judicium inter privatos. Utrumque est de negocio aliquo dubio, seu controverso inter partes, (adeoque semper legitimum certamen partium significat) de quo illæ disceptant armis, hæc apud judicem.

Hinc uti in omnibus judiciis, & discep-tationibus, ita in bello queque pars sibi jus afferit, adversario negat; & uterque se jure, adversarium injuria agere; uterque sua arma justa, hostium injusta; uterque

denique, quoties ipse bello quid agit, ca-pit, lædit, id jure, quoties hostis, injuria fieri, & sibi foli, non hosti, jus ex acti-bus bellicis nasci, contendit. Atque hæc est natura omnis disceptionis, seu conten-tionis, quippe quæ in contradictione con-sistit. Uti cum Sallustius in bell. Catil. in princ. inquit: *Du magnum inter mortales certamen frisse, vine corporis, an virtute animi magis procederet.* Certamen id in contradictione partium constitut. Vid. disp. nostra de Postliminio. &c. Sect. 1. §. 2. seq.

PROPOSITIO II.

Cujusque partis judicium sequuntur ejus cives, & socii.

DEMONSTRATIO.

Hoc autem judicium cuiusque partis, quo ab invicem dissident, ac disceptant de ju-stitia belli, & actuum bellicorum, valet in-tra partis ejus, quæ id statuit, fines, & civitatis illius, seu imperii limites: ita ut si intra hostis, ejusve amicorum fines res peragenda disiniendaque sit, hostilis; si in-tra nostros, amicorumve nostrorum limites, nostri judicij valitura sit auctoritas, cum neutra alium judicem habeat, cuiusque ve-ro partis amici, & socii eandem cum ipsa causam, idemque judicium sequantur. At-que hanc contentionem partium, quæ alium judicem non habent, sed jus armorum, nos

judicium partis dicemus in processu. Vid. dip. nostram de Postlim. sed. I. S. 3.

PROPOSITIO III.

*Reliqua gentes omnes, cœn media, neu-
trum judicium sequuntur, sed utriusque fa-
tum pro jure habent.*

DEMONSTRATIO.

Reliqui populi, qui neutri partium ad-
dicti sunt, quicquid utrinque in bello fit,
pro jure habent, nihilque, quod armis ab
utraque parte agitur, pro injuria: neque
enim cognoscere, aut statuere de injustitia
partium jure possunt, qui earum judices non
sunt; neque partes, quæ judicem non ha-
bent, injuriæ ab aliis convinci, vel con-
demnari. Necessario igitur utriusque partis
factum, quod vi armorum peragitur, apud
omnes reliquas gentes pro jure erit: quia
justum id habetur, cuius injustitia doceri
non potest, idque in re controversa tite
fieri sine judge nequit. Quin hoc ipso,
quod gens aliqua factum partis improbat,
hostium rationem indueret, & desineret
esse media, quia adversæ partis causam,
judiciumque sequeretur. Atque hoc judi-
cium pacatarum in ipsarum territoriis, dum
ibi res peragenda est, obtinet. Hoc ipsum
vero principium esse, quo nitiuit quoque
jurisprudentia Romana, patet ex l. 19. in
fin. pr. l. 12. S. 9. de capt. & postlim.

Secus ergo est si tale factum sit, quod
communi jure gentium, omniumque judi-
cio, licitum, vel illicitum habetur: uti si
vasallus hosti contra dominum suum serviat.
In iis enim non contradicunt sibi judicia
partium, sed convenient; idque pro jure,
vel injuria, unanimi omnium suffragio ha-
betur, nec unius gentis judicium alteri
præfertur. *Vid. dissert. nostr. de Postlim. S.*
I. S. 4. & S. 5.

PROPOSITIO IV.

*Hinc sequitur, res, vel personas captas,
si receptæ sunt intra locum, & fines, ubi
judicatur injuria ablatas esse, i. e. si re-
deunt ad suam civitatem, ejusque socios,
principino domino restituendas esse: idque post-
limium vocatur.*

DEMONSTRATIO.

Ex præmissis sequuntur I. jura postlimi-
ni in bello, & pace, cum in rebus, tum
in personis. Si enim res, quas hostis a ci-

vibus nostris cepit, intra fines nostros re-
versæ fuerint, cedunt pristinis dominis, non iis, qui receperunt: quia ex nostra
parte afferitur, non jure eas dominis suis
bello ablatas, adeoque iis restituendas esse;
quod judicium nostrum intra fines nostros,
ubi res nunc sunt, valet. Idemque est in
personis, quæ ab hostibus captæ, & quo-
vis modo reversæ, pristina jura, quæ ab-
lata sunt, omnia recipiunt, quasi nullo jure
ablate. Quæ eadem est ratio Quintiliani
lib. §. Inst. c. 10. quin ipsius jurispruden-
tia Romana in l. 19. pr. ff. de capt. & postl.
ubi ratio cur captus, & reversus, postli-
minum habeat, hæc redditur: quia per in-
juriam ab hostibus detenus est; idque natu-
ralis equitatis esse dicitur.

Idem est si non quidem intra nostros fi-
nes, sed ad socios, vel amicos nostros,
qui idem nobiscum judicium, eandemque
causam sequuntur, pervenerint: cum enim
idem judicium nobiscum sequantur, apud
ipsos quoque perinde, ac apud nos, res
ab hostibus injuria captæ, & ablatæ dicun-
tur, quod ipsum jure Romano itidem sta-
tutur l. 5. §. 1. l. 19. §. 3. eod. Id factum,
cum Pœni diutissime vexata Sicilia plurima
inde ornamenta, ac sacra Carthaginem a-
sportassent: capta enim post Carthaginem P.
Scipio civitatibus Siculis, quæ tum sociæ
erant Romanorum, omnia ea postliminio
restituit, ut prolixe recenset, & laudat Cicero
in accus. Verr. 6. cap. 72. & seqq. Et Camillus
Sutrium, & Nepete, duas urbes socias ex
hoste receptas sociis reddidit. Plut. in Ca-
mill. c. 59. Lio. l. 6. c. 9. 10. Conf. dip.
nostra de Postlim. cap. 2. §. 1. & 2.

PROPOSITIO V.

*Si ad gentes medias redeunt, cessat postli-
minum.*

DEMONSTRATIO.

Si res, vel personæ captæ ad alias gen-
tes pacatas, aut medias perveniunt, non
dum obtinet jus postlimii; nam & illæ
gentes, cum aliarum gentium judices non
sunt, factum harum pro jure habent Er-
rant igitur omnino qui apud hos quoque
populos medios jus postlimii esse, existi-
mant, atque in eum sensum detorquent
Grotium; non enim medii utique populi
essent, qui quod pars altera bello cepit,
injuria captum, indeque alteri restituen-
dum dicerent; nec pacati, qui bellantium
cause

causæ ac litibus se miscent. *Vid. diss. magistr. de Postlum. Sect. 2. §. 4.*

P R E P O S I T I O V I .

Idem dicendum de deditis, & receptis.

D E M O N S T R A T I O .

Hoc ut solide definiatur, sciendum est: I. quod aliud sit deditio bellica, aliud alienatio, & translatio juris, quæ fit ex transactionibus pacis, donationisve, aliave causa simili. Hæc enim omnium jure, & judicio, justa causa est dominii juste, & in perpetuum transferendi; uti cum ita transfigitur ut hostis urbem habeat, atque a bello recedat: omni enim jure transactiones de litibus, ac bellis justissimæ sunt, & ne quidem judicio partis quicquam in iis injuriæ, nec adeo hoc casu unquam est postliminium. At deditio bellica etsi dominium quoque omnium judicio ex mutuo consensu transferat, duo tamen ei insunt: 1. quod nos contendimus injuria nos compulsos ad dedendum, quæ tamen vis jure gentium risque consenserunt, neque natam ex eo obligationem tollit: 2. quod ei spes recuperandi juris perditæ insit; quia durante bello fit, in quo vel armis, vel pactis, aut pace sequente, vel alias modis res ulro, citroque repeti, restituique solent. In hunc igitur eventum deditus non videtur juribus suis renunciasset; non enim id agit ut juribus, quæ alias habiturus esset, renunciet, sed ut ea præsenti periculo, v. g. direptionis hostilis eripiat, atque in prædictos eventus conservet. Fit quidem etiam deditio ex præcedente sponfione, uti Mancini, & Posthumii, ex sponfione Numantina, & Caudina; adeoque puer, & jure perpetuo fieri videtur: sed tamen nec ab ea abest spes restitutionis.

II. Quod per deditonem quicquid in redita nostrum est, hosti acquiratur, & quidem, quoad jura dendentis propria, omnium judicio, quia de iis ipse statuere potest; quoad jura autem tertii perinde est, ac si res capta ab hoste esset, non dedita: cum enim qui dedidit non habeat jus dedendi, & in hostem tranferendi, nisi quod suum est, hostis tamen jure belli quicquid hostile fuit acquirat, utique jura hæc non consequitur vi deditonis, sed vi propriæ occupationis; quia dedendo cepit, atque in potestatem suam redegit, adeoque non factio dendentis, sed suo capientis tantum.

Hinc sequitur, quod is, qui se dedidit, subducere se hosti contra proprium suum factum, fidemque datam, & redire ad suos, non possit; sed si redeat, pro transfuga habendus sit. Ex ea enim deditione hosti omnium judicio jus quæsumum est, cum jure gentium fides hosti data, & pacta cum coinita utique servanda sint. Neque igitur postliminium habet, quasi injuria detentus. Et licet dicat injuria hostis se compulsum ad deditonem, eo tamen non tollitur obligatio fidei datae. Quod & ipsum jure Romano constitutum in l. 1. f. de Capt. & postl. & sanctissime servatum fuit. Idemque verum fatemur in urbibus, provinciisque, quæ se dediderunt, ne se eximere hosti, postliminioque uti possint, eadem ratione.

Si vero populus ipse dedidit personam, vel urbem, eximere illa quidem se hosti potest perinde, ac si capta esset, quia suo facto dedita non est, & populus jus suum saltem in civem, vel urbem hosti transtulit, non vero jus privatum ab hoste se tuendi, quod natura cuique competit, iis ademit. At populus eas recipere contra factum suum, fidemque datam, nequit. Unde Cloelia, quæ Porsenna ut obses dedita fuit, jure quidem suo aufugere inde poterat, sed populus Romanus reddere debuit, alias Porsenna pro rupto foedus habiturus erat, ut ipse ait apud Livium l. 2. c. 13. Quid si ergo hostis non reposcit? Jure recepta res videtur, ac postliminium habet uti res capta; quod proinde ei denegari nequit. Neque hinc discedit jus Romanum in l. 4. in fix. de capt. & postl. ubi potest civitas non recipere deditum. Nam ibi agitur de eo, qui ex propria sua sponfione a populo deditur.

At armis suis populus durante bello omnia dedita recuperare ab hoste, uti res ipsius hostis proprias vi capere potest: atque adeo etsi hostis ea populo pacato donaverit, vel vendiderit, a pacatis quoque, dum bellum est, repeti armis possunt; quia hostis non potuit ea nisi cum causa sua alienare, nec plus in alios transferre, quam ipse habuit, neque facto hoc suo jus nostrum pervertere. Atque hoc quidem manifestum est cum populus ipse non dedidit: tum enim ejus ratione habetur res pro capta, cuius dominium partis judicio hostis ex justa causa nactus non est; adeoque qui ab eo accepit, quasi a non domino accepisse inteligitur.

At si ipse populus dedidit, difficile est dicere, cum ab hoste ipso potuisse armis recipere, etiam a pacato posse, in quem hostis transtulit. Neque enim potest populus, quod ipse dedidit, vel quasi non jure datum contra fidem, factumque suum, repetere, vel jure belli, quod tantum cum hoste est, non cum pacato. Unde nec hoc casu exigentem se invito possidente recipere potest; at in rationes damnorum occasione belli sibi datorum id referre potest.

Cum vero & hostis ipse indubie personas, res, aut urbes sibi deditas deferere, aut dimittere, vel pace quoque, aut pacis illæ recuperari possint, queritur, an ita desertæ, aut armis jure receptæ habeant postliminium? Etsi vero id a Jcto doctissimo negetur, tamen pace ejus viri, & salvo, quod magni facimus, illius judicio, deditis quoque in primis urbibus, & provinciis, postliminium his casibus omnino deberi statuimus.

Tota enim ratio, quæ deditis postliminium negat, est quod juri hostis contra proprium factum, ac fidem datam eximere se non possint. Ea vero hic cessat, ubi ipse hostis jus suum deserit, vel remittit, vel jure belli id ei aufertur. Deinde, quia deditio bellica non id agitur, ut juribus suis ultra, quam ab hoste cogitur, renunciet, sed potius ut ea in predictos eventus conservet. Tum quia deditus contendit injuria hostili adactum se ad deditiōnem, quod etsi contra hostem allegari nequeat, donec sub ejus ditione est deditus; at ab illo dimissus, & civitatis suæ judicio redditus, contra suos potest. Porro si jura integra servantur capti, qui ultro ab hoste aufugiunt, l. 26. Capt. E⁹ postl. non possunt illa negari dediti, qui ab ipso hoste deserti, vel armis, pactove recepti sunt; hi enim omnium gentium judicio in priorem conditionem reversi sunt, illos hostis negat jure reversos. Et cum facto ipso in pristinum statum redierint, etiam pristini status jura ipsis debentur, deditioque, quæ remissa est, perinde est, ac si facta nunquam esset.

Quid vero obstat quo minus cives nostri integra sua jura habeant, si hostis non obstat. An cum is spoliare eos definit, nos spoliabimus? Et quorum deditiōnem in hoste abominamur, in eos ab hoste liberatos ipsi deditiōnis jura continuabimus, longe crudeliores ipso hoste? quia quod is, cum

per bellum jure posset, in hostem non fecit, id nos, cum jus non sit, per pacem in cives molimur; & quæ civium jura adversus hostes tueri debemus, ea cum per hostem salva sint, ipsi oppugnamus. Quo quidem nihil magis repugnat communi civitatis voto, atque officio, quæ cum civium suorum tutrix, ac parens sit, hoc facto tutor in prædonem abit, parens in hostem, atque ex funestissimo, luctuosissimoque belli casu erupta jura vel capitat, vel invidet. In quem casum cum reipublicæ causa incident, quid iniquius est, quam ut inde facto hostium emersi, in eum facto civium recidant? Atque hæc pia omnino vox est Imp. l. 12. C. de postl. rer. qui civibus ex hoste vi bellica recuperatis postliminium decernunt, quia eos non capti, sed receptos judicare debemus. Quod si ergo iis, quos ipsi jure belli receperimus, jura pristina denegare non possumus, nedum iis, quos sine ullo facto nostro hostis ultro dimisit, quippe in quos minus juris, quam in illos habemus.

Neque de jure Romano dubitari potest, postquam id decisum est in causa Mancini; si enim ei postliminium debetur, qui & ex suo facto, & solenni sponsione, & facto populi per patrem patrum deditus est, multo magis ei, qui suo solius facto. Fuit quidem hæc causa inter Jctos ipsos Romanos valde olim agitata, maxime inter viros gente, & doctrina Romæ præcipios Brutum, & Scævolam, in l. 4. ff. de Capt. E⁹ postl. cum enim C. Hostilius Mancinus a Numantinis in eas angustias cum exercitu redactus esset, ut ignominiosam pacem, auctore Tib. Graccho Viro summo injussu senatus inire cogeretur, Populus Romanus eum dedidit, & nudum, vincitumque ante portas Numantia expoluit: Plut. in Tib. Graccho c. 6. E⁹ seq. ubi nec ab hostibus receptus, & a suis desertus fuit. Romanum itaque cum rediret, quæsumus est, an haberet postliminium? Cicero refert, in hac controversia inter peritissimos homines summan de jure diffensionem fuisse: lib. I. d. Orat. c. 238. quod & ex l. 4. ff. de Capt. E⁹ postl. E⁹ l. ult. ff. de legatis videre est. Quin cum Mancinus in Senatum introiret, Tribunus plebis eum de Senatu jussit educi; quod memoria proditum esse diceret, quem pater patratus dedisset, ei nullum esse postliminium. Cic. d. l. c. 181. vel quæ a Jctis ratio allegatur in d. l. ult. de legatis, quod

quod ipso decreto deditiois civitas amittatur, perinde, ac deportatione. Sed contrarium valuit, & Mancinus augurio in castra reductus præteram quoque gessisse dicitur in d. l. ult. Quod & referunt Plinius de Vir. illuſtr. c. 59. Cic. pro A. Cic. ad fin. Aurel. Vict. de Vir. ill. in Mancin. Eutrop. lib. 4. Hist. Rom. &c. & merito per jam dicta. Nec ratio adversantium in d. l. ult. quicquam valet, qui pessime deditioinem cum deportatione confundunt. Deditio enim hosti poena solvit, cui ex sponsione Numantina satisfactio hæc debet batur, non vero Reipublicæ, seu populo Romano. Hostis itaque si hanc poenam, seu jus suum remittit, exigi ea a Republica, seu P. R. non potuit. Quod fecus est in deportatione, quæ poena Reipublicæ, & ex crimine commisso debetur, & quam proinde nemo nisi ipse populus, vel princeps remittere potest. Ratio vero Cic. ad Trebat. in Top. c. 37. nullius momenti, & ab ipsis JCtis, qui diversum tenebant, in d. l. ult. rejecta est.

Atque ita jure quoque Romano deditis tribuitur postliminium in l. 4. ff. de Capt. & postl. ubi ex subjecto exemplo patet, agi de specie, qua hostis jus suum deseruit in ditione Mancini, non vero ubi pactio non intervenit, ut Grotius statuit, quia sponsio utique pactio est.

Neque vero quin urbibus, ac provinciis deditis postliminium competit, unquam inter gentes dubium fuit. In bellis Punicis quot Hispaniæ, Siciliæ, quin ipsius Italæ urbes variam præliorum fortunam fecutæ, modo huc, modo alteri parti deditæ sunt? Quæ tamen receptæ eodem jure, ac ante fuere.

Eadem in bello tricennali plerarumque urbium sors fuit; quæ modo Suedis deditæ, modo iterum relictæ, vel receptæ, nullo discrimine cum reliquis, neque alio jure, ac olim habitæ sunt, hodieque habentur, nisi in pace secuta aliter transactum fuerit. In bellis inter Anglos, & Gallos, Angli quot urbes in Gallia accepere? At hæ receptæ eodem hodiæ loco sunt, quo olim. Vid. Mass. Amal. 4. in Car. VII. Serran. in hist. Gall. in Carol. VII. ad annum. 1522. Froissard. hist. lib. 1. Ita in superiori bello Gallo-Belgico An. 1672. & seq. tres provinciæ belgicæ hostibus deditæ, iterumque desertæ in pristina jura, ordinemque redierunt. Et quis dubitat, hodie

in palatinatu, finitimisque principatibus, loca hosti dedita, iterumque nuper restituata in jus antiquum revertisse.

Non tantum autem urbes captæ, ac deditæ prædictis casibus postliminio jura sua pristina recipiunt, sed & populus jura pristina in urbes, etiam invitata: non enim hæ in libertatem se afferere possunt, sed cadunt pristino imperio in omnibus casibus, quibus postliminium esse diximus; quia uti populus ipsis jura sua, quæ postliminio recuperarunt, auferre non potest, ita nec ipsæ possunt populo: id enim legis naturalis est, nemini invito suum auferri. Ita Lysimachiam, quam Philippus ex Thracibus vindicatam defersit, Thraçes recepisse, ipse memorat apud Liv. l. 32. c. 34. Et urbes omnes in exemplis relatis indistincte in jus pristinum redactæ sunt.

Cæterum, fecus est in hominibus captis, vel deditis, qui postliminio invitati non rediunt: quia ipsis jure naturali liberum est, domicilium suum, quod jus ipsorum privatum est, eligere, vel deserere; adeo ut ne quidem qui adhuc cives sunt retineri invitati possint, nedum repeti si capti sunt. Quod jus laudat Cicerô, &, O jura præclaræ, ait, ne quis invitatus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitatus. Hæc enim sunt fundamenta firmissima nostra libertatis, sui quemque juris & retainendi, & dimittendi esse dominum. Cic. Orat. 35. pro L. Corn. Balb. c. 13. Et in l. 12. §. 9. de capt. & postl. dicitur. De sua civitate cuique statuendi facultas libera est. Atque ex hac ratione jure quoque civili negatur postliminium capto, cui animus redeundi non est, d. l. 12. §. 9. l. 20. pr. ff. & l. 19. fin. C. eod. At urbes, & provinciæ non possunt se eximere a reliquo corpore, aut illi imperio, cujus pars sunt, se subducere. Vid. disp. nostram de Postlim. Sec. 2. §. 13. usque ad §. 28.

P R O P O S I T I O V I I .
Finitur postliminium, quoties judicium illud partis cessat. Vid. Prop. 3. & 4.

D E M O N S T R A T I O .

Cessat ergo postliminium, quoties indistincte vel omnium judicio injuria res detentæ dicuntur, vel nullius: si omnium, supervacuum est postliminium; si nullius, nullum: ibi omnia jura integra sunt sine postliminio; hic ne quidem per postliminium ulla.

Prio-

PA R O K I S generis exempla sunt in induciis, si iis pendentibus res ab hoste captae fuerint, cum captæ sint contra fidem induciarum; quod omnium judicio injuria est. Idem in iis, qui capti sunt a latronibus, aut piratis, (cui convenit *L.* 19. §. 1. *L.* 24. de Capt. § postl.) aut in bello civili, (quod & probat *L.* 21. §. fin. eod.) aut capti, vel ejecti a tyrannis, uti Sicyonii a Nicocle Tyranno expulsi, & ab Arato restituti, bona sua vindicarunt a possessoribus. *Phat.* in *Arat.* c. 11. Cic. 2. offic. in fin. ubi laudat tamen Aratum, quod possessoribus, qui sine injuria tenebant, satisfecerit. Non enim opus est postliminio, quia omnium judicio constat, nec hostem per inducias, nec unquam latronem, nec cives invicem, nec tyrannum per vim aliquid auferre posse, sed id restitui debere.

PO S T E R I O R I S, itidem in induciis: nam si iis pendentibus res bello captæ ad dominum reversæ fuerint, is non recipit eas postliminio; cum enim expressa induciarum pactio sit ne invicem laceffant, sed in eodem statu res relinquant, nullius iudicio interim injuria illæ tenentur, quia pacti sunt, & proinde contra pauci, fideique data tenorem facit, qui quod alter tenet, quasi injuria teneat, postliminio recipit, eoque alterum lacefuit, & statuta rerum mutat. Et hic quoque suffragatur *d.* *L.* 19. §. 1.

Item in transfugis, & iis, qui perfide ad hostes desciverunt; hi enim ultiro hostes fecuti, non vero ab iis injuria ullius iudicio detenti sunt. Accedit, quod non cives, sed perduelles sint, nec iudicium civitatis suæ, sed poenam mereantur. Hispani principes ad Romanos transitionem excusaturi, scire se, dicebant, *transfuge non men execrabilis veteribus sociis, novis suspicium esse.* *Liv.* 27. c. 17. Idem traditur in *d.* *L.* 19. §. 4. *L.* 14. Ex quib. caus. maj. Jure itaque in Campanos, cum nefarie ad Annibalem defecissent, receptos a Romanis serio animadversum est, ut laudat Livius, & defendit legatus Romanus apud eundem *L.* 31. c. 31. Et non ita pridem cum Messenii urbs Sicilia ab Hispanis ad Gallos transiissent, deserti a Gallo, spe quidem Amnestia initio affecti sunt; at in potestatem Iberorum reverti poenas defectionis sati graves dederunt. Quas & daturi olim fuissent Tusculani, nisi poenitentia, & precibus veniam a Senatu impetrassent. *Plut.* in *Camill.* c. 65.

Ita cessat quoque postliminium in populo, qui totus in hostis res detinentis potestatem per ultimam victoriam, vel deditiōnem pervenit, uti Thebæ in Alexandri M. *Diod.* *Sic.* lib. 17. c. 12. *Plut.* in *Alexand.* M. c. 19. Athenæ in Spartanorum, *Just.* lib. 5. c. 18. *Xenophon* lib. 2. Ελληνικῶν. Carthago in populi Romani, *Flor.* lib. 2. c. 15, &c. Desit enim cum civitate iudicium ejus, & in arbitrium victoris transiit, ut legatus Antiochi dicebat apud *Liv.* lib. 34. c. 57. qui ex hoste jam iudex, & magistratus omnium iudicio factus est, ejusque jam arbitrium victa civitas sequitur, non suum.

Hinc civitas ita penitus victa etiā restituta sit, tamen postliminio ne ea quidem recipit, quæ victor ante victoriam, & adhuc hostis abstulit, nedum quæ post victoriam, jam legitime dominus factus, & princeps. Unde cum Alexander M. Thebis victis, occupatisque, nomen 100. talentorum Theffalis, qui ei debebant, donasset, ut narrat *Quint.* *Inflit.* lib. 5. c. 10. nihil vanius est, quam restitutis postea Thebis postliminium tribuere contra Thessalos; quia Alexander tum, cum donaret, dominus Thebarum jure ultimæ victoria plenissimo factus est: adeoque omnium iudicio & valuit donatio, seu acceptatio a domino, & creditore facta, & debitores Thessali ipso jure liberati sunt. Et ita in Amphictyonum communi Græciæ consiliente iudicatum videtur: *Erod.* *rer. jud.* 2. tit. 3. c. 2. § 3. contra, quam existimat Hottom. *illustr. quest.* 5.

Illiud liquet, cedare postliminium si is, qui habet, id deserit, & urbes libertate utipatur: suum enim jus omittere potest. Unde cum Antiochus Smynam, Lamplacum, Lysimachiam, aliasque nobiles Græciae, Thraciæque urbes, quas proavus ejus Seleucus victo Lysimacho ceperat, postliminio repeteret, eaque causa belli cum Græcis, & Romanis ipsi esset, recte respondet dux Romanus, cum bis causa inter utramque partem colloquio disceptaretur, tanto tempore desertas eas, ac liberas fuisse; *Liv.* lib. 34. c. 57. 58. § 1. *L.* 35. c. 16. idque probavit belli exitus. *Conf. Disp. nostr. de Postlim.* *Sec.* 2. §. 32. seq.

PR O P O S I T I O VIII.
Pace facta non finitur postliminium.

DE M O N S T R A T I O.
Pax est transactio de causa inter summam potesta-

potestates controversa. Pax enim de eodem negotio initur, de quo bellum erat, vel metuebatur: uti in privatorum litibus de eo transfigitur, de quo lis erat, vel litis metus. L. 65. §. 1. de Cond. indeb. L. 2. C. de Transact. Uti ergo bellum est de causa inter summas potestates controversa, ita de eadem & pax fit.

Hinc notamus, per pacem non decidi jus partium, seu causarum justitiam, quia de ea transfigitur saltem per pacem; aliud autem est decisio, aliud transactio. Per hanc enim quod quisque consequitur, non jure causæ suæ, sed ex libera conventione partis adversæ percipit; neque per transactionem deciditur jus causæ, sed in medio relictum remittitur.

Hinc pace simpliciter facta non continetur transactio de damnis, atque injuriis pendente bello factis: pax enim sola, & nulla adventitiarum pactionum accessione tintata, tantum est transactio de causis belli; adeoque damna, injuriasque durante bello factas, nativo suo ambitu non complectitur. Aliud enim sunt injuriae, ac damna, quæ bello sunt, aliud belli causa: illa cœptum bellum sequuntur, hæc ante bellum est, & bello prior; ex illis bellum nascitur, hæc ex bello; illæ ad privatos quoque pertinent, hæc publica est. Transactio igitur de altera causa ad alteram extendi nequit. Finge: controversum fuit inter duos principes jus navigandi, uti hoc seculo inter Christianam Suediæ, & Christianum IV. Danie Reges, navigatio per fretum Oresundicum, & Balticum; hæc causa belli fuit, ut dicitur in pace facta An. 1645. apud Loccen. in bistor. Sued. pag. 867. De hac causa, seu lite, ita per pacem transactum est, ut utraque pars certis legibus navigaret; quæ pax est apud Loccen. d. l. Cum hac transactione nihil commune habet quæstio de damnis, atque injuriis in bello invicem illatis, de quibus proinde nondum videtur transactum. Neque vero ex hoc pacto principum de causa publica interpolito, privati, qui damnum passi sunt, vel obligantur ad res suas remittendas, vel jus acquirunt ad persequendas: quippe quæ & alia causa est, & inter alios; nec quicquam de iis in pace, ut ponimus, dictum est. Denique damna naturaliter ea ferre debet qui non justam causam bellandi habuit: at de justitia, aut probabilitate causæ belli nihil in pace deciditur, sed utrin-

que transfigitur. Non ergo ex pace inferri, aut cognosci potest, utrum reparanda sint belli damna, an remittenda, sed particuli ad id pactione opus est. Et alias non potest pace facta superesse jus postliminii, si ipsa pace transactum jam esset de damnis privatorum; quod tamen durare, patet ex l. 12. pr. Capt. Atque hæc causa est cur populorum istorum, inter quos bellum erat, cives ne quidem pace facta liberum commercium mutuum habuerint, aut tuto commere potuerint, nisi jus hospitii cum ipsis, vel amicitia contracta fuisset: ut infra in explicatione l. 5. §. 2. eod. demonstrabimus. Ut & hæc causa est, cur plerumque in tabulis pacis non tantum de causa belli, & lite ipsa, sed & de damnis, & injuriis pendente bello illatis, & utriusque subditis tam sollicite, & prolix nominatum quoque caveri soleat. Vehementer igitur errant qui ipsa pacis natura contineri amnestiam, seu transactionem de damnis, ac injuriis bello factis, existimant; ut Gudelinus *Comme de jure pacis cap. 3.* qui ait: *In ea re (scil. amnestia) consistit substantia pacis, & absque illa nequit esse pax; atque adeo paci inesse ista lex intelligitur, quamvis nominatum dicta non fuerit.* Cum eo verbis quoque ipsius descriptis consentit Besoldus *Diff. jurid. Pol. de pace c. 3. §. 6;* at non ita secum, nam in *cap. 1. §. 4. d. tract.* bis separat, ac distinguit a pace transactionem de damnis, & iis, quæ bello passi sunt. Quæ argumento sunt, nec pacis, nec amnestia rationem satis perspectam esse. Ita Mevius *JCTus insignis, Amnestiam, ait, esse legem pacis naturalem, & naturaliter paci inesse.* Part. 2. *Decis. 24. n. 1.* Quo errore quoque imbutus Grotius de J. B. & P. lib. 3. c. 20. §. 11. & seqq. quem alii sequuntur, querit: pace simpliciter facta absque mentione damnorum, & injuriarum, an id actum videatur, ut res in eo, quo sunt, maneant loco, an ut ad initium bellū redigantur? Qua re plura peccari videntur: tum quod istam paci inesse ponit: tum quod alterutrum statuendum putat, vel remitti damna, vel restitu; cum aliud iuris esse possit, uti jus postliminii, &c.: tum denique quod quædam de jure postliminii &c. erronee inde deducit, ut ex dicendis perspicuum erit. Eo minus vero dissimulandus est hic error, quo & gravior est, & omnibus juribus confundendis opportunior.

Hæc omnia postliminii jura perinde du-

R riant,

tant nec extinguuntur pace simpliciter facta , cum in ea nihil de privatorum damnis dictum , aut transactum sit. Unde eti res non vi recuperata , sed nostris , vel foederatorum nostrorum civibus donata , aut vendita in bello , vel pace fuerit , donatarius , vel emitor tenebitur eam restituere pristino domino , perinde , ac si res aliena ipsis vendita , vel donata esset ; quia nostro judicio , & intra fines nostros , hostis pro justo domino non habetur.

Quod idem jure Romano quoque obtinuisse , evidens est. Nam in *l. 5. §. 2. de capt. & postl.* (qui textus extricatus nondum est) exerte traditur , etiam in pace quod ex nostro ad aliam gentem pervenit , eius fieri , & civem nostrum ab iis captum servum fieri , & vice versa : eoque postliminium utrumque esse , nisi hospitium , vel amicitia contraria sit. Grotius vero , de jure B *lib. 3. c. 9. §. 18. & l. 2. c. 15. §. 5.* aliisque , eo delabuntur , ut putent , inter Romanos , & alias gentes in pace jus praedandi fuisse ; eumque abusum in *d. l. 5.* remansisse ex seculo Nomadum. At de hoc execrabilis praedandi more loqui JCtum in *d. l. 5.* atque hanc impietatem pro jure venditasse , falsissimum est. Reclamat equidem totius antiquitatis memoria , ac fides ; reclamat peregrinationes Ulyssis , Antenoris , Aeneæ . Pythagoræ , &c. qui in remotissimas terras delati ubique (nisi forte apud fictitium Polyphemum) tuti , & nullibi servi facti sunt , sed jus gentium valuit. Quin repugnat id primis Romanorum principiis , qui natura omnibus liberum esse , dicunt , ad littora , & ripas appellere. Et cum Trojani non statim a Pœnis admitterentur , exclamant illi apud Virgilium *l. 1. Aen.*

*Quod genus hoc hominum , quæve hunc tam barbaræ morem
Permittit patri? hospitio prohibemur arenæ.*

Adeo vero hic mos displicuit Romanis , ut , cum Teuta Illyriorum regina suos mari prædas agere pateretur , & Romanis graviter de eo conquestis responderet : *Regum morem non esse id prohibere* , legatus Romanus ei reposuerit : Περιφασθετα δε Θεοι ευλογένεις , ἐφετῶς καὶ ταχέως αιναγκάσσαι σε τα βασιλικά νόμιμα διο θέσσαδαι πρὸς ἡλυπίας . At nos tentabimus , Deo volente , diligenter , & celeriter necessitatem tibi corrigendi regios hos mores in Illyrios imponere. Atque hoc καλλιγόνος ἔθος optimum Romano-

rum morem esse , afferit Polybius *Histor. lib. 2. c. 8.* Tantum abest ut Romani in suis id pro jure habuerint , ut in aliis quoque severissime compescuerint : nam id re præstiterunt Romani , cum Teuta regno suo prope a Romanis pulsa , non modo non lædendi alias gentes , sed ne navibus quidem libere eas adeundi potestatem retinuerit. *Polyb. 16. c. 12.* Quin semper piratas a Romanis capite plecti solere , testatur Cicero *5. Verrin.* ubi in Verrem ita insurgit. *Et quem audisti in Sicilia antea captum Archipiratam , qui non securi percussus sit ? Unum cedo auctorem tui facti , unius profer exemplum Sed & lib. 3. Of.* Prædonem hostem communem omnium vocat. Ut proinde pernegeamus , tantam immanitatem contra jus gentium , & naturæ unquam admisisse Romanos , nedum Christianos Imperatores probasse , ac inter leges suas , quales etiam sunt Digestorum leges , *l. 1. §. 6. l. 2. §. 11. C. d. veteri jur. Scytiuum* talēm retulisse. Certum itaque est , JCtum loqui de gente , cum qua bellum fuit , & postea facta pax est ; atque hinc primum agi de postliminio , quod durante bello obtinet , *d. l. 5. §. 1.* tum de eo , quod secuta pace , *d. l. 5. §. 2.* Et sic pace simpliciter facta adhuc postliminium esse , recte docet , nisi pactio accedit amicitiae , vel hospitii , *d. §. 2.* quæ est ipsa pactio amnestiæ. Accurate igitur Jurisconsulto convenit cum jure gentium.

In dicta *l. 12. in pr.* idem pariter evidentissime constat , qualitercumque explicetur. Primum enim omnes DD. iis , qui in pace pervererunt ad hostes , fatentur , competere postliminium in bello , ac pace ; at bello captis , quidam putant , in pace id non concedi in *d. l. 12. pr.* Quod ut verum ponamus , equidem expresse ibi additur , id fuisse jus civile , & placitum Romanorum , ne milites in prælio fiducia postliminii facile capi se paterentur. Quæ ratio mere civilis , & pecunialis est , non juris gentium ; quo proinde postliminium indistincte quoque in pace obtinet. Nam & notum est , Romanis adeo contemtos fuisse bello captos , ut in summa necessitate quoque maluerint servos manumittere , quam in prælio Cannensi captos vili pretio redimere : quod M. Junius in Senatu allegat , & nemo nostrum , inquit , ignorat , nulli羌 quan civitati viliores fuisse captivos , quam noſtre . *Liv. 22. c. 59.*

Denique postliminio in pace quoque locum

cum esse , diserte itidem tradidit I^Elius Gal-
lus , quippe qui id tum tribuit , *cum qui liber
e qua civitate in aliam civitatem abierat ,
in eandem civitatem redit.* Et deinde : *cum
populis liberis , & cum foederatis , & cum
Regibus , postliminium nobis est , ita ut cum
hostibus.* Quæ loca ex Fefo allegat Grotius
de J. B. l. 3. c. 9. §. 3. & 18. Nec mo-
vet , quæ acerrime adversari putatur , l. 7.
*in pr. capt. & postl. ubi negatur , cum li-
beris , & foederatis postliminium esse : nam
loquitur de foedere , quo amicitia pactis
comprehensa fuit , ut patet ex d. l. 7. §. 1.*
Conf. Dijp. noſtr. de Postlim. Sect. 1. §. 6.
*usque ad §. 9. & Sect. 2. §. 28. usque ad
§. 32.*

Additio.

„Quo sensu in PACE postliminio locus
esse possit , explicabimus infra §. 4.

PROPOSITIO IX.

Sed & præterea alia jura nobis salva sunt.

DEMONSTRATIO.

Vidimus ut res , personæ , urbes , & ter-
ræ nostræ sub hostium potestate redactæ ,
inde vero intra fines nostros reverfa , in
pace quoque postliminium servent. Eadem
vero ratione , eti hæc ipsa , quæ nostra
fuere , intra dictiorem nostram non redie-
rint , tamen possumus damna , ac injurias ,
quæ hostis pendente bello intulit , pace quo-
que , (si simpliciter facta , nec amnestia ,
aliave pactio adjecta sit) vindicare sequen-
tibus modis.

I. Si nostræ saltem civitatis judicio in-
juria nobis ablata dicuntur , eti jure belli
actum fuerit. Ea enim persequi possumus ,
si hostium milites , vel homines , qui ea
intulere , intra fines nostros deprehendan-
tur. Ab iis enim omnia hæc injuria no-
bis esse illata , contendimus. Quod judi-
cium valet intra fines imperii nostri , ubi
qui fecit , nunc invenitur , eique adeo sub-
iectus est. Propos. IV. De his vero non
transactum per pacem simpliciter factam ,
quæ de causa publica , non damnis , ac in-
juriis privatorum inita est. Propos. VIII.
Sequitur igitur , quod contra auctores , qui
deprehenduntur in nostri imperii finibus ,
persequi ea adhuc possumus , si in pace a-
mnestia lex adjecta non fuerit. Ita Coriola-
nus , eti pax cum Volscis facta erat , ve-
retur tamen eos adire conscientia damno-
rum , quæ bello ipsis dederat ; atque ideo

cum ad eos confugiendum tamen esset ,
prolixè imprimit petit sibi ignosci. Dion. Ha-
lic. l. 8. c. 1. & c. 6. Pace cum Poenis
ex secundo bello Punico facta duravit per-
secutio Annibalim , uti refert Livius l. 30.
c. 37. Idemque lib. 33. c. 47. ait : Non fe-
sellisse Annibalem , ita pacem Cartaginensi-
bus datam esse , ut inexpiable bellum ad-
versus se unum esset. Thesimocles , qui Xer-
xem maximis damnis , & cladibus affec-
rat , cum patria pulsus , & nullibi tutus
in Persiam iret , eti Xerxes jam mortuus ,
nec tum bellum esset , Lysitheides tamen
Regis amicus , apud quem latebat , prædi-
xit ei periculum capitis si regem adiret ,
quod res Persis funestas gessisset : nec nisi
hujus hospitis sui gratia adjutus , & literis
ad regem datis , operaque sua copiose Regi
promissa , aditum paravit , & adhuc tamen
ab iis , quorum cognati occisi erant , in di-
scrimen capitinis adductus fuit. Diod. Sic.
lib. 11. c. 56. & 57. Thucyd. lib. 1. Hist.
circa fin. Corn. Nep. in Themist. Sopater ,
& manus Macedonia e subditis Regis Phi-
llippi , mercede militaverant Annibali in A-
frica , & inde missi domum tendebant pa-
ce a Scipione hostibus jam data ; illi ta-
men capti , & in vincula ducti sunt. Liv.
30. c. 40.

Sylla pace cum Mithridate facta (Eu-
trop. l. 5. in bistoria Sylla. Plut. in Sylla c.
48.) in quosdam tamen , qui ejus partium
fuerant , animadvertisit. Vellej. Pat. lib. 2.
Hist. in gestis Sylla. Cæsar victo Pompe-
jo pacem cum Senatu fecerat , & tamen ex
iis , qui Senatum fecuti erant , Marcellum ,
Ligarium , Dejotarum , &c. adhuc persecutus
est , ut ex Orat. Cic. patet , qui non
ita eos defendit , ut negaret , pace facta in
eos aliquid statui posse , sed petendo , ut
errore , & opinione causæ deceptis igno-
sceret. Ludovicus XI. pace cum Anglo ,
Burgundoque jam composita , in Connestabiliū
animadvertisit. Comin. lib. 6. prope
fin.

Atque hoc jus , & morem gentium esse ,
traditur quoque in d. l. 5. §. 2. ff. de Capt.
& postl. ubi non tantum dicitur , pace quo-
que facta durare postliminium ; sed & si ex
altero populo aliquis ad alterum , cum quo
bellum fuit , pervenit , pace quoque secuta
eum capi posse , ac (quæ tum captorum
conditio erat) servum fieri , non alio jure ,
quam ob damna , & injurias singulorum ,
cum de causa publica transactum pace fuerit.

Estque hoc id ipsum jus, quod hodieque Christianismo non imbuti exercent cum inter se, tum in primis contra Christianos, quia paci cum his factae non solent amicitiae, vel amnestie clausulae addi. Atque hinc Mahomedani e Christianis in media pace tales sibi captivos colligunt, quin & ipsi alicubi Christiani e Mauris.

Inter Christianos igitur etsi servitus bello captorum, non tamen hoc quoque Jus Gentium desuetum est. Unde si incendiarii illi, aliique facinorum, crudelitatumque ministri, pace simpliciter juncta apud nos deprehendantur, omnino capi, & in eos animadverteri potest. Ita creditum est, cum Moguntia, ac Bonna dederentur, hos generali pacto non continei; eapropter enim nominatum singulorum quoque mentionem fieri, eorumque securitatem expresso pacto specialiter promitti curarunt, ne singuli quoque, qui damni, vel injurie aliquid fecissent, eo nomine convenienterentur. Sic cum Callimachus praefectus Mithridatis urbem Amisum captam incendisset, ipseque postea cum Gura Tygrinis fratre captus a Lucullo eset, Lucullus Gura quidem humaniter usus est, at incendiarium catenis vincitum ad poenam reservavit. *Plutarch. in Lucull. c. 67.* Quod si ergo ne deditiois quidem pacto generali continentur, quod tamen cum singulis fit, nedum pace generali, quæ tantum de publica causa fit. Cur autem promiscue olim capti fuerint, sive ipsi damnum dederint, sive non, causa est, quod vires hostium in nostram necem, periculumque auxerint, operamque ad id suam commodaverint.

Perinde autem esse, an ad nos pervenerint, an vero ad socios, amicosque, qui eandem nobiscum causam, judiciumque tuentur, dictum est *Prop. II.* Item an personæ, an earum res apud nos inveniantur; cum ex his quoque satisfieri nobis possit.

Sed nec refert, an militent adhuc hosti, an ante, vel post pacem missi; item an mercede conducti sint, an cives: ut ex adductis exemplis Coriolani, Themistoclis, Sopatri &c. patet.

At dum in hostis, vel aliarum pacatarum gentium finibus sunt, nullo modo haec damna, injuriasque persequi possumus: nam hostis negat, injuria ea nobis illata esse; quod judicium apud ipsum valet, *Prop. II.* & cæteræ gentes pacatae bello utrinque factum pro jure habent. *Prop. III. & V.*

Non fuit itaque fas Lucullo, a Tigrane pacato flagitare ut Mithridatem traderet. *Plut. in Lucull. c. 44.* Et Hannibal, cum Romani eum a Prusia Bythiniae Rege, ad quem pacatum confugerat, poscerent, isque tradere vellet, ait, per scelus id a Romanis peti, & a Prusia fieri, atque illos in eo a majorum virtute degenerasse; nec denique quod Romani se persequantur, sed hunc modum execratur. *Liv. 39. c. 51.* Nihil enim in alieno territorio post pacem vi, & armis, sed solo jure experiri possumus per loci magistratum; cuius vero iudicio nihil injuria factum statuitur.

II. Multo magis igitur persequi injurias, & damna in pace possumus, quæ omnium iudicio æque injusta censentur: uti si vasallus noster hosti militaverit; ea enim non nostra tantum, sed communis omnium gentium sententia feloniam est, cum verum perjurium, perfidiamque commiserit. *Prop. III.* Eum igitur non modo feudo dominus privare potest, si id in sua potestate sit, sed & ab ipso hoste jus petenti tribuendum est: uti Romani jus ex sponsionibus hosti quæ religiose administrarunt; non minus autem vasallus ex sua fidelitate, quam sponsor ex sponsione omni jure obligatur. Atque ita serenissimus princeps Elector Palatinus bello, quod *Wildfangiale* dicebatur, per laudum Heilbrunnense finito, & fere secundum se deciso, in Vasallos tamē comites, & nobiles, qui illud fecuti fuerant, jus suum persecutus est. Et Carolus Burgundus Ludovico XI. Conestabilium, hujus beneficiarium, ipsi dedidit. *Comin. Hist. lib. 6. circa fin.*

Idemque est, si crimina contra jus gentium commiserint, quæ omnium iudicio vindicanda sunt. Nam & Samnites, gens ferocissima, Brutulum Papium propter perfidiam, ac perjurium, cuius ipse auctor fuerat, cum omnibus rebus ipsius hosti dederunt. *Liv. 8. c. 39.* Et cum Galli deditio nem Fabii postularent, quod jus gentium violasset, Romanis visum fuit, barbaros jus postulare, ut ait *Livius I. 5. c. 37.* Sed cum eorum, qui noblebant principem juventutis Romanæ dedi, suffragiis victi negarent id jus hostibus, quam prelio pede secuta est manifesta numinis vindicta? Incontinenti enim ab iisdem hostibus Roma capta, & incensa, Senatusque prope omnis trucidatus est. *Diod. Sic. lib. 14. in fin. Plut. in Camill. c. 27. seq.* Eamque cladem omnes huic causæ

causæ assignant, & in primis ipse Camillus gravi oratione apud Livium lib. 5. c. 51.

Perinde vero hæc omnia obtinent, ubi non res, aut loca, sed aliud jus nobis ab hoste ablatum est: uti III. nomina; qua vero in re magna varietas est. Et scilicet vel debitor est in hostium potestate, vel creditor. Si debitores nostri sunt in hostium nostrorum potestate, uti si cives hostium sunt, & ab hoste cogantur id, quod debent, vel fisco ejus, alii solvere, debitores hi in territorio hostili, vel gentium medianarum, conveniri amplius non possunt, quia ibi recte eos solvisse statuitur. Prop. 3. s. in nostro, vel amicorum nostrorum, possunt, iterumque solvere tenentur, quia apud eos non creditor, & sic non recte solvisse judicantur. Prop. 2. 4. Quod & juris est si hostis debitori tali id nomen remiserit.

Idem est si debitores nostri sint ab hostibus capti, vel fuerint in locis ab hoste occupatis. Etsi enim loca ita non recipimus, tamen debitores in nostro, vel amicorum territorio postea inventi, non obstante solutione, vel transactio[n]e facta, iterum solvere coguntur. Si autem recipimus loca, insuper etiam jus postliminii nobis competit. Prop. 4 — 8. cuius vi nomen recipimus non attenta priore solutione, quæ non jure facta dicitur. Si vero debitori illi hostis remittit debitum, cum è nostris civibus sit, nunquam remissio valet, quia ille nostrum, non hostium judicium sequitur. Prop. 2.

Cum igitur Carolus VIII. Gallus Neapolim, pulso Alfonso, ejusque filio Ferdinandō, cepisset, eosque, qui Alfonso a liquid debebant, id suis officialibus Gallis solvere compulisset, certum, ac planum est, filium ejus Ferdinandum ejectis iterum Gallis, & recuperato inter quatuor menses regno (Vid. P. Jov. lib. 3. Hist. & Gratian. de Casib. Viror. illustr. tit. 2. de Arragon. Reg. Neap.) jura omnia, atque adeo nomina quoque sua postliminio recepisse. In qua tamen causa Matheus de Afflictis, qui in ea se consultum ait Decis. Neap. 150. tam misere laborat, & hæret, & quæ de debitorum mora, (cujus tamen effectus cefsat in quantitate debita, quæ semper etiam ante moram debitori perit, l. 11. 6. s. cert. pet. estque hoc jus poenale, adeoque civile.) item quæ de privatorum inimicitia, quæ causam dedit damno, (quod omni jure

injustum est) in legibus civilibus invenit, ad Regum controversias, hostilitatesque publicas applicat, cum tamen Reges quidem ius belli, at non privati jus inimicitæ exercendæ habeant, & illi, non hi, invicem vi agere, & laedere possint. Postliminii autem hujus juris, quod solum allegari debuit, ne meminit quidem. Adeo constat, tales Dd. ne quidem jus certum, & legibus definitum, (vid. l. 12. §. 6. de capt. & post.) negotiis solide applicare posse, nedum decidere negotia, quæ jure civili definita non sunt.

Si vero debitor vel pacatae genti debeat, vel ipse sit e gente pacata, et si nobis debeat, non potest hostis noster eum cogere ut vel sibi, vel aliis solvat, quia hostis in pacatas gentes, earumque jura, ac subditos, vi agere non potest, & proinde cum omnium iudicio injuria agat, eam reparare teatur. Prop. 3. Atque ita cum superioribus bellicis hostis res eorum, qui hostes non erant, apud civitatem occupatam depositas abstulerit, facultas juridica Heidelbergensis ante aliquot annos at solvit depositarios, & eos, qui abstulerunt, satisfacere teneri respondit.

Hæc ita si debitor sit in potestate hostium. Si vero creditor, sive is civis sit loci ab hoste occupati, (nam si civis hostium sit, huc non pertinet, quia is non in hostis, sed sui principis potestate est) sive alias in hostium manus pervenerit, & hostis nomen vel fisco suo adjudicet, vel aliis donet, jus agendi quidem amittit si debitor sit in hostili vel pacato solo, in quo jure belli id recte creditori ademum statuitur, Prop. 5. At si debitor sit in nostro, vel amico territorio, non amittit creditor jus agendi, et si debitor forte alteri jam solverit, quia negatur, id jure factum. Prop. 4. Prætereaque recepto ex hoste loco isto, ubi creditor est, vel ipso creditore, jure postliminii quoque hic nomen suum recipit; modo debitor in nostro, vel amico territorio sit, ut dictum Prop. 4.

Si vero hostis jure ultimæ victoriae imperium perpetuum in nos nactus est, nomina civium devictorum ipse iis auferre, & donare aliis non potest, et si ante victoriæ potuerit: quia ante victoriæ spoliare ut hostis potuit, post eam judex, & magistratus factus, non potest, ut ostendit Disp. de jure victoriae. Tale nomen fuit, quod J. Cæsar victo Pompejo Dyrrachinis donavit; id enim illi Flavio debebant, cui proinde Cæsar

id adimere non magis, quam singulis civibus res suas auferre potuit: *causæque hujus arbiter Cicero fuit.* *Hærod. rer. jud.* 2. tit. 3. c. 3.

At publica nomina victor, ut omnia jura civitatis publica, sibi acquirit, quæ proinde aliis donare potest. Et hinc cum tale nomen Thebanorum fuerit, quod Thessali iis debebant, recte ab Alexandro M. victore, ac domino Thebanorum, id donatum diximus *Prop. 7.*

Quæ autem communi gentium jure rite acta, gestaque sunt, valent tum in bello, tum in pace; nec vindicari in bello quidem, nedum secuta pace, possunt; uti contractus rite, ac sponte initi inter hostes, ex quibus igitur hostes ipsi tenentur jus statuere; quemadmodum eos validos, ac legitimos haberi jubet quoque pax Osnabr. art. 4. §. pen. & pax Hispano-Belgica d. Anno 1648. §. 32. Qua ratione indubie actio competit ei, qui ad solvendas contributiones credidit, ut non opus sit allegare decisionem *Mevii p. 2. decif. 23.*

IV. Hinc patet, quid statuendum de actu, seu negotio, ex quo invicem omnium iudicio obligantur, sed alter ex re licita, alter ex injury; ut si hostis aliquem vi privata compulit ad vendendum, permutandum, edendum instrumenta, aut quomodo libet paciscendum: nam promissor pace secuta tenetur ex pacto, sed vicissim hostis ei ex injury; & proinde effectu nulla erit actio hostis, qui vim fecit, cum tantundem saltem debeat. Qua ratione omnes hujusmodi extortiones invalidæ, & vitiosæ judicantur in pace Osnabr. Art. 4. §. *contraclaus* 46. in pace Sueco-Polonica de Anno 1660. art. 10. art. 11. & art. 28. apud Loccenium *Hist. Suec. ad fin. pag. 910.* Quod si uterque jure civili utatur, promissor restituiri potest ex edicto *Prætoris*, *Quod metus causa.*

Si autem vis non sit omnium iudicio illicita, uti si hostis publica auctoritate, & cum jure belli posset, aliquos adegit ut promitterent, hi tenentur ex pacto, non autem vicissim hostis de injury, nisi in nostra, vel amicorum civitate negotium agatur, quia in ea negatur hostem habere justam causam. *Prop. 2.* Quale est si quid contributionum nomine promissum est; id igitur hostis exigere potest, etiam in pace, dum promissores in ipsis sint potestate: si vero ad suos jam reverbi fuerint, non tenentur, quia apud eos hostis vicissim dicitur te-

neri de injuryia ad damnum hoc reparandum. Solent tamen hodie reservari contributiones pacto expresso, aut certum tempus addi, ut in pace Noviomagensi Cæsareo-Gallica art. 30. & in pace Gallo-Hispanica de anno 1678. art. 17. & Gallo-Belgica ejusdem anni art. 12. Quo facto ubique debentur, non tamen vi, armisque exigi possunt; quod & expresse cautum in d. pace Noviom. art. 30. & tamen Galli Anno 1679. non modo bellicis executionibus usi sunt in cives Imperii, sed & Landavio, & Brisaco citationes, & apparitores cum minis, &c. emisere; quam in alieno territorio viam facti esse constat. Gandavi vero novas etiam imposuere pace facta, sed antequam tamen urbs evacaretur.

Non eadem est ratio in eo, quod captivus pro libertate sua pretium promittit; id enim omni jure justum, ac licitum est, & semper, hoste quoque judice, exigi potest. Nec moveri a promittente quoque potest, quod hostis vi coegerit ut promitteret: nam & tum promisit, cum esset sub hostium jure, & iudicio; nec vis est, cum captivus cupidine libertatis, non expectata pace, pretium pro libertate sua offert: adeo ut licet pace comprehensum sit postea ut captivi sine pretio dimittantur, tamen si ante pacem jam promissum sit, omnino debeatur. Quod & statutum in pace Sueco-Polonica Gedanensi 1660. art. 14. art. 23. 27. apud Loccenium *Hist. Suec. pag. 910.* Hoc inter gentes adeo hodie valet, ut publicis pactis pretia hæc definiri soleant; ceu factum inter Gallos, & Hispanos, apud Marianam d. *Reb. Hisp. lib. 27. c. 18. in fin.*

Hinc & sequitur, si hostis in occupatis locis sententias dixerit, & judicata fecerit, quoque valeant. Si enim adversus nostros homines sententiæ latæ fuerint, conveniri inde reus in territorio hostili, aut tertio, omnino potest, *Prop. 5;* at in nostro, conœderatoque, non potest. *Prop. 4.*

Si vero sententia secundum nostros contra civem hostium lata sit, in omni loco valet, quia condemnatus ubique sequitur judicium suæ civitatis, quæ sententiam eam probat. *Prop. 3.*

Transactions vi extortæ valent, ut alia pacti; nec debitor si coactus ex transactione solverit, injuryæ ratione, nisi apud suos si hostis ibi inveniatur, agere potest; nec creditor aliter, si coactionem remiserit. Idem enim est, quod in *Thef. 14.* At si ex transactione ista invicem aliquid adhuc debeant,

is, qui coactus est, conveniri quidem effectu non potest, estque eadem species, quæ in thes. 18; is vero, qui coegerit, plane tenetur, quia & pactum valet, Sect. I. thes. 10. nec is ullam injuriam passus dicitur, sed fecisse.

Dispositiones denique et si in odium causarum belli factæ, valent tamen si alias viatiose non sunt, adeo ut ex hac reditores quoque valeant si alio vitio non laborent: uti & sententiae in hostili territorio contra nos latæ vim judicati obtinebunt, si aliud non obstat.

Ex quibus omnibus sequitur, si quis e nostris ad eum populum, cum quo pax absque amnestia contracta est, transeat animo cives nostros, vel res eorum prodendi, & deprehensus in eorum finibus capiatur, eum pro transfuga, & perduelle habendum; quia tot jura hostilia in pace supersunt, omisso amnestia: uti id quoque, & recte definitur in l. 19. §. 18. de capt. & postl. Conf. Disp. nostr. de Postlim. Sect. 3. per tot.

PROPOSITIO X.

Unica exceptio est, nisi Amnestia clausula adjecta sit.

DEMONSTRATIO.

Materia *amnestia* hactenus satis extricata non fuit: speciatim eam tractavimus in disputatione de postliminio in pace. Et *amnestia*, &c. quam hoc transcribere liceat: continentur autem sectione IV. V. VI, & VII.

A M N E S T I A est eorum, quæ durante discordia hostiliter ultra, citroque facta sunt, publice sancta oblivio, qua id agitur, ut hec salutaris quasi herba, quicquid e dissidiis publicis reliquum est ulceris, ei meleatur, omniumque inde injuriarum, acerbitudinumque non sensum modo, sed & memoriam debeat, atque oblitteret.

Mirum vero videri potest, *amnestia* clausulam bodie bellis componendis applicari, quæ tamen non ad bella, sed ad dissensiones civiles pertinet. Civium enim dissidia pace proprie non conciliantur, cum pax sit transactio de bello. Prop. 8. belium vero non nisi inter hostes, l. 234. pr. d. V. S. hostes autem esse populos utrinque liberos, non attenti ejusdem civitatis cives, constet ex l. 118. eod. l. 24. de capt. & postl. Hinc summo reip. malo gliscunt discordia civiles, ubi certum non est earum abolendarum, & iungenda amicitiae remedium. Ita enim, com-

paratum est inter homines, ut inter iras nullum sit nisi vindictæ studium, nisi certa constet dissidiis honeste componendi ratio, & certum quasi remedii nomen sit.

Celebrari itaque inter gentes capit amnestia remedium, ac nomen, postquam in longe clarissima totius Graecia civitate Athenarum, ejusdem 30. tyrannis, horrendum illud civium dissidium per populiscitum, quod amuncias φίσιμα dicebatur, compositum, iterumque in principe terrarum urbe Roma occiso Cesare repetitum solenniter fuit; de quo Vellej. Patrc. lib. 2. in Hist. bell. civ. Corn. Nepo in Thrasib. Plut. in C. Cæsare c. 97. Cic. in Philipp. 1. in pr. Justinus lib. 5. c. 11. Valer. 4. c. 1. §. 4. in externis. Quanquam dudum Romani eodem remedio usi fuerint, cum ejusdem Tarquinis amnestiam decernerent iis, qui cum Tyranno affugerant, modo intra viginti dies redirent. Dion. Halic. 1. §. c. 13. Inde commune id remedium gentium factum est, eoque usus Domitianus Patrum in Senatu odia per tot factiones trium Imperatorum concitata, conciliavit. Tacit. L. 4. hist. c. 44. Postea Aurelianum eo motum populi Romani sedavit. Vopisc. in Aurel. c. 39 Talis amnestia sanctio est pax Constantie, Friderici, & Henrici VI. vid. Confl. de pace Constant. Eandem cum Ferdinandus I. inter Status Imperii pace religiosa constitueret, laudat id factum summopere filius eius Maximilianus II, & apud Henricum III. Gallie, & Polonia Regem gloriat, armis antea irritatum Imperium, at amnestia sancta, ex eo summam in Imperio tranquillitatem fuisse; eandemque commendat Galliarum regi: quod referens merito praedicat Thuanus Hist. ad ann. 1574. l. 58. post. princ. Tali amnestia decreto pacata est Anglia temporibus Elisabetæ, Cambden. in Hist. Eliz. part. 3. ad ann. 1585; & jam antea factiones abae, & rubrae roseæ. Eadem coaluit iterum Gallia e Condærum dissidio, Priol. Hist. Gall. lib. 5. p. 271. & Belgium occisis Wittis. Annal. ad ann. 72. &c.

Ita ergo *amnestia* quidem inventa est abolendis dissidiis civilibus, non bellis. At bodie inter Christianos publice, & pie admodum receptum, resolutumque est, ut ea paci quoque adjungatur; cuius tum duo distincta sunt pacia, seu capita, probe semper discernenda. Per pacem enim de bello, ejusque causa; per amnestiam de injuriis, damnisque, quæ singuli invicem intulerunt, transfigitur.

gitur. Illa gravamina publica utriusque partis, quae bello gerendo causam dederunt, decidit; bac ipsius belli, dum gestum est, dannata, ac injurias: illa negotium, de quo bellum fuit, determinat; bac qua in belli processu acta sunt. Prop. 8.

Hac accurate distinguntur in pace Westphalica, & alterum caput gravaminum dicatur, alterum amnestia: uti in tabulis pacis Osnabr. art. 16. §. restitutione ex capite Amnestiae, & gravaminum facta 105. In executione pacis, Friedens-execution Hauptrecess, tota executio pacis resertur passim ad duo capita, gravaminum, & amnestia, & ad eos, qui ex capite amnestiae, vel gravaminum restituendi sunt: uti in §§. 2. 3. 23. 26. 27. & 30. & in arctiori exsequendi editio, an die Creys-aufschreibende Fursten, planius, & luculentius adhuc separantur.

Atque hoc primum fuit, quod Sueci anno 1645. in suis propositionibus pacis urgebant, Prop. 3. ut Caesar ante omnia in toto Imperio, & inter omnes ejus cives, subjectos, ac socios, universalem, ac illimitatam amnestiam decerneret. Atque ab hoc articulo capere dicto anno tractatus Osnabrigi, & Monasterii, eoque expedito denuo actum est de causa belli, ac negotio pacis. Cum enim Clerus implacabili odio arderet in eos, qui abusibus ecclesiasticis (de quibus per plura retro secula jam maxima universorum querele orta, ac cum primis gravamina nationis Germanicae in comitiis proposta erant,) temperatum, atque occursum volebant, & ad internecionem pugnari cuperet, longe sanctius, cordatus, & prudentius Politici utriusque partis senserunt, frustra de pace agitari, nisi constituta prius amnistia absoluta; nec de publica causa transfigi posse, nisi conciliatis primum partium odiis.

Ex dictis autem sequitur, non idem esse initium belli, & amnestia, sed bac contineri quoque injurias, & similitates, quae ante bellum ex eadem causa extiterunt. Amnestia enim (per ea, quae de ejus origine, ac natura diximus) non est pacio de bello, sed de dissidiis, & injuriis singulorum, quae jam ante bellum publice indicium plerumque ceperunt; adeoque illorum, non belli initium respiciunt. Idque optime observatum fuit in utraque pace Osnabr. art. 2. & Monast. §. 2. cautumque, ut omnes, & singula hinc inde tam ante bellum, quam in bello illatae injuriae, violentiae, hostilitates, damna, expensae, penitus abolita sint &c.

Quod ipsum quoque cautum est in pace Sueco-Danica de anno 1660. art. 1. verb. Quicquid tam antea, quam durante belli tempore enasci potuit: apud Loccen. Hist. ad fin. p. 938. Unde & in definitione amnestiae belli mentionem non fecimus. At si ex alia causa, quam ex qua bellum secutum est, processit injuria, vel debitum, id buc non pertinet, quia ex alia causa est, quam de qua per amnestiam transactum est: veluti si quis ante bellum privato odio spoliaverit.

Constat autem facile, aliam esse amnestiam generalem, qua ad omnes personas, & causas pertinet, ut in pace Westphalica, Noviomageni, &c. aliam specialem, qua ratione certarum personarum, vel rerum statuitur: qualis decreta est in pace Verriniana Sabaudo, §. 27. in Pirenae Lotbaringo, & Condaeo, §. 62. & 83. in Noviomagense-Furstenbergiis, art. 23. &c. Sed & a generali amnestia plurimi aliquando excluduntur: uti in pace Pragensi, Brachel. Hist. lib. 5. ad ann. 1635. in Anglo-Belgica, de anno 1654. art. 27. ubi reservatur vindicta in autores cedis Anglorum in Amboyna. Alia quoque amnestia est, qua paci adjicitur, alia, qua extra pacem per se constituitur: de quo tb. 5.

Amnestiam tantum constitui potest Princeps, vel liber populus, qui jus belli, ac pacis, legumque serendarum habet; ex ea enim obligantur utrinque subditi ad remittendas injurias suas, dannaque sibi data: ad id autem obligari non possunt nisi a summa protestate. Magistratus enim inferior secundum iura tantum judicare, non autem jus quae- situm auferre potest.

Veterum quidem moribus receptum non erat, clausulam amnistia, ut nunc ejus forma est, paci adjicere. Sed passionem tamen de mutua amicitia utriusque gentis, vel de mutuo iure hospitii adjicere soliti sunt, que eisdem habuit effectus, et si amnistia clausula plenior sit: uti in formula pacis inter Romanos, & Antiochum, bac clausula inserta est apud Polybium Exc. legat. c. 35. φίλια ὑπάρχειν Ἀντιόχων καὶ Ρωμαῖοις ἵσται ἀλλατὰ τὸ χρώμα: amicitiam fore perpetuam inter Antiochum, & Romanos. Idem evidens est ex l. 5. §. 2. de capt. & postl. ex qua constat, aliquando contrahibi cum gente alia pacem sine pacto amicitia, vel hospitii, aliquando cum tali pacto; quod bodie est ipsa nostra pactio amnistia, ut ex effectu patet: de quo in seqq. item ex l. 19. §. 8. eod. ubi itidem de populo agitur, cum quo pax est

est sine amicitia pacto; pax enim pertinet ad easam, amicitia ad persones; per illam controversia soperatur, per hanc odia: atque adeo id olim fuit, quod bodes amnestia.

Ut autem effectus, & iura amnestie in omnibus, quos bidentur exposuimus, casibus pateant, sciendum porro est, non semper amnestiam ea lege adjici, ut omnia in priorem statum restituantur, aut ut omnia in eodem statu maneat; sed variant eius pacta, & leges. In pace Osnabrug. & Monast. ea lex amnestia sere est, ut res restituantur in statum, in quo ante bellum fuerunt, art. 2. Contra in Anglo-Belgica de anno 1654. art. 3. apud Brach. Hist. in fin. In Anglo-Danica-Bredana de anno 1667. art. 3. & 5. ut in eodem statu maneat, quibusdam exceptis. In Hispano-Belgica de anno 1648. ut publica eundem statum servent, privata restituantur, art. 3. & 4, que tamen pacis varie mutantur. Atque hoc est quod Menippus dicebat: Cum pares bello aequo foedere in pacem, atque amicitiam (en pactum amicibile paci adjectum instar bodierna amnestia) venirent, tum repeti reddique per conventionem res, & si quorum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Lio. 34. c. 57.

Unde queritur, se nibil ea de re dictum, sed simpliciter amnestie, vel amicitia pactum adjectum fuerit paci, an tum res restitui, an in eodem statu manere debeant? Resp. manere res in loco, quo sunt, cum repeti non possint quasi injuria ablata; sed defendi presentem possessionem juxta regulas traditae inf. th. 4. Ex quibus proinde comprehendio offendimus, qua ratione omnia illa iura postliminii, ceteraque, qua ex bello superesse in pace diximus, & recensuimus supra, per amnistiam simpliciter soperiantur.

Cum igitur duplex malum sit, cui sanando adhibetur amnestia: cum ipsa discordia, & contentio partium, qua alter iuri esse ait, alter negat: tum injurie, qua per occasionem ejus dissidii inter partes facta est, vel facta esse dicitur, vindicanda, & per sequenda studium; quod utrumque per amnistiam tollitur, & plena quies quoad potest restituatur, binc duo per amnistiam aguntur; I. ut quicquid litis, vel similitatis inter partes ex causa superioris discordia adhuc reseferit, abolitum, soperumque sit; II. ut quicquid per occasionem ejusdem dissidii injuria factum dicitur, remittatur. Neutrius

ergo nomine lis, aut actio admittitur, nem, si que fuit soperita est, refuscitatur, sed praesens possesto defenditur. Quod nervosus Cujacius ad 4. sent. Pauli tit. 17. in pr. ita exprimit: Post amnestiam accusacionem institui, & repeti non posse.

Hinc sequuntur ha regule amnestie: I. Quicquid dissidii inter partes fuit, id totum abolitum, transactumque, nec eo nomine actio esto. Cujus consularium plane est, id, quod omessa amnestia peti non potuisse, id ea adhibita multo minus posse; quia per amnestiam lites, & actiones soperiuntur, non restant, th. præc. n. 1. II. Non tamen quod decisum, transactumque est, refuscitatur. Th. præc. n. 2. III. Quicquid judicio vel utriusque, vel unius partis, injuria factum dicitur, id remissum, nec eo nomine actio esto, th. præc. n. 2. IV. Quod utriusque partis judicio iure gestum est, ratum esto. Si enim illud absque amnestia quoque valet, Prop. IX. nedum ea adiecta, qua injurias tantum, & dissidia abolet, non vero iure gesta refigit. V. Si quia ex alia causa, quam bujus dissidii, lis, vel actio est, vel quid inter alios, quam partes dissidentes gestum, actumque est, eo amnestia clausula non extenditor, quia de bujus tantum dissidii, non alia causa, transegere partes Thes. præc.

Primum igitur pace facta, cui lex amnestia simpliciter adiecta est, cessat totum ius postliminii, quod Prop. VIII. diximus in pace quoque competere. Quod & traditur in l. 5. §. 2. de Capt. & postl. & in l. 7. præc. quam de foedere amicitia loqui, ex §. seq. patet, & supra monimus. Cum enim ideo postliminio res priori domino restituatur: quia injuria ei ablata dicitur. Propos. IV. eam injuriam amnestia delevit. Omnia igitur illa iura postliminii, qua late tractata sunt, quaque proinde bic referri necesse non est, una amnestia, veluti olim amicitie, clarifera delentur.

Eadem ratione nec injurias, & damna bello illata, ab eorum auxiliis post amnestiam vindicare possumus, et si ad nos, vel ad amicos nostros illi pervenerint, in omnibus casibus Propositionis IX. Idque iterum est quod traditur in d. l. 5. §. 2. & d. l. 7. pr. Unde in pace Osnabrug. art. 2. Monast. § 2. Noviomag. art. 1. adeo bœc abolita per amnistiam dicuntur, ut nihil eo nomine pretendi possit.

Quod ipsum ad alia quoque delicta, & criminis, omniem iudicio vetita, pertinet, qua per amnistiam remissa censentur; nisi quadam criminis, vel personae, sunt specialiter excepta: ut banniti in pace Hispano-Galica de anno 1559. art. 7. Alia exempla vide infra. Unde ea remissa per amnistiam censentur etiam rebellibus, pradonibus, transfugis, &c. nisi excipiatur. Et frumentum est, quod ex jure civili afferatur, non presumi bac remissa: Jure Gentium enim remissio hoc generalis omnes species complectitur, donec appareat exceptio. At verum est, iis non restituta bona hoc nomine jam publicata, vel ablata: per amnistiam enim non id agitur, ut detur alicui actio, & persecutio, sed ne detur; absoluntur per eam, non conceduntur actiones. Sup. th. 4. reg. 1. & 3. In specie ergo hoc casu restitutio bonorum comprebendi debet. Sio factum in pace Constantia Friderici Imp. §. 1. vel possessores, & pace Madrid. art. 30.

Ceterum, ut remissa videantur crimina, requiritur, ut I. talia sint, qua remitti a Principe possint: de quo statim agemus. Nec II. talis sit actus, qui extra causam bellum, & hostiles odii gestus est, nec quicquam cum excessibus civilibus communione habet: thes. 4. reg. 5. uti si cum hoste ultra contracimus, vel hostis negotia nostra gessit, & in his casis dolo, vel per scelus aliquid admisi: non obstante enim amnestia id persequi possumus. Quin & si delictum committat, quod ad actus hostiles non pertinet: uti si dum locis aliquis in hostium potestate fuit, vel hostium aliquis incole, vel hic hosti furtum fecerit, eius persecutionem amnestia non excludit; quia alia causa est, quam bujus dissidii, thes. 4. reg. 5. Unde probe iterum in pace Omerbrugensi, Monasteriensi, Noviomagensi, & aliis, amnistia est generalis, & illimitata, restringitur tamen expresse ad ea, qua ab una, vel altera parte ultra, citroque Hostiliter facta sunt, art. 2. De aliis ergo delictis in specie cavendum est.

Sed an etiam per amnistiam remissa videntur delicta, qua vasalli, vel subjecti adversarii suum Principem bello commiserunt? Amnistia transfigitur tantum de iniuriis inter partes factis, & quas una pars dissidentium alteri intulit; Thef. 4. reg. 5. non vero de iis, qua unius partis subditi commisere: uti si civis noster dicitur civem suum verberasse, vel occidisse, vel falsum commisere in iudicio, vel miles noster in excubis dormisse.

Hostis enim non pro nostris hominibus, sed pro suis paciscitur, d. n. 5. Questio ergo non est nisi de delictis, qua cum hoste patrata sunt, uti si civis noster contra editum frumenta, & merces hosti subvoexit. Mevius part. 8. decis. 302. cum in facto id contigisset, patet bac delicta, non obstante amnistia, puniri posse, quia hostis suis tantum prospectum voluisse videtur. At Petrus Bellus de re mil. part. 10. §. 17. & 18. ait: oum nobilis Hispanus consilia hosti deridit, ac retrulisse aliqua consilia esset, liberatum eum per amnistiam fuisse, & ita late consuleasse Angelum Conf. 287. Ita tenendum: si quis non animo hostili, & preditoris, ut tempublicam pessimadaret, sed mercator lucri cupidine ductus, quedam hosti contra editum vendidit, id sub amnistia non continetur, que tantum remittit injurias, qua ex partibus hostium nobis illata sunt, non qua a nostris, d. reg. 5; borum enim causa nihil ad hostem. Atque is est casus Mevii. Si vero proditoris, & animo hostis juvandi, atque in nos intruendi, aliquid agat, v. g. arcana revelet, ac prodat, is vere non nostrarum est partium, sed hostium, & borum causam, non nostram sequitur; corpore noster, mente hostium, quia actus perduellis est, ac hostis. Hujus ergo injuria tanquam ex partibus hostium illata per amnistiam remissa videatur, qua est species Petri Belli, & Angelis. Quanquam tutius sit, speciatim caveri iis, qui partes alteras secuti sunt; quod fieri solet, ut in pace Gallo-Hisp. de anno 1559. art. 39. Pace Pirenna art. 6. Sueco-Pol. de anno 1660. art. 24. apud Loccen. d. l. &c.

Hinc plane sequitur, quod post Amnistiam nec debitor noster, cuius, cum in hostium potestate esset, debitum publicatum ab hoste, vel remissum est, amplius conveniri possit, et si apud nos, vel amicos sit; quia injuria memoria deleta per amnistiam, & actio sublata est, sup. th. 4. reg. 1. & 3. Qua species est, quam Papponius de arrest. lib. 5. tit. 6. art. 2. refert, & ita anno 1549. arresto Parisiensi contra Belgam decisum ait, qui debitum pendente bello publicatum secuta pace a Gallo debitore pettit. Nam paci, qua banc sententiam antecessit, & inter Carol. V. ac Franciscum I. anno 1554. juncta fuit, & amnistia pacis adjecta, & preterea expresse causum erat, ne debita publicara repeti possent, art. 25. Unde ineptissime Papponius confundit banc speciem cum nomine Thebanorum, quod

quod Alexander Thessalis donaverat, de quo lect. 2. th. penult. Similiter de bujusmodi debitis alienatis, & amnestia deletis, ne amplius peti possint, causum fuit in pace Madridensi art. 31, Vervinia art. 7, Pirenaa art. 20, Hispano-Belgica de anno 1648. art. 55.

Nec vice versa creditor, cui hostis, cum in eius potestate esset, nomen abstulit, id post amnistiam repetet in casibus Sect. 3. th. 14. adeo ut licet ipse debitor, qui ab hostium partibus est, compulerit eum ut accepto tulerit, non tamen conveniri possit, quia creditor allegare injuriam acceptationis propter amnistiam non potest, d. th. 4. reg. 3. At si creditor sit e gente pacata, ut in d. Sect. 3. th. 13. non obstante ulla amnistia in debitum petit; quia pactio amnistia hostes tantum, inter quos contrahitur, etiamque subiectos, non autem tertium populum obligat. Thesl. 4. reg. 5.

An ergo hostis, qui coegerit te ad pacificationem, exinde agere propter amnistiam potest? Ita videtur si cuique actus rationem seorsim, atque adstricte sequimur: nam tu omni jure teneris ex pacto, Sect. 1. th. 10. quod amnistia non tollit, th. 4. n. 4; non vero hostis de injuria, quam amnistia delevit. Thesl. 4. n. 3. Sed contra dicendum est, hostem agere non posse, quia ne quidem omissa amnistia potuisse, Sect. 3. th. 18. nemus adjecta; cum amnistia non inducat actiones, sed tollat, thel. 4. n. 3. Non vero iustum est dividere negotium, & separari a promissione vim injustam, qua extorta est; ut promissor ex promissione quidem sua teneatur, non autem alter de injuria sua.

Secus est cum hostis publice id imperavit, atque extorxit, quod jure bellii licet, & ideo tantum nostro iudicio pro injuria id habetur, quia hosti justam esse bellii causam negamus. Conf. Sect. 3. th. 19. Hic enim ratio th. praeceps cessat; quia hosti ex pacto datur alio amnistia omessa, et si in nostro territorio injuria ei obiciatur, sect. 3. th. 19. Hac ergo per amnistiam sublata manet actio, qua ante fuit, d. Th. 19. th. 4. n. 4. Ut si contributiones nomine cives aliquid promittere vi hostili coacti sunt; debent enim ex fide data, Sect. 1. th. 10; nec viciissim de injuria alberius queri possunt, et si intra fines nostros deprebendatur, quia amnistia ipsum absolvit. Et adeo contributiones illa debite visa sunt, ut in pace Hispano-Belgica, et si non reservata, tamen cura, & modus earum con-

missa facta bujusmodi negotio praefectis: art. 64. apud Aitzema d. tract. pac. Belg. in fin. & Brachel. Hist. l. 9. c. 1.

Judicia quoque, sententiae, & res judicata, & alia, qua per hostem in locis bello occupatis, & deditis, ac per pacem recuperatis, juris exequendi causa acta sunt, valent per amnestias; et si adverse partis iudicio hostis non jure ea egisse dicatur: Prop. 2. quia nec quod decisum est rescindi post amnistiam, nec injuria accusari potest: S. 1. th. 4. n. 3. modo aliud vitium non infit. quod etiam contra processum legitimi magistratus moveri posset: ut optime id caveretur in pace Osnabr. art. 4. §. 49. Et in Hispano-Belgica art. 22. apud Brachel. & Aitzema dd. 11. Unde non modo si reus absolutus est, omnis actio cessat, quod indubium est per d. th. 4. n. 1. sed & si damnatus est. actio tenet, & conveniri potest. Etsi enim amnistia non pariat actiones, sed sopiait, d. n. 1. id tamen secus est si res decisa sit, licet vi hostili; quia amnistia lites extinguit, non vero sopiait resuscitat, d. th. 4. n. 2. Nisi autem actio daretur victori, ex integro prior causa agenda esset, surgerentque iterum lites, quas amnistia delevit. Ita valvere acta, & sententia Gallorum in terris Pedemontii, & Sabaudia, bello occupatis, & postea cum amnistia restitutis pace Hispano-Gallica de anno 1559. art. 38. Item in terris Labarringia, ac Barry, pace Cesareo-Gallica Noviomag. art. 21. Et inter Suecos, ac Polonos pace Sueco-Polonica art. 4. §. ult. apud Loccen. in Hist. Suec. ad fin. p. 406.

Qua ratione transactiones quoque vi extortae simpliciter tenentur, dubiteturque inde etiam cogenti actio, d. th. 4. n. 2. Etsi enim bac actio alias sine effectu foret, quia ob injuriam ad tantumdem tenentur, S. 3. th. 18. tamen secus est re transacta, et si per vim; quia amnistia eam injuria mentionem assert, d. thes. 4. n. 3. tamen quod transactum est firmat, non solvit, d. thes. 4. n. 2.

Dispositiones, exheredationes, &c. et si in odium partis adversa facta sint, tamen si aliud vitium non habeant, valent, nec per amnistia legem infirmantur. Conf. Sect. 3. th. 24. Quia etsi in odium, non tamen injuria facta sunt: amnistia vero odium quidem causa detrahit, at non vim dispositiobibus validis; & injuriam, non ius negotiorum assert, th. 4. n. 4: nisi appareat, partes parententia a priori voluntate recessisse.

Denique cum per amnestiam amicitia contrabatur, non potest pro transfuga haberi qui ab amico ad amicum transit, l. 19. §. 8. de capt. & postl. Sect. 3. th. fin.

Dictum est, amnestiam vel simpliciter paci adjici, vel cum lege restituendi in pristinum statum. Restitutio hoc est, cum res, quarum bello turbata est possessio, in ius antiquum, quod initio belli fuit, redeunt; restitui enim dicitur quod plenarie in priorem locum reponitur, l. 38. §. 4. ff. de Usur. & fruct. Eamque passionem esse existimo, quam ex formula juris antiqui fieri. ait Menippus apud Liv. l. 34. c. 58. Quae pacio cum se re mutua sit, aequissima omnino, & sine cuiusquam indignatione justa est, ut loquitur Ulp. in l. 1. pr. ff. Quod quisq. jur. in alter.

Restitutionem vulgo faciunt aliam juris, qua ex editio pratoris rescinditur negotium, t. t. ff. de in integr. restit. aliam gratie, qua fit a Principe delicti gratiam faciente, & strictissimi juris dicitur tot. tit. C. de sentent. pass. & restituti: eamque buc applicant Gudelinus de jur. pac. c. 4 & 5. & alii, sed prorsus abs re, cum nentra buc pertineat, ubi de restitutione ex pacllo vel amnestia, vel paci adjecto, agitur. Et omnino vana sunt qua ex jure civili iterum afferuntur ad limitandam restitutionis vocem; cum jure gentium lege illa generali restituendi res in pristinum statum, omnes species contineantur, donec appareat exceptio. Unde omnino rebellibus, &c. quoque bona restituenda sunt, et si alienata; licet in specie id dictum non sit. Et ita in pace Osnabr. & Monast. omnes, qui hoc nomine arguebantur, hac generali lege restitutionis comprehensfi sunt; & pace Constantia specialiter id dicunt, quia alia lex restitutionis adjecta non fuit.

Porro hic notandum, quantum interstet inter restitutionem, qua fit ex causa amnestia, & eam, qua fit ex causa pacis, seu transactionis de ipso negotio, quod caput gravaminum pax Westphalica vocat. Sect. 4. th. 6. Ex causa amnestia qua fit restitutio, ea semper intelligitur salvis juribus; quia per eam res rediscitur ad eum statum, qui initio belli, vel dissidii fuit, th. 1. adeoque eadem iura, qua tum fuere integra: & actiones salva sunt. Igitur per amnestiam non dominium sua natura transfertur. Sed tandem respiciter, restituiturque eadem possessio, qua initio fuit. Atque hinc in allegato loco

Livii dicitur tali conventione res repeti, quarum bello turbata fuit possessio. At restitutio ex pace ipsa fit absolute, & jure perpetuo; per pacem enim transfigitur de negotio. Sect. 1. th. 6. 7. Si quid autem de ipsa causa transfigunt, eoque nomine alter alteri quid dant, us alter a lite discedat, certum est, quod ex causa transactionis ita datur, id jure perpetuo in accipientem transferri; neque per transactionem de causa lites, & actiones reservatas, sed soperitas, & extintas intellegi.

Eam differentiam probe obseruat pax Osnabrugensis, qua, uti & Monasteriensis, omnes alias pacis tabulas accurata rerum, juriunque applicatione superare nobis videtur. Nam art. 3. §. 2. statuit, quod tales restitutions (loquitur de iis, qua ex capite amnestia sunt, d. art. 3. pr.) omnes, & singule sint salvis juribus quibuscumque, &c. salvis item litis pendentibus, &c. Contra, quod ex capite gravaminum restituitur, aut conceditur, id jure perpetuo transferri, d. pac. Osnabr. art. 5. §. 13. 25. 33. & passim, quia ea sunt gravamina, seu causa belli, de quibus transactum est pace, th. 3.

Principium autem gravamen, principia que causa belli fuerat reformatio exercitii religionis, & bonorum ecclesiasticorum; ut dicitur in art. 5. pr. De eo itaque in primis pace Osnabr. plenarie transactum, eaque primaria belli causa plane in eum modum decisa est, ut status, ac possesso anni 24 (in quibusdam anni 28.) sit immota, ac perpetua lex, norma, regula hujus negotii, d. §. 13. 25. 33. Ex bac itaque causa nulla lis, vel actio de bonis ecclesiasticis reservata est, sed sola amicabilis compositio, qua est in arbitrio partium.

Hinc vero apertissimus est sensus pacis Osnabr. in art. 4. §. Electori 8. ubi conservatur Episcopo Wormatiensi coram competente judice actio in quedam, qua in Palatinatu pretendit bona ecclesiastica. Non enim reservata ipsi actio fuit in causa exercitii religionis, & qua cum eo restituenda erant bona ecclesiastica, quia de eo tamen quam de causa belli plene transactum fuit; th. præc. sed in aliis iuribus, qua pendente bello occupaverat, & ex lege amnestia restituta erant Serenissimo Octavo Palatino. Episcopus enim etiam in singulis praediis, si qua in Palatino territorio sita haberet, pretendebat superioritatem territorialiem: hec prætensio ex lege amnestia ipsi reservanda fuit per thes. 3. & 4. Idque

Idque ipse pacis tenor certissime demonstrat: quia in d. art. 4, qui reservationem eam continet, tractatur de restitutione ex capite amnestie, uti ex princ. d. art. 4. & art. 3. patet; non de causa gravaminum, quorum tractatus incipit demum art. 5.

Igitur hanc restitutionem ex causa amnestiae Episcopus via juris tantum petere potest, non via facti procedere; quod clare quoque dicetur in d. art. 4. §. 8. At restitutionem exercitii religionis, & qua eo pertinent bonorum ecclesiasticorum, ne via juris quidem, th. 5. Quodsi igitur Palatinos ab exercitio religionis, & possessione bonorum de facto expellit, quos ex ea causa ne via juris quidem potest, multiplex crimen, violatione pacis, ac juris concurrit.

Restitutio ergo hic fit eorum, que I. omnium iudicio injuria ablata sunt: II. qua iudicio utrius saltus partis, aut eorum, qui eandem causam sequuntur: III. non etiam eorum, qua omnium iudicio rite, & valide acta sunt. Estque pactum tale vel mutuum, ut utrinque restitutio fiat; ut in pace Osnabr. vel ex una tantam parte; qualis est quam dux Romanus Philippo Regi obtulit ea lege, ut ille omnia restitueret. Liv. lib. 32. c. 10.

Hac ergo lege adjecta non demum res iure postlimii, ubi in nostram potestatem reversae, ut in Sect. 2. aut ubi dannorum autores in nostro, amicove territorio deprehensi sunt, recuperantur, ut Sect. 3. sed omnimodo vi paci restituantur, conf. Sect. 5. th. 3. seq. etiamque tertio vendite, vel donata sunt: adeo ut nec pretium debeatur, nec onera servitutum, pignorum, &c. interim imposita valeant. Uti in pace Madritensi de anno 1526. art. 27. & 32. cautum, ut ministri regis Gallie rationes reddant, ac reliqua praestent. Idque exigebat praedictus dux a Philippo Rege, ut res redderet, quae comparerent; ceterorum aquo arbitrio estimatio fieret. Liv. d. c. 10. Modo aliter convenientum non fuit; quod varie fieri solet. Vide pacem Hispano-Belicam de anno 1648. art. 24. 31. 36. & pass. Veruiniam de anno 1598. art. 7. 8. Sueco-Danicam de anno 1645. art. 21. & seq. apud Loccen. Hist. pag. 877. &c.

Quaritur autem, an si quis res iure belli cepit, & postea eas vendidit, emtor suo periculo eas restituet, an pretium repetet? Resp. Restitutio fit possessoris periculo, quia in rem fit, & venditor tum, cum renderet, domi-

nus fuit; nunc vero post legem restitutionis possessor facta causa possidet: uti factum est in d. pace Madritensi art. 27. nisi alter couenit, ut in d. pace Hisp. Belg. art. 31.

Queritur porro, an ut res, ita & fructus medii temporis restituendi? Disceptans id Dd. ex jure civili apud Gudelinum de Jur. pac. c. 5. sed utrinque perperam. Aliud scil. est si in genere restituendum dicitur id, quod ablatum est; aliud si certa res. Si illud, fructus quoque percepti sunt restituendi; tum quia illi quoque ablati sunt, quos alias perceperisset dominus; tum vero quia bac restitutio generalis est, quia quicquid ablatum est, atque adeo omne damnum, reparatur, ut nihil amplius absit, th. 1. Quod factum in d. pace Madritensi art. 27. Et si frequenter fructus remitti pacllo soleant, ut in pace Osnabr. art. 4. §. penult. in pace Hispano-Belic. de anno 1529. art. 31. Veruinia de anno 1598. art. 7. Pirenae de anno 1659. art. 28. in f. Nec movet ratio Gudelini d. l quod hosti jus fruendi competit: nam & dominum competit, & tamen restituit; quia non quaritur, quid juris habuerit, sed ad quid ex pacto nunc teneatur; nec plus iuris in fractibus habuit, quam in re.

Sin vero certa res restituenda dicitur, fructus percepti non veniunt restituendi, sed tantum qui adhuc in re pendunt, ejusque pars sunt; duo enim bac distincta, & diversa sunt, res, & fructus, qui a re separatus est. Ergo si sola res restitui iussa est, fructus iussi non sunt, quia alia, atque alia res est. Indubie igitur ex liberalitate mera, non ex debito fuit, quod Caligula iis, quibus regna ablata restituit, fructus quoque medii temporis adsecerit. Suet. in Cal g. c. 16. Nam & ipsa regnorum restitutio liberalitatis erat, quia iure & gloria ei populo Romano cesserant. Atque ita ex pace Pirenae, locis restituti iussi, fructus restituti non sunt, art. 44. & seq. Et Palatinatus inferior ex paco Osnabr. & Monast. restitutus est, sed sine fractibus medii temporis.

Ex lege generalis restitutionis itaque, quae omnia belli iura in ius antiquum, quod ante bellum fuit, revertuntur, non res tantum, sed & captivi utrinque dimittuntur; quod in plerisque etiam pacis tabulis expresse caustum reperitur. Nec hytron, seu pretium libertatis debent, nisi ante pacem id promisum fuerit; ea enim omnium consenserunt licita pactio, & hosti data fides servanda est: th. 8.

ut causam in pace Sueco-Polonica de anno 1660. art. 14. 23. 27. apud Loccen. Hist. Suec. pag. 910.

Hinc & quicquid danni quocunque scelere, vel injurya datum est, sarcitur, Sect. 20. th. 7; & quicquid nominum, solutionum, obligationumque vi extortum est, rescinditur, et si debitor apud nos non inveniatur. Confer. Sect. 10. th. 5. seq. Quia ex lege bac, quicquid vi bellica mutantur, turbatumque est. in ius pristinum redigitur th. 8. Nec dubium est, si hostis aliquem ad paciscendam adegit, nibil petere posse. Etsi enim ea, qua jure valent, restitutio non tollat, th. 8. n. 3. tamen quia hostis vicissim judicio partis tenetur, nulla est actio, Prop. IX. Et cum hoc verum sit in ceteris speciebus, nedum ubi expressa lege caustum, ut restitutio injurya fieret.

Quin & qua publico nomine contributiorum vi, metuque promissa sunt, exigiri non possunt; quia hostis vicissim teneretur ad restitutioinem danni ex bac lege expressa, qua restituuntur etiam ea, qua unius tantum partis judicio pro injurya habentur, thes. 8. n. 2; ut patet exemplo eorum, que post minimio redeuerit: unde in specie reservari contributiones solent. Prop. IX. Quia ratione etiam sententia, judicia, &c. in casibus Sect. 5. th. 14. per banc legem plane refinguntur; nec vim juris, vel judicati obtinent: uti in d. pace Madritensi art. 27. Vero via art. 8. Pirenea art. 30. Sueco-Danica de anno 1645. art. 24. Nisi aliter caustum.

Idemque de transactionibus vi extortis dicendum, th. 8. n. 1. 2. Quod & statuitur in pace Osnabr. art. 4. th. 46. Nec has species amnestia quo minus infirmentur defendit, nec sustinere cadentia bac jura potest: ejus enim rationi derogat lex expressa, ut restituantur in priorem statum; qua omnia fere, qua amnestia alias contineret, solvit, ac destruit. Neque hoc casu amnestia, ac injuryarum, litiumque abolitio alia lege sanctita intelligitur, aut valet, quam si vetus possesso, conditioque restituta sit.

At dispositiones in odium alteries partis facta non rescinduntur; nisi in specie id dictum fuerit. Ut in pace Hispano-Belgica de anno 1648. art. 61. apud Brachel. d. 1. Quia etsi in odium partium, tamen sponte facta sunt, & vaient ex arbitrio disponentium, donec a priore voluntate recessisse eos appareat.

Transfuge autem, aliquos criminum rei,

qui ad hostem transierunt, restituendi quaeque onus sunt: nec impedit amnestia, quo minus reddi eos necesse fit; at pena per eam remissa videtur, quibusvis potest.

Intelligitur autem hæc restitutio I. deductis impensis in rem, qua restituitur, factis: de iisque ex aquo, & bono statuendum: quod ita disponitur in pace Hispano-Belgica de anno 1648. art. 34. apud Brachel. d. 1. & Aitzema d. 1. II. in locum, quo res sit initio belli, th. 1. & 3. Unde contra Galli contra expressum, & speciale pactum Cameracense, retinerent Caletum infamis ratio, & oratio Cancellarii Gallici fuit, non magis Caletum, quam Lutetiam, alio bello possejam, repetere Anglos posse. Vid. Cambd. ad ann. 1559. p. 18. & ad ann. 1567. p. 126. Peccine quoque, cum Veneti ex hac lege reperirent castrum, quod ipsi initio belli, Tridentinus autem initio indiciarum, tenuerant; Alciatus pro Tridentino respondit. Gent. 2. c. 12.

Ceterum, circa restitutioines rerum diversa regula statuuntur sicut: I. quoties lex restitutiois est universalis, quicquid in specie exceptum non est, restituendum venit. Ut in pace Osnabr. ubi restitutio generalis est, art. 2. & 3. excipiuntur quadam in art. 4. §. pen. Contra II. ubi amnestia clausula simpliciter adjecta est, & quadam tantum restituenda, omnia bello turbata remissa intelliguntur, nisi in specie quedam reservata sint.

Cessat amnestia PRIMO in iis delictis, ac injuryis, qua remitti a Principe non possunt: si homicidia voluntaria, qua non jure belli commissa, nec aliam a pena ordinaria excusationem habent. Huius enim pena jure gentium, & divino in homicidas constituta, gratiam fieri non posse, integro consilio deducit Plotus Comes Pernati; quod est in tom. 2 Consil. Zilleti. Conf. 73. Idem Senatus Mediolanensis respondit Ferdinando I. Cesari, cum comiti de Titionibus cadi gratiam facere gestiret: sonde fitus ejus Maxxian. II. ut lege ageretur rescripsit, d. Conf. 73. Et Alexander M. cum exiles Gracis revocare vellet, excepit cadi dominator. Just. lib. 13. Hist. c. 5. Atque id in specie reservatum in pace Anglo-Belgica cum Cromwellio facta. art. 27. Quod & aliquoties obtinuit ex responsu Facultatis Juridicae Heidelbergensis. Unde omnino improbadum est, quod Maxwellius quidam, amnestia beneficio, iniquitatem cruentia cedre contra Jonctionem conse-

consecutus a rege Scotia dicitur. Cambden. in Hist. Elisabeth. part. 3. ad ann. 1585. Talia crimina quoque sunt adulterium, perjurium, &c.

Nec movet quod amnestia Athenis, occisis 30. tyranis, qui legitimi ejus populi Reges constituti fuerant, & Roma, occiso Cesare, sancita tamen fuerit. Nam Tyrannum, qui vero talis est, occidi posse, semper conuenienter omniam gentium judicium fuit, nec de jure dubium est. Insanum autem hic est, non distinguere inter tyranum, & magistratum; insanum autem, banc questionem theologicam facere, qua juridica est. Altera autem, qua Roma statuta est ob causam Cesaris amnistia, non valuit, sed nihilominus eadis vindicta ab ejus auctoribus sumta est.

At criminum, qua in reipublica, aut Principis injuriam commissa sunt, ut perduellionis, aut quorum pena jure civili constituta est, gratia a Principe per amnestiam fieri potest. Nam & Aurelianum amnistiam delictorum publicorum decreuisse, ait Vopiscus in Aurel. c. 39. & S. Aurel. Victor de Caesar. in Aurel. Et insignem proditorem ea comprehendens retulimus ex Petriano Bell. part. 10. §. 17. Excipi aliquando solent basniti, & alii; de quibus Sect. 4. th. 9.

Cum vero per amnistiam tum relictantur bello capta, tum remittatur jus recuperandi bello amissa, si vel ipsi dannorum auctores in fratribus nostris deprebendantur, Sect. II. & III. binc queritur, an Princeps per amnistiam jus ita subjectum auferre possit? Aff. Pacis enim paranda, & reipuenda causa Princeps subditis jus questum, quoque jure gentium, auferre potest. Unde eti res illa in tertios alienata, vendita, donata sunt, tamen ob publicam utilitatem statim potest ut restituantur; idque omnino consequens est imperii, & officii tuende civitatis.

Multo magis vero potest bello amissa hosti per pacem relinquere sublatu postlimino, vel capta reddere. In his enim non est jus certo questum, sed utrinque controversum; cum alter contendat jure captum, alter neget. Prop. 2. Hac controversia cum publica sit, certum est, transfigere de ea Principes per amnistiam posse, ut res vel retineantur, vel reddantur; nec videri eos jus civitatis suis questum proprius auferre, cum jure suo de re utrinque dubia, & de qua, dum bellum est, lis adhuc pendet, pace, seu amne-

stia transfigitur. Unde & illi tententur en pacto reddere, quibus vendita, vel donata res fuerint; quia res transfit cum sua causa, nec bi plus habere possunt, quam amnes res, a quibus accepere.

Nec movet quod Dd. statuunt, cito, quod praeceptio suo in commune commodum cedere cogitur, pretium vel ex fisco, vel ex contributione omnium solvendum esse: nam hoc factum civi jus suum certum, pleneque quasitum assertur, quod Princeps quidem ob necessitates reipublica potest; sed cum hoc omni reipublica commune sit, quod omnes cives ferre debent, non potest id uni soli imponi, sed quod is plus sua parte praestitit, ei sarcinandum est. At in nostra specie ne quidem jus certo quasitum assertur; sed de dubio, & controverso, de quo lis adhuc inter Principes durante quippe bello pendet, pacto pacis transfigitur. Nec de onere communione reipagitur, sed de singulorum dannis casu bellico datis, de quibus certum est, quod Princeps ita statuere possit. Nam & praeceptio concessio est merum beneficium Principis, cui soli bello capta jure gentium acquiruntur, & qui proinde iis legem dicere, manducque statuere potest. Bello vero amissa causa periisse censentur, cum quod bello accedit casu fieri constet; l. 15. §. 2. & locat, cond quem nec Princeps, nec reliqui cives prestare tenentur.

Nec mirum, Principem iera bujournodi privata subjectorum remittere pacis causa posse, cum tanta sit ejus in pace concludenda potestas, ut legibus quoque fundamentaliibus, ut vocant, regni derogare possit, pacis, & reip. causa. Factum id in pace Cameracensi de anno 1529. art. 16. ubi rex Gallia legi Saica, & art. 20. iuri Albignii multum detraxit. In pace Osnabrug. & Monastry. Septemviratus Imperii aurea bulla constitutus in octoviratum versus est. Vid. pac. Osnabrug. art. 4. §. 5. ubi dicitur: id publica tranquillitatis causa ab Imperatore, & Imperio constitutum.

Illi quoque indubium est, Principem de bonis etiam ecclesiasticis pacis causa transfigere, eaque alienare posse; idque duplice jure I. Cum enim de iis bonis controversia inter Principes, vel Episcopos, qui jus belli gerendi habent, esse & bella geri possint, neceesse omnino est ut inter eosdem etiam pax valida de iis fieri queat. Neque enim ratiocinatur ut de his bonis bella geri, non autem componi possint; atque ut per vim disceptandi

ptandi de iis, nulla autem transfigendi, descendique via, ac ratio sit. Quid vero periculosis, funestiusque rei ecclesiastica statui posset, quam negare, pacem jure validam de rebus ecclesia fieri posse, sed exclusa spe, et potestate pacis facienda, necessario ad intercessionem ecclesiasticorum bellandum esse? Quid si cum Barbaris bellum geratur, iisque cedendum integris principatibus, et quae in iis continentur, bonis ecclesiasticis? quod factum in bellis inter Hungaros, et Turcas, aliquis. Nemo enim, opinor, qui sit sana mentis, bodie statuet, infidelibus pacem servandam non esse; hoc enim perfidia autores si nos deterret, at refutat luciduosa illa clades Varnensis, qua divina Nemesis, exemplo ad omnem menioriam tremendo, ulta est perfidiam Christianorum, qui pacem cum Turcis factam, hoc pretextu, quod ecclesia damnotha esset, auctore Pontifice, ejusque legato Cardinale Juliano, ruperant: ubi tam maxime stum apparuit Dei judicium casus Cardinale perfidiae auctore, et rege perjuro, ut ipsi Turca eam cladem tanquam perfidiae paenam (ad publicam Christianorum infamiam, quam nulla unquam deletura est atas) agnoverint, maximisque gaudiis celebraverint; quod preter Chalcocond. de reb. Turc. lib. 6. & 7. et Leunclo. ann. turc. ad ann. 1444. referunt Petr. Callimach. lib. 2. de pugna Varnensi Dubrav. Hist. Boh. lib. 28. Naucle. Chron. gen. 49. Job. Nardangi in Flor. Hung. lib. 3. c. 10. qui hunc oīus fuisse tumulum, ait.

Romulida Caanas, ego Vernam clade notavi;
Discite mortales non temerare fidem.
Me nisi pontifices jussissent rumpere foedus,
Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.

Atque hoc ius transfigendi de bonis ecclesiasticis per pacem, vel amnestiam, concedit quoque seculari potestate Gudelinus de jure pac. cap. 5. & 9.

II. Competit id ius pacisendi de bonis ecclesiasticis Principibus ex jure imperii, et summa potestatis, quam Principes aquae in ecclesiasticos, eorumque bona, ac in seculares babere, tam certum est, ac evidens, ut nullo unquam jure de eo dubitatum, nec in ulla unquam gente id controversum fuerit; quod ex omni jure demonstratum in Disp. de fund. in territ. potest. Tit. 2. Omnia minima autem (quicquid recentiores canones moliantur) inter Christianos Imperatores id dubium fuit, qui inde a Constantino M. omnes, et in omnes indistincte personas ec-

clesiasticas, et de omnibus iuribus, ac rebus earum, leges pro arbitrio, et cum plenaria potestate statuerunt: quemadmodum ha immunera leges publice bodieque extant in Codice Theodosiano, & Justiniane, adeoque in ipso jure communi; quin et in Capitulari Caroli M. & Ludovici Pii, quo continentur septem libri, et amplius, legum ecclesiasticarum, que a Lindenbrogio edite, de rebus, ac personis ecclesiis, et per plurima secula inter Christianos, nomine contradicente, observata sunt. Ut adeo nullo obtentu negari. Principibus possit ius per pacem, vel amnistiam, de bonis ecclesiasticis statuendi, et disponendi.

S E C U N D O cessare amnistia videtur cum latronibus, pratis, praedonibus, et rebellibus: idque plures sentiunt. Verum, et si ratione cedium ab ipsis perpetratarum, et cetero non valeat amnistia, per th. 1. & 2. tamen alia eorum injuryia, quarum princeps gratiam facere potest; per amnistiam iis remitti, recipique illi possunt, th. 3. **T E R T I O** Paci quoque cum Turcis non facile additur.

Cessat denique **Q U A R T O** regulariter amnistia in induciis, et armisitiis; cum enim per ea tantum suspendatur ad tempus lacefendi licentia, finitisque iis cuique partium integrum sit iterum persequi injuryias hostium, binc cum eorum natura pugnat perpetua, et illimitata injuriarum oblitio. Unde nec in tractatu armisitiis Cesareo-Gallici, ne Gallo-Hispanici, qui uterque Ratisbona d.

¹⁵ Aug. 1684. conclusus est, addita est amnistia clausula. Nec in induciis Terovernenibus ann. 1537. et Nicenisibus ann. 1538. inter Carol. V. et Franciscum L. initis dicitur, quod fida amicitia, vel amnistia esse debeat, sed tantum, quod fida inducia, et suspensio armorum, etc. Quod et observatum factis induciis inter Carol. V. et Henricum II. Gallia Regem, ann. 1555.

Possit tamen et in induciis aliqua amicitia pactio fieri limitata, scil. ad tempus induciarum, ut factum in armisitio Cal. Gall. art. 3. Item in induciis Belgicis, de ann. 1509. apud Baudum de induc. bell. Belg. ad fin. art. 4. Nam et in sedere Atheniensium, et Argivorum apud Thucyd. lib. 5. conventum est, Εὐμαχεῖται εἰσατοί ἐτη, ut societas sit 100. annos. Sed in primo supervacuum, nec pactio induciis adjecta est, sed inducie ipsa; ipsa quippe induciarum natura id continetur, ne interim invicem

invicem ledant. Ceterum, via est ut dici queat amicitia; nedium amnestia, seu oblivio injuriarum, si post 100. annos eas iterum persequi liceat; at συμπαχία, seu societas temporaria esse potest. Ut proinde restet veteres συμπαχία quidem inducius quoque tribuerint, non vero φιλία, seu amicitiam, nedium amnestiam: quia amicitia classis non videtur pertinere ad pactiones, quibus invictio, & lites non sponcentur, & tolluntur, sed suspenduntur. Impropius igitur in prædictis armistiis, & induciis accipitur, nec in aliis facile occurrit.

A D. §. I.

SICUT de his, quæ ex hostibus captiuntur, &c.] "De quibus cap. 6. 7. & 8. tractavit:

Ita & de postlimii jure nibil ferme sancti prodierunt, &c.] "Statim videbimus, sanctora non esse quæ de origine hujus iuris prodit ipse Grotius.

Qui retroactis seculis juris cognitionem proficiuntur] "Et quibus Grotius parum in disciplina juris gentium se tribuere, professus est in Prol. §. 54.

Accuratus hec res a veteribus Romanis tractata est] "Illi scil. JCtis, quorum opera in Pandectis, Codicibus Theodosiano, & Justinianeo, & in Novellis constitutionibus apparent, & quibus multum se defere, Grotius dixit in Prol. §. 53:

Sed sepe confusa nimis] "Contrarium mox demonstrabimus.

Ut que pars gentium, quaque civilis Romani esse vellent, lector nequirit distinguere] "At in eo ipso errat Auctor, quod circa jus postlimini distinguit inter jus naturæ, & jus gentium voluntarium; cum tale jus gentium non existat, adeoque frustra queratur, quid jure gentium obtineat. Quid vero jure civili additum sit, id ex ipsa ratione in legibus Romanis exposta facile distingui potest; quod in processu patebit.

Cum vero sistema Grotii obscurum admodum, nec ab ullo interpretum satis explicatum sit, paulo uberioris id expoundum erit:

I. Ex præcedentibus repetendum est, Grotium in bellis supponere, aliud justum esse EX JURE NATURÆ; aliud ex JURE GENTIUM VOLUNTARIO. Vidi. supr. c. I. §. I.

Tom. IV.

, II. JURE NATURÆ enim hostem lædere, & res ejus capere, tunc demum licere, ait, si is, qui bellum gerit JURE STAM HABEBAT CAUSAM; ea autem deficiente omnes bellum gerentis actus esse injustus, indeque eum nec capere hostem, nec res ejus posse. Vid. lib. 3. c. I. §. I. n. 2. cap. 10. §. 3. & 4. cap. 13. §. I. n. 1. cap. 16. §. 1.

, III. JURE GENTIUM VOLUNTARIO mutatum esse jus naturæ, fингит, Gentesque inter se constituisse, ait, ut inter duas summas potestates D E J U STITIA CAUSA quæri non debeat: adeoque hoc jure gentium hostem, ejusque res etiam ex iusta causa capi posse, & pacatas gentes id pro jure habere; etsi ad effectum saltem externum. Vid. Diff. Proæm. IV. §. 63. seq.

IV. Ex his principiis Auctor infert, JURE NATURÆ personas, & res nostras ab hoste captas, POSTLIMINUM NON HABERE si causa civitatis nostræ iusta non est; habere autem si iusta est, hostis autem iuria bellum gerit. Priori enim casu personas, & res nostræ civitatis jure capi, & hostem verum dominium rerum captarum acquirere, Grotius contendit; indeque concludit, tandem abesse ut personæ, & res reversæ POSTLIMINUM habeant, ut civitas potius teneatur hosti res receptas (quarum dominium jure amisit) restituere.

Posteriori casu, si iusta nobis belli causa est, res, & personas postliminio omnia pristina jura recipere, ait, quia hostis iuria res cepit, adeoque dominium earum nunquam amisimus; immo hostis nobis res illas restituere ipso jure obligatus fuit. Vid. infr. c. 16. §. 1. 2. 3. 4. & b. cap. §. I. n. 1. & §. 2.

V. At quia difficile, immo periculosum esse, ait, inter duas summas potestates iudicium ferre de iustitia causæ; Grotius fингит, gentes inter se convenisse, ut is que hostis, qui ex iusta causa capit, dominium acquirat, adeoque res reversæ jure postliminii recipiantur. Unde concludit, JURE GENTIUM VOLUNTARIO personas, & res postliminio pristina jura recipere, sive causæ iusta sit, sive non. Diff. proæm. IV. §. 63. seq.

VI. Non sine ratione dubitavimus, summa saniora sint principia Grotii, quam ea,

» ea, quæ recentiores JCti proddiderunt:
 » cum enim J U S G E N T I U M V O L U N -
 » T A R I U M non detur, sponte corruit to-
 » tum sistema Grotii circa J U S P O S T -
 » L I M I N I U M .

» VII. Superest igitur, ut veram ratio-
 » nem J U R I S P O S T L I M I N I X ex natu-
 » ræ principiis adstruamus, simulque de-
 » monstremus, Romanos JCtos illud ex ip-
 » sa ratione naturali deduxisse.

» VIII. Præmittendum autem est 1.
 » N A T U R A L I quoque R A T I O N E de
 » justitia causæ inter duas summas potesta-
 » tes nec queri, nec de ea constare posse.
 » Sane, partibus ipsis circa justitiam causæ
 » fides haberi nequit, quia quilibet suam
 » causam justam, alterius injustam prædi-
 » cat: fed nec aliae gentes judicium de ju-
 » stitia causa sibi arrogare possunt, quia
 » imperium in bellum gerentes ipsis non
 » competit.

» 2. Durante igitur bello naturale est, ut
 » cujusque partis judicium valeat in sua ci-
 » vitate; adeoque ex J U D I C I O N O -
 » S T R E C I V I T A T I S hostis noster injurya
 » agit, & injurya res, & personas civitatis
 » nostræ capit: unde sponte sequitur, eas-
 » dem res, easdemque personas, si a no-
 » stra civitate recipiuntur, omnia pristina
 » jura recipere. Ratio additur in l. 19. pr.
 » ff. Capt. Et postl. Naturali enim aequitati
 » conveniens esse, dicitur, ut qui per inju-
 » riām ab extraneis detinebatur, is ubi in
 » fines suos rediisset, pristinum jus suum re-
 » ciperet.

» E contrario ex J U D I C I O C I V I T A -
 » T I S H O S T I L I S nostra civitas injurya
 » agit, rapit, capit, &c. adeoque ex ea-
 » dem ratione res, & personæ a nostra ci-
 » vitate captæ, si ad hostiles fines revertun-
 » tur, postliminio gaudent, id est, pristina
 » jura recipiunt in sua civitate.

» Cum igitur 3. in hac quæstione, ubi na-
 » tura judex non est, moraliter de justitia
 » causæ constare non possit, neuter duran-
 » te lite vere dici potest jure agere; sed
 » conscientiæ bellum gerentium id relin-
 » quendum est, qui proinde utrinque agunt,
 » ac si jure agant. Et hoc est quod vulgo
 » proditum est, utriusque factum pro jure
 » baberi: certitudo enim moralis haberi ne-
 » quit.

» Hinc 4. ex ipsa ratione naturali sequi-
 » tur, personas, & res captas, at mox re-
 » versas, & receptas, in sua civitate Po s t -

» L I M I N I U M habere, i. e. omnia
 » pristina jura recipere; quia ex judicio
 » cujusque civitatis injurya capti censem-
 » tur,

,, IX. His Principiis juris Romani positis
 » mirum quam maxime videtur, cur cives
 » Romani B E L L O C A P T I non gaudent
 » jure postliminii, nisi ex fictione legis
 » Cornelie, (qua nunquam capti fuisse cen-
 » sentur). Si enim hostis injurya cives ne-
 » stros capit, (uti jus Romanum in l. 19.
 » pr. capt. Et postl. supponit) nullam ratio-
 » nem dam posse videtur, cur reversi non
 » ipso jure pristina jura recipient; & cur
 » actus a capto durante captivitate gesti,
 » etiam post legem Corneliam pro nullis ha-
 » beatur.

» Rationem hujus rei paulo plenius exa-
 » minabimus, quia nemo interpretum ve-
 » ram hujus fictionis causam indagavit. Res
 » ita se habet.

» Veteres Romani odio captivorum (vid.
 » insr. §. 4. n. 2.) supposuerunt, cives Ro-
 » manes ab hoste captos libertatem amisili-
 » se, l. 21. §. 1. l. 24. ff. capt. Et postl.
 » 19. §. 3. cod. & vere servos factos esse,
 » d. l. 24. l. 36. ff. Relig. l. 13. pr. Te-
 » stam. Conf. §. 5. Inst. quib. mod. patr.
 » Ulpian. fragm. tit. 10. §. 4. Paul Sent.
 » III. §. 4. l. 1. ff. de Divort. l. 5. §. 2.
 » l. 2. pr. capt. Et postl. Quod vel exinde
 » confirmatur, quia deum per legem Cor-
 » neliam capti singuntur nunquam capti,
 » adeoque nunquam servi fuisse. Quia fictio-
 » ne opus non fuisset si liberi in sua civi-
 » tate mansissent. Atque hæc ratio est, cur
 » bello civili, & a latronibus capti postli-
 » minio opus non habuerint, quia servi
 » non siebant, l. 21. §. 1. l. 24. ff. capt.
 » , Et postl.

» Hoc principio posito, capti desinebant
 » esse cives, l. 5. §. 1. capt. Et postl. &
 » pro N U L L I S. l. 32. ff. R S. l. 7. pr.
 » Leg. Falc. id est pro civiliter mortuis ha-
 » bebantur, tot. tit. Inst. de cap. min. l.
 » 209. R. I. l. 59. pr. cond. Et dem. eoque
 » omnis juris incapaces dicebantur, l. 3.
 » in fin. cap. min. cum quibus nulla esset
 » juris communio, l. 20. §. 6. His, qui
 » test.

» Effectus hujus rei insignis hic fuit: quod
 » 1º. per servitutem istam desierit patria po-
 » testas, §. 5 Inst. 2. in p. Quem patr. &
 » 2º. matrimonium capti dissolvatur; et si
 » uxor in domo mariti capti habitat, &

conju-

conjugium continuare velit. L. 1. ff. di-
vort. l. 12. §. 4. capt. & postl. 30. Quod
captus si nubit, non contrahat matrimo-
nium, sed contubernium, & ex tali ma-
trimonio nati sint spuri. L. 1. C. postl.
Immo 40. liberi ex parentibus captis nati.
si patre in captivitate mortuo revertuntur,
pro spuriis habentur, l. 24. capt. & postl.
etsi cum matre revertantur, ibid. 50. Quod
testamentum durante captivitate confectum
nullum sit: arg. l. 12. ff. Testam. l. 12.
§ 5. capt. & postl. 60. Quod subili jure
nec codicilli capti valeant, etsi testamen-
to, quod liber f. cit. sint confirmati. L.
12. §. 5. ff. captiv. 70. Quod captus etsi
si per 30. annos domi rem alienam te-
neat; eam non usucapiat: l. 29. ff. captiv.
80. Quod capti nec liberos, neq; agnatos,
l. 12. §. 4. ff. Accus. adeoque nec hæredi-
tatem, nec hæredem habuerint, arg. l.
18. ff. ad leg. Falcid. indeque 90. bona
eorum fisco cesserint. l. 36. Relig. l. 31.
ff. Jur. fisc. arg. l. 19. C. Postlim. Deni-
que & 100. quod cives capti, & reversi
(civiliter quippe mortui) Post limi-
n 10. non gaudent ante legem Corne-
liam.

X. Hoc jus, atque hunc rigorem juris
Romani in captos Prætor Cornelius Sylla
æquitati naturali contrarii, existimavit,
& iniquum quam maxime judicavit, eum,
qui ex judicio nostræ civitatis injuria ca-
ptus est. (vid. l. 19. pr. captiv.) si rever-
titur, a. juribus civitatis excludere.

Cum vero directo jus civile tollere non
potuerit, per indirectum succurrere captis
voluit: indeque (ne contra rationem juris
Romani servis jurium communionem per-
missee videatur) supponit, civem nun-
quam captum, adeoque nunquam servum
fuisse. Atque hunc in finem fingeat, ca-
ptum, si in servitute moritur, retro in-
momento captivitatis decepsisse videri, l.
10. l. 18. l. 22. §. 2. captiv. §. 5. Inß.
Quib. mod. p. p. f. Si vero ad suam civi-
tatem revertitur, fingeat, eum nunquam
captum, adeoque nunquam servum fuisse,
d. §. 1. §. 2. l. 12. §. 1. 6. l. 7. l. 22.
§. 2. ff. captiv.

Per legem Corneliam igitur jus civis
capti in pendent est, d. l. 22. §. 2. ff.
3. d. l. 12. §. 1. d. §. 5. & ab eventu de-
pendet, an moriatur in captivitate, an
revertatur. L. p. ff. de suis & leg. Ulp. tit.

10. §. 4. Utroque autem casu servus non
fuisse fingeatur

XI. Per hanc fictionem legis Corneliaz
hactenus reductum est jus naturæ, ut ci-
vis per injuriam captus, si revertitur,
omnia jura recipiat, NB. quæ, cum cape-
retur, in civitate habuit, ita ut & ipse-
hæredem in sua civitate habere, & ipse-
hæreditates sibi delatas acquirere possit,
ac si captus nunquam fuisse. L. 18. ff. ad.
leg. Falc.

At manebat ille rigor juris Romani, il-
laque iniquitas ratione actuum interme-
diorum, quos ut servus, adeoque duran-
te captivitate, peregit. Cum enim finge-
tur nunquam servus fuisse, necessario se-
quitur, etiam actus illos eadem fictione.
nunquam peractos fuisse. Hinc post legem
Corneliam quoque testamentum apud ho-
stes confectum nullum fuit, l. 8. pr. testam.
nec valuit jure militari, l. 10. ff. Test. mi-
lit. etsi postea reversus fuerit, l. 9. ff. In-
just. test. Natus ex capto pro spurio habe-
batur, si pater in captivitate moriebatur,
etsi mater cum filio reversa fuerit, l. 25.
ff. captiv. l. 1. C. Capt. & postl. Lex enim
Cornelia o. ptum non existere, fingeat, i. e.
eum, qua servum, pro nullo habet. Sed
& dispositions medio tempore inter vivos
factæ nullæ fuerunt Nov. Leon. 140.

Hanc iniquitatem Imperator Leo demum
fustulit, statuitque, captis facultatem de-
jure suo disponendi denegandam non es-
se, sed actus, quos durante captivitate
perfecerunt, in civitate sua plenissimum
effectum juris habere debere; quod ratio-
ni naturali quam maxime convenit, quia
ex judicio civitatis nostræ injuria captus
censetur, adeoque reversus omnia jura re-
cipit. Et Leo in Nov. 140. non immer-
to rigorem illum juris Romani contra bel-
lo captos improbat, quasi culpam commis-
sint, quod pro tribulibus (i. e. membris
ejusdem tribus) propugnando in captivita-
tis necessitatem pervenerint.

Adeoque per legem Corneliam, & per
Novellam Leonis jus naturæ reductum est,
i. e. si res nostra ab hoste capta a nostris
recipitur, pristino domino restituenda est,
& persona capta, ac ad fines nostræ ci-
vitatis reversa, citra fictionem legis Cor-
neliaz, omnia jura recipit; actusque capti
durante captivitate gesti, ejusque disposi-
tiones, in sua civitate plenissimum juris

» effectum habent. Atque hoc jus hodieque
» inter gentes Christianas obtinet.

» Hinc jam appareat, jus Romanum in
» genere cum iure naturæ convenire, &
» JCTos rationem juris postliminii in æqui-
» tate naturali posuisse, l. 19. pr. ff. capt.
» & postl. Sed & porro ex ante dictis con-
» stat, quid Romano jure additum sit juri
» naturæ: & quidem CIRCA PERSONAS,
» 1º. quod bello capti etiam ex ju-
» dicio civitatis Romanæ pro servis, adeo-
» que 2º. omnis juris in sua civitate incapa-
» ces, & 3º. pro mortuis habiti fuerint,
» ac 4º. reversi non nisi per fictionem legis
» Cornelias pristina jura reperirent; 5º. quod
» lex Cornelia tantum reversis in eodem bel-
» lo succurrat, l. 5. §. 1. captiv. non vero
» si in alio bello revertuntur, dict. l. 5. §.
» 1. l. 12. pr. l. 17. capt. & postl. 6º. quod
» etiam post legem Corneliam omnes dispo-
» sitiones durante captitatem factæ effectu
» juris destituuntur. Nov. Leon. 140.

» CIRCA RES quoque captas singula-
» ria quædam jure Romano statuta legimus.
» Non enim gaudent postliminio arma amissi-
» fa, vestes, naves, quæ usum in bello non
» habent, ut voluptuaræ, &c. l. 2. §. 2. l.
» 3. captiv. Haec igitur res in præda esse
» dicuntur, adeoque reversæ pristinis do-
» minis non restituuntur. Rationes juris Ro-
» mani in sequentibus exponemus.

2 Qui partem ejus posteriorem productionem
putat esse verbi] Servius omnem significationem
ponit in verbo post; & liminium, ait, esse saltem productionem verbi: ut in
vocibus legitimum, finitimum, ubi itidem
timum saltem est productio vocis absque significatu; & illud tuuum in voce meditulum.
Vid. Cic. in Topicis n. 8. oper. tom.
4. p. m. 398.

Scenola] Verba ejus apud Ciceronem
d. l. haec sunt: Quæ a nobis alienata sunt
cum ad hostem pervenerint, & ex suo
tanquam limine extierint, cum redierint ad
idem limen, postliminio dicuntur redire.
Unde etiam colliminum dicitur apud Soli-
num, quasi conjunctio, seu coitus limi-
tum.

Ab antiqua voce limo] Limus etiam li-
mis dicitur. Donatus ad illud Terentij
Eun. act. 3. Scen. 8. ad verba, ego li-
mis specto: Limis, inquit, si nominativus
singularis est, transversus significat, &c.
Nam limis est transversus; unde limen

» quoque dicitur, quod ingredientibus, ex-
» cuitibusque transversum est. Rejicit hanc
» etymologiam Salmansius Obseru. ad jus At-
» tic. c. 26. p. 568.

Ut limen magis ad privata] Limen enim
de domo dicitur, Germanice die Schovelle
vom Haus: limes vero de agris. Livius quo-
que limiten civitatis dixit.

A D §. II.

EST ergo postliminium jus, quod na-
scitur ex redditu] Seu, uti JCTus illud
describit in l. 19. pr. Capt. & postl. Jus
amissa rei recuperande. Quæ definitio ve-
rior est, quia datur postliminium sine re-
ditu, & aliquando jus est rem amissam
recuperandi, et si extra nostros limites
nunquam fuerit. Nam duplex est postlimi-
nium: 1. quando persona, vel res no-
stræ civitatis ab hoste capitur, & intra
eius fines, seu præsidia abducitur, eoque
in hostis potestatem pervenit, ac postea
intra limites nostros redit: 2. quando ci-
vitatis nostra ab hoste occupatur, postea
vero, bello durante, a nobis, vel sociis
nostris recipitur; hoc casu civitas pristina
jura, tum publica, tum privata recipit,
at non redditu.

Intra præsidia] Ut captus is demum
dicitur, qui intra præsidia nostra deduci-
tur. Vid. supra c. 6. §. 3. Tunc enim de-
mum in nostra custodia, & potestate est.
Consensus gentium rem eo perduxit] Im-
mo id ex ipso jure naturæ sequitur. Nam
si civis noster, qui captus fuit, redit ad
socios nostros, omnia pristina jura ideo
recipit, quia socius sequitur nostrum ju-
dicium, nostramque defendit causam:;
adeoque ex judicio socii injuria captus
consetetur. Hinc Ælius Gallus apud Festum
Pomp. voce Postliminium: quæ nationes in
opinione nostra sunt, cum bis postliminium
nobis esse, ait.

In quo postliminium esse placuerat] Di-
xi, reversum ad socios nostros recipere
pristina jura, non ex placito gentium,
sed ex ipsa naturæ ratione.

Pervenisset ad amicos nostros] Qui ju-
dicium nostræ civitatis sequuntur.
Ad regem socium, vel amicum] Recte
Auctor ait, exempli causa id additum:
nam idem est si ad populum, seu tempu-
blicam sociam redux factus fuerit.

Non

Non simpliciter quibuscum pax est]" Hi enim medii dicuntur, & utriusque factum pro jure habent, ac judicium suum sustinent; indeque neutrum injuria facere afferunt.

Sed qui partes in bello easdem sequuntur]" Adeoque qui injuria captum afferunt.

Nomine publico tuti esse incipiunt]" Quod fit si intra eorum praesidia pervenerint.

Homo, aut res ad hos, aut ad suos pervenerit]" Juxta judicium enim & nostrae civitatis, & sociorum, personæ hæc, ac res injuria captæ censentur.

2 Bello capti statum non mutant]" Dixi enim, Medios, qui neutrius partem sequuntur, utriusque factum pro jure habere; indeque sequi debere illum statum, in quo persona, vel res constituta est cum intra limites mediorum pervenit. Si quis igitur eo pervenit ut servus, etiam pro servo habetur; si ut liber, manet liber. *Vid. mfr. cap. 17.*

Nisi ex speciali pacto, quomodo in secundo fædere isto, &c.]" Apud Polyb. l. 3. c. 24. Adeoque non ex jure naturæ, sed ex pacto, Romanorum amici a Carthaginensibus capti libertatem recuperabant si ad Romanorum fines perveniebant: jure naturæ enim Romani, utpote medii, factum Carthaginensium pro jure habere, adeoque captos pro jure captis habere debuissent.

Utque Cartaginensium amicis par jus esset]" Ut qui a Romanis capti e populis amicis Carthaginensium in portus Carthagini subditos venissent, in libertatem vindicari possent.

In Graciam commercio pervenerant]" I. c. quos Græci, qui medii erant, a Pœnisi victoribus pretio emerant.

Jus ibi postliminii non habuerunt]" Nam causam a Pœnisi habuerunt. Sane, Romani a Pœnisi capti servi fuerunt cum ad fines Græcorum pervenerunt: at pacati hunc statum sequuntur.

Neutras secti fuerant partes]" Adeoque medii erant.

Ac propterea]" Quia medii sequuntur statum rei, qui est dum pervenit ad eorum fines.

A D §. III.

Auctor hic ex JCtis Romanis probat, in personis æque, ac rebus, postlimino locum esse, & de utrisque olim dictum fuisse, postliminio recipi: posterioribus autem demum temporibus usitatam fuisse locutionem, ut personæ dicantur postliminio reverti, res autem postliminio recipi.

Ita enim legendum]" Sequitur id ex ipso contextu: nam Festus ad vocem postliminio sequentia notat: *receptum* (scilicet postliminio) *Gallus Elius ait, esse eum, &c.*

Eadem ratio est in postliminii receptu quæ servi]" In editione Gothofredi verba hæc inveniuntur: *eadem ratio est postliminium receptum est, quæ servi. Ego potius legerem: eadem ratio est postliminii receptus, quæ servi.*

Quæ delenda censet]" Quod supervacua esse videantur.

Jacobus Cujacius]" Salmasius pag. 580. putat, Fulvium Ursinum id censuisse, non Cujacium: atque id monet quoque Gronovius in not. b. At Cujacius omnino verba vulgaris editionis postliminium receptum is &c. tanquam supervacua delenda censet. L. 11. Obs. c. 23. & in paratitl. ad Cod. l. 7. tit. 49 p. m. 197.

A nobis ad hostes redire possunt]" Quia ex judicio civitatis hostilis injuria a nobis capti censentur.

Discrete magis duas statuerunt species postliminii]" Evidem l'omponius in L. 14. pr. ff. capt. & postl. & Tryphoninus in l. 12. §. 1. & 18. in fm. Eod. (quorum ille sub Commodo, hic sub Caracalla vivit) ajunt, personas reverti, res recipi. At Paulus, qui posterior fuit, & sub Alexander Severo scripsit, etiam de personis ait, quod recipiantur, l. 19. §. 12. ff. postl. Adeoque posteriores quoque JCti indiscrete personam mox reverti, mox recipi postliminio dixerunt: eodem modo uti & res postliminio redire, passim dicuntur. l. 28. ff. capt. & postl.

A D §. IV.

In bello]" Si scilicet durante bello virtute, bellica hostium potestati se eximit, & ad suam

» suam civitatem reddit. Quod adeo verum
» est, ut si capti illi per commercia ad pa-
» catos veniunt, ibique serviantur, tandem
» autem ad pristinos lares revertuntur, post-
» liminio recipientur. Et hoc sensu ad-
» mitti potest quod Gallus Aelius dixit, ,
» etiam cum fœderatis, & liberis populis, ac
» regibus, postliminium esse, ut cum hoste;
» quia pacatus ille, qui causam ab hoste
» habet, servum, vel rem acquirit cum
» sua qualitate, & conditione, i. e. salvo
» jure postliminii. *Vid. Grot. b. c. §. 18.*

In pace] Regulariter jus postliminii tan-
tum obtinet inter eos, inter quos bellum
est non vero cum iis, cum quibus pax
est. Tres autem excipiuntur casus, ubi post-
liminii jus etiam in pace obtinet.

I. Si in pace nihil de captis dictum est.
Etsi enim bellum ipsum, i. e. jus certan-
di per vim sublatum sit, circa damna ta-
men medio tempore data nihil transactum
est: adeoque res, & cives nostros injuria
captos, etiam pace facta, afferimus. Quo-
ties igitur res, & cives, a pacatis ad suam
civitatem revertuntur, postliminio gaudent,
i. e. omnia pristina jura etiam *IN PACE*
recipiunt.

Idque jure Romano quoque ita statutum
est circa eos, qui *FATO* capti, & in ser-
vitutem redacti sunt; & excipiuntur saltē
BELLO capti. *I. 12. pr. ff. postl. rer.* Hi
enim pace facta non recipiuntur postliminii
jure, nisi speciatim id in pace dictum sit.
Rationem afferit Tryphoninus, *quia spem re-
vertendi civibus in virtute bellica magis quam
in pace, Romani esse volvere; quæ ratio ces-
sat in actu captis.*

II. Si cives nostri, vel res nostra belle
captæ, per commercia ad medios perve-
niunt, & ab his ad nostram civitatem re-
vertuntur. Hoc casu postliminio etiam con-
tra pacatos, & fœderatos, adeoque *IN
PACE* loous est. Rationem explicavimus
in nota precedente.

III. Si cum aliqua gente nobis neque
amicitia neque hospitium, neque foedus a-
amicitiae causa est, sed ubi cives no-
stri, qui ad eos perveniunt, servi fiunt,
& quod ex nostro ad eos pervenit, illorum
sit, &c. etsi bellum ipsis denunciatum non
sit. Cum tali gente *PAX* esse dicitur, quia
hostes jure Romano non sunt, nisi quibus
bellum decretum est, *lib. 24. ff. captio*
Capti igitur a tali gente, si ad suam civi-
tatem revertuntur, postliminium habere in

PACE dicuntur. *L. 5. §. 2. capt. §
postl.*

*Sensu paulo alio, quam quo idem dixe-
rat Pomponius.]* Immo non alio sensu
Pomponius id dixit, sed alio usus est
exemplo.

Nisi aliud convenerit] i. e. nisi in pace
dictum sit, ne facto deprehensi dimittan-
tur, tunc enim cessat postliminium, &
civitas profugum domino vindicanti resti-
tuere tenetur.

*His, qui non virtute bellica superati, sed
fato suo deprehensi sunt]* Mirum videtur,
cur bello capti in pace non sit jus postli-
minii, nisi id in pactis erat comprehen-
sum; fato autem capti in pace sit postli-
minium, nisi in pace dictum sit, ne
esse.

*Grotius rationem differentia hanc redi-
dit, quod capiens credi voluerit jus sibi
fuisse res capienda. Si igitur pace facta
res capta, & reversa reciperetur contra-
dicente capiente, novam inde bellorum
segetem orituram esse, putat. Unde Au-
ctor fingit, gentes consenserit ut id, quod
BELLO, i. e. in actu repugnandi,
captum est, quasi ex justa causa captum
habeatur; simulque permisisse, ut unus
quisque usurparet quod vellet credi jus
esse.*

*Hanc autem rationem cessare, ait, in
FATO deprehensis, & captis: utramque
enim partem fateri eos innocentes, adeo
que non ex justa causa captos esse. Pace
igitur facta (interim enim detineri posse
putat) dimittendos esse, censet; adeoque
reversos jure postliminii omnia pristina
jura recipere, statuit.*

*At nihil hic est quod rationi juris con-
veniat. Negamus enim *A* novam bellum
segetem orituram esse si pace facta bello
capti aufugiunt, ac pristina jura in sua
civitatis recipiunt. Tryphoninus enim sup-
ponit, de captis nihil in pace dictum,
adeoque facultatem vi agendi quidem per
pacem sublatam, at de injuria privata,
& de damnis transactum non esse; hacte-
nus igitur injuria manet, sed vi ea vin-
dicari nequit: si proinde sine vi persona,
aut res recipi potest, (uti fit per postli-
minium) salva pace postliminio gaudent,
& si qui olim cepit bellum ideo inchoa-
re vellet, non jure ageret, sed injuria.*

*Negamus, *A* gentes in id consenserit,
et*

» ut bello capti ex justa causa videantur
 » capti, & ut quisque belligerantium usur-
 » pare possit in bello captos, quod vellet
 » credi jus esse, adeoque negamus, gentes
 » ex hoc capite reversis in pace postlimi-
 » nium ademissa. Nam 1. unde appetat,
 » gentes in id consensisse? quis gentibus
 » jus dedit bellum gerentibus leges prescri-
 » bendi? fabula est quae de jure gentium
 » voluntario traduntur. 2. Ipse Auctor pe-
 » riculosum esse, dixit, pacatis, se huic
 » controversiae immiscere: immiscerent au-
 » tem se si civitatem, quae postliminio per-
 » sonas, & res recipit, injuria recipere ita-
 » tuerent. Sed & 3. Grotius supponit, gen-
 » tes consensisse, ut quisque usurpare possit
 » quod velit credi jus esse: at is, qui reci-
 » pit in pace personas, & res captas, vult
 » credi se id jure facere posse, adeoque
 » hujus causa itidem justa esset.

» Denique & III. negamus, Facto de-
 » prehensoris innocentia esse, idque utrius-
 » que partis consensu constare, adeoque ne-
 » gamus, eos ex hac ratione pace facta di-
 » mitti debere, atque reversos jure postli-
 » minii priora jura recipere. Nam 1. natu-
 » rali jure fato capti aequae, ac bello capti,
 » ex judicio civitatis capientis nocentes sunt,
 » quod naturae rationibus probavi supra c. 7.
 » §. 2. Hinc Tryphoninus eos servos fieri
 » fatetur, d. l. 12. pr. Cum vero 2. ex
 » judicio nostrae civitatis injurya capti di-
 » cantur, haec vera ratio est cur reversi post-
 » liminium habeant; jam enim valet ju-
 » dicium nostrae civitatis.

» IV. Cur ergo Romani pace facta ne-
 » gant bello capti postliminium, si nihil de-
 » iis in pace dictum est; dent autem illis,
 » qui fato capti sunt? Resp. Rationem sup-
 » pediat Tryphoninus in d. l. 12, que
 » mere civilis est, & fundamentum habet
 » in rigore disciplinae militaris. Alibi enim
 » probavimus, miseram apud Romanos fui-
 » se conditionem civium bello captorum.
 » Captos enim pro servis, i. e. pro civili-
 » ter mortuis, qui omnis juris incapaces
 » essent, habebant; tantumque in eos fuit
 » odium, ut rarissime in pace de captis
 » mentionem fecerint, coque declaraverint,
 » se illos pro civibus amplius habere nolle;
 » atque ex hac ratione reversos in pace a
 » postliminio excluserunt. Haec ratio quoque
 » a Tryphonino allegatur, dum ex Servio
 » refert, ideo id placuisse, quia spem rever-

» tendi civibus in virtute bellica magis,
 » quam in pace, Romani esse voluerunt.

» Tota haec ratio cessat in fato depre-
 » henfis, qui non bello capti sunt, sed
 » cum subito exarsisset bellum, apud eos
 » deprehenduntur, ad quos tanquam ad a-
 » micos pervenerunt: odium igitur, quo
 » Romani bello captos prosequabantur, ad
 » eos, qui fato capti sunt, non pertine-
 » bat.

» Superest ut paucis mentem Auctoris,
 » obscuram admodum, explicemus.

Aliis autem captiis] Qui scilicet non
 » fato, sed bello decertantes capti sunt.

*Ut optimi eum Thryphonini locum emen-
 » dat, &c. Faber]* Ita autem corrigit legenda
 » 12. pr. Postl. *In pace autem bis*, qui
 » bello capti erant, de quibus id (pro nihil)
 » in pacis erat comprehensum. Ex hac ipsa
 » igitur oppositione eorum, qui fato, &
 » eorum, qui bello capti sunt, appetat,
 » correctionem necessariam esse; & eos in
 » pace postliminio reverti, qui fato capti
 » sunt, non qui bello. Ratio quoque a Jcto
 » allegata correctionem firmat. Romana
 » enim disciplina non favet illis, qui ar-
 » mati mortem servituti non preferunt. Nam
 » ex eadem ratione milites arma bello amisi-
 » sa postliminii jure non recipiunt. l. 2. ff.
Captio.

» Tota haec ratio cessat in iis, qui non
 » armati, nec tempore belli, sed fato in po-
 » testatem hostium pervenerunt; his nihil
 » imputari potest, nec armati capiuntur,
 » adeoque eis etiam in pace revertendi fa-
 » cultas relicta est.

Nam hoc & subjecta ratio] Ratio haec
 » allegatur, quia spem revertendi civibus in
 » virtute bellica magis, quam in pace, Ro-
 » mani esse voluerunt. Et haec igitur ratione
 » mere civili postliminium non datur eis,
 » qui vi bellica capti sunt.

Et oppositum membrum] Verba legis
 » haec sunt: verum, in pace qui pervenerunt
 » ad alteros, si bellum subito exarsisset,
 » eorum servi efficiuntur, apud quos iam
 » hostes suo fato deprehenduntur, quibus post-
 » liminium est tam in bello, quam in pace.

Ita enim convenerat] Si igitur de capti-
 » vis nihil dictum fuisset, nec hostes eos
 » dimisssi, nec reversi postliminio gavisuxi
 » fuissent.

Si captivus, de quo in pace cautum fuerat] Patet ergo, captivum si in pace cau-
tum non fuisset ut rediret, pristina jura
receptorum non fuisse.

Si in bello captus pace facta domum refu-
git; postliminio reddit, &c.] Casus hujus
legis hic non pertinet. Non enim ibi
quaeritur, an civis noster bello captus pa-
ce facta postliminium habeat id enim
negant leges: sed an captus ex hoste,
(adeoque servus noster) & pace facta re-
versus ad suam civitatem, si postea alio-
bello capit, pristino domino restituendus
sit? Quod omnino affirmandum est,
quia priori pace de damnis, & injuriis
nihil dictum est, adeoque ex iudicio no-
strae civitatis servus ille injurya fese poten-
tia domini eripuit: novo igitur bello ca-
ptus non praedae loco est, sed jure postli-
minii pristino domino restituitur.

Si modo non convenerit in pace] Si
enim convenerit in priori pace ut captivi
redderentur, captus novo bello non re-
cipitur a pristino domino, sed cedit ca-
pienti jure praedae.

Causam cur de his, qui bellica virtute
capti, &c.] Rationem hujus differentiae
modo exposuimus.

Minime indulgens in captivos] Adeo
ut plerumque nec de captivis aliquid di-
cere in pace soliti fuerint.

Sed hac ratio Romanorum propria, non
potuit constituire jus gentium] Nec Ro-
mani id pro iure Gentium venditarunt.

Potuit tamen inter causas esse cur Roma-
ni, &c.] Quo casu Grotius non jus gen-
tium verum, sed minus plenum consti-
tui, putat: Nos alibi diximus, male haec
jura a pluribus usitata referri ad jus gen-
tium, sunt enim jura civilia cuiusque ci-
vitatis.

Ab aliis gentibus] Nam & apud Gra-
cos, speciatim apud Spartanos, similia
obtinuisse, Aristoteles testatur. *Vid. infr.*
c. 2 r. §. 24.

Verior hac est ratio] Hanc rationem
Grotius exposuimus, & examinavimus su-
pra ad n. 1.

*Quod reges, aut populi, qui bellum susci-
piunt, credi volunt justas sibi fuisse causas]*
Hoc non sequitur ex eo, quod bellum
gerentes id credi volunt, sed ex ipsa na-
turæ ratione. Cum enim inter duas sum-
mas potestates, quarum quæque conten-
dit, suam causam justam, alterius inju-

stam esse, superior non sit, qui de causa
justitia cognoscat, morali ratione de ju-
stitia causæ decidi nihil potest; sed suspen-
di ea debet, donec per ultimam victo-
riam, arbitrante Deo, lis decidatur.

Nec tutum esset pacem servare cupientibus
buic se controversiæ interponere] Immo
nec naturali ratione id possunt, quia ju-
dicium eis in bellum gerentes non com-
petit; & si unius causam justam declara-
rent, hoc ipso posterioris hostes fierent.

*Ut id, quod evenisset, pro iure accipe-
rent.]* I. e. Judicium de justitia causæ
suspenderent, & præsentem possessionem
sequerentur.

*Atque ita captos in actie repugnandi ba-
berent quasi ex justa causa captos]* At-
qui paulo ante dixit, tutum non esse
pacatis huic controversiæ se interponere:
at fese interponerent: si bello captos ex-
justa causa captos assererent; consequen-
ter declararent, eum, qui postliminio eos
recipit, injurya eos recipere.

Demonstravimus in præcedentibus, ra-
tionem cur Romani bello captis postlimi-
nium negaverint, non in eo consiliter,
quod gentes eos quasi ex justa causa ca-
ptos habuerint, sed quia Romani in o-
dium captorum eos ab hoc iure (contra
naturæ rationem) exclusos voluerunt.

*At de his, qui bello exorto deprehensi
erant, idem dici non poterat* Immo eadem
ratio hactenus in fato captis militat; ut
scil. ab hoste, qui justam sibi causam af-
ferit, capi possint:

*Nam in illis nullum injuryæ consilium fir-
gi poterat]* Immo idem injuryæ consi-
lium in fato captis adest: Nam hi quoque
causam suæ civitatis sequuntur, eamque
defendunt, & defendere tenentur, adeo
que hostem injurya agere contendunt. Un-
de Tryphoninus recte asserit. *eum servum*
fieri l. 12: pr. captiv. atque ideo eum
postliminio gaudere, ibid.

*Retineri eos manente bello, non iniquum vi-
debatur]* Si innocentes, adeoque injurya
capti essent, nec retineri possent durante
bello. Verius igitur est, eos ideo, quia
causam suæ civitatis, adeoque causam ex
iudicio capientis injustam, defendunt,
pro hostibus haberi, indeque in servitu-
tem redigi posse.

*Nihil obtendi poterat quo minus dimitteren-
tur]* Immo capiens allegare potest, se civem
hostis sui, qui ejus causam defendit, cepisse.

Itaque

Itaque consensum in boc est] " Scil. a gentibus pacatis , adeoque jure gentium voluntario. At fabulam esse , quæ de tali jure produntur , alibi probavimus.

Ut tales] " Scil. fato capti.

In pace semper libertatem obtinerent , ut confessione partium innocentibus] " Diximus , fato captos non magis esse innocentibus , quam bello captos , eosque æque , ac hos servos factos , atque ipsis qua servis postliminium esse. Adeoque Thryphoninus eos non in eo distinguit a bello captis , quod fato capti nocentes non sint , & quod ex consensu gentium quasi ex non justa causa capti habeantur , atque ideo postliminio gaudent ; sed quia Romani vitio verterrunt bello captis , quod non in virtute bellica , sed in pace spem revertendi posuerint : quæ ratio cessat in fato captis.

In ceteros vero] " i. e. in bello captos.

Ut quisque usurparet quod credi vellet jus esse] " Credi autem vult , sibi esse justam causam , alteri injustam , vid. n. 1. Unde concludit , ex gentium consensu bello captum , si ad suos revertitur , postliminium non habere. At diximus 1. tam gentium consensum non existere : 2. jure naturæ etiam bello captum in pace postliminio gaudere : & 3. jure Romano demum in odium captivorum id mutatum esse.

Nisi quatenus pacia certi aliquid prescriberent] " I. e. nisi pace dictum sit , ut etiam bello captis postliminium esse debeat : at diximus , id jure Romano demum statutum esse ; jure naturæ enim eis jus postliminii prodest , etiam si nihil de illis in pace dictum sit.

Quia viator credi vult sibi fuisse ista querendi] " Atqui victus contrarium assertit , victores nimurum injuria cepisse ; atque hoc judicium valet in civitate victi , si captus reversus est.

Cui contradicere , id vero fuerat bella ex bellis serere] " Sensus est , quod si civitas civem bello captum , de quo in pace nihil dictum est , pace facta recipere , eoque contradiceret ei , qui credi vult jus sibi fuisse capiendo , bellum ex bello sereretur. At in præcedentibus demonstravimus , per pacem tantum de bello , & ne amplius vi agatur , transigi , non vero de injuris , & damnis medio tempore datis ; nisi id in specie additum sit pacto. Hoc positio sponte sequitur , injuriam illam etiam pa-

Tom. IV.

ce facta subsistere ; adeoque si absque vi persona , vel res capta ad nos pervenit , postliminio locum esse , quia ex judicio nostræ civitatis injuria capta censetur : quod judicium cum effectu jam valet. Ex quibus appetit] " Ex supposito , nimirum , quod bello capti ex consensu gentium postliminio non revertantur pace facta.

Quia bello parta non nisi eadem vi possidentur] " Grotius enim supponit , gentes in hoc consensisse , ut quisque usurparet quod vellet credi jus esse : cum igitur visor vult sibi jus fuisse ista querendi , neque victo jus esse contradicendi , (ne bella ex bellis sererentur ,) inde concludit , verum non esse quod Quintilianus ait , bello parta eadem vi possideri ; indeque captos , si in patriam redeunt , liberos esse negat. Ex placito enim illo gentium desinere vi possessa , putat , si pace facta nihil de iis dictum , eoque cuique parti indultum sit , ut quisque usurparet quod vellet credi jus esse.

At 1. placitum illud gentium non agnoscamus , & jus gentium non existere , alibi probavimus : fragmentum igitur est , gentibus placuisse ut fato capti , & reversi , tanquam innocentibus , liberi essent , bello capti autem postliminio non gauderent. Nam 2. bello capti jure naturæ quoque postliminio gaudent , si in pace de iis nihil dictum est ; cuius rei rationem modo explicavi : & de hoc jure naturæ loquuntur Quintilianus ; licet enim de causa belli transactum sit , injuria manet intuitu damnorum durante bello datorum , saltet ex judicio nostræ civitatis. Adeoque vi quidem , & armis reparatio injuriarum peti nequit , quia de vi transactum est ; at si absque vi ea reparatio obtineri potest , uti potest per postliminium , & ingeniose , & ex vero afferit Quintilianus , reversos liberos esse , quia hostiis vi erepta non nisi eadem vi , adeoque injuria possidebat. Quod vero 3. bello captis postliminium etiam pace facta denegatum fuerit , id meri jus civilis est , cuius rationem in præcedentibus explicavimus.

Diximus de pace] » Scilicet , an , & quantum postliminium in pace obtineat.

In bello redeunt postliminio bonines , qui antequam caperentur , liberi fuerant] » De postliminio personarum agitur §. seq.

Recipientur servi , & alia quadam]
» Servi rerum numero habentur , de quibus
§. 13. seq.

AD §. V.

L I B E R homo] Bello scil. captus , &
» durante bello (secus , ac in pace) reversus
» Vid. §. præc.

Si hoc animo ad suos venerit , ut eorum
res sequeretur] » Non enim videtur redi-
» ifse , qui redeundi animum non habuit ;
» nec recepisse statum suum pristinum , qui
» iterum recessurus est. Est autem haec res
» meri arbitrii , quia cuique privato liberum
» est de suo jure civis privato disponere.
» Vid. disp. nostram de postl. Sect. 2. §. 27.
» propter l. 12. §. 9. l. 20. pr. ff. l. 19. in f.
» C. de capt. & postl.

Se debet acquirere] » I. e. animum re-
» deundi habere debet.

An dolo profugerit] » De jure fugiendi
» captivorum actum est supra l. 3. c. 7. §. 6.

Tantundem est si ab hostibus sponte sit
» traditus] » Vel si ab hoste manumissus est ,
» d. l. s. §. 3. captio.

Si ab hoste venditus commercio , ut sit , ad
» suos pervenerit] » Recte Auctor ait , liberos
» fieri , quia emtor res saltem conditionale
» habet in servum , nisi postliminio redierit.
» Idem est si ad socios pervenit , quia horum
» quoque judicio injuria captus dicitur , adeo
» que intra eorum fines reversus pristina ju-
» ra recipit.

In Olynthio , quem Parrhasius emerat]
» Fictum hoc argumentum esse , ait Schot-
» tus in not. ad Sen. d. c. 34.

Quo Olynthii jubarentur liberi esse , &c.]
» Quos Philippos ideo , quod fratres ex no-
» verca receperissent , excidit. Jus. l. 8. c.
» 3. Orof. l. 3. c. 12. De quo bello late-
» differit Schottus in not. ad d. c. 34.

Quorum hoc est versus] » Parrhasius pi-
» etor Atheniensis , cum Philippus Olynthios
» captivos venderet , emit unum ex his se-
» nem , eumque perduxit Athenas , (ubi
» decretum factum erat ut Olynthii liberi es-
» sent) eumque torsit , ac ad ejus exem-
» plar pinxit Prometheus. Parrhasius ideo ac-
» cusatus ajebat , servum suum faisse , quem
» belli jure captum emisset. Accusator rege-
» rebat , Olynthios foedere junctos , quin
» cives Athenienses esse : replicabat reus , id
» demum decreto factum esse , quod in fu-

• turum saltem valeret , non in præteritum.
 • At opponebat Accusator , decreto illo non
 • contineri ut liberi fierent , sed ut liberi
 • judicarentur , i. e. ut tanquam foederati ,
 • & amici pro liberis , non pro captis ha-
 • berentur : quam sententiam probat Au-
 • ctor , quia captus , qui ad socii civitatem
 • revertitur , jure postliminii omnia jura
 • pristina recipit.

AD §. VI.

N o n se tantum sibi acquirit] » I. e. non &
» tantum ipse libertatem recipit.

Sed & res omnes , quæ babuerat apud
pacatos , &c.] » Nam pacati utriusque fa-
ctum pro jure habent. Quamdiu igitur
captus fuit , eum pro servo habent ; eo
liberato , (uti liberatur si intra suæ civi-
tatis , vel sociorum fines redit) jura ei in-
tegra esse , merito statuunt.

Sive corporales , sive incorporales] Excipi-
» untur autem ea , quæ capiens durante ca-
» ptivitate exegit ; quod alibi exemplis de-
» monstravimus.

Quia populi pacati sicut factum pro jure
secuti erant in capto] » Dum eum , qui in
» potestate hostis est , pro servo , ac capien-
» tem pro ejus domino habuerunt.

Ita & in liberato] » Dum eum nunc ,
» cum ex potestate hostium exiit , & ad suos
» reversus est , pro libero homine habent.

Ut se aquos præbeant utriusque parti] » Nam
» in eo consistit officium mediiorum. Vid.
» infra cap. 17.

Ergo dominium , quod babuerat in res ,
non erat sine omni conditione] » Acquit-
» sitioni enim rei hostilis semper ineft con-
» ditio , nisi postliminio redierit , l. 12. §. 1.
» captiv. & postl. Conf. infra. c. 16. §. 1.

Cessare enim poterat ipso invito , si captus
qui fuerat , ad suos pervenisset] » Eadem
» igitur conditio , sub qua capiens dominium
acquisivit , transit in emtorem.

Hoc ergo res] » Scil. quas captus habuit
» apud populos pacatos.

Sic ille perdit , quo modo hominem , cuius
erant accessio] » Si enim captus , & re-
» versus , desinit esse servus , necessario etiam
» recipit res , quæ tanquam servus , & quam-
» diu servus fuit , amiserat.

Quid si tamen alienasset] » Ponamus , ho-
» stem vendidisse servum ei , qui pacatus
» nobis est , vel vendidisse ades capti in
» terris

» *terris pacatorum sitas ; quæritur , si servus
revertitur ad pristinum limen , an liber-
tatem recipiat , & an ædes venditas in ci-
vitate pacata vindicare possit ? Auctor af-
firmat , quia pacati non plus juris habent ,
quam ipse hostis , a quo res acceperunt .
Illius autem juri conditio inerat , nisi post-
liminio res reciperetur .*

*Tutus erit jure gentium] » Frustra de jure
gentium quæritur , cum tale non existat ;
sed quæritur , an jure naturæ tutus sit ?*

*An & hoc recuperabuntur] » Quod ve-
rius est .*

*Exstabant] » Adeoque in hostis potesta-
te amplius non sunt .*

*Ut postliminio redeant] » Jure naturæ
omnia jura in pristinum statum restitu-
untur .*

*Et quæ extra id genus sunt] » Plures
enim res sunt , quæ postliminio carent ex
jure civili .*

*Ut illa videantur alienata cum sua cau-
sa , & sub conditione] » Dicit enim Auctor
num. præcedente , capientem dominium in
res capti acquirere sub coditione , ni post-
liminio recipiantur . Si proinde capiens
rem illam alienat , & in pacatum trans-
fert , hic non nisi sub eadem conditione
acquirit .*

*Ita vero] » Quæ scil. non sunt ejus ge-
neris , ut postliminio redeant .*

*Simplicer] » His enim rebus alienatis
conditio talis non inest , quia postliminio
carent , adeoque alienatio pura est .*

*Eiam quæ donata] » Ut Cæsar Dyrra-
chinis donavit debitum . Vide supra c. 8. §. f.*

*Aut acceptilata sunt] » Ut Alexander
Thessalensis accepto tulit debitum , quod The-
banis debebant . Vide d. c. 8. §. f. &
infr. §. 9. n. 1.*

A D §. VII.

*At sicut ad postliminio redeuntem jura
redeunt] » Nam reversus omnia pristina ju-
ra recipit .*

*Ita & iura in ipsum] » Hoc est quod
Ulpianus ait , captivo reverso ei , & in eum ,
omnia iura restituuntur .*

Hinc jam appareat , quid in debitis capti
juris sit . Ubi distingendum est , an captus
creditor sit , an debitor . Si captus CREDI-
TOR est , i. e. si ei debetur vel a civi
nostro , vel a pacato , vel ab ipso hoste , &

hostis cum cogit ut cedat debito , vel illud
remittat , debitor non liberatur si apud nos ,
vel socios nostros conveniri potest . Disp.
nostra de postlim. S. c. §. 13. & 14.

Si captus DEBTOR est , i. e. si debet
civi nostro , vel alii , & cogitur solvere fisco
hostili ; vel si remittitur debitum ab hoste ,
itidem non liberatur , sed restitutus solvere
debitum tenetur , dict. Sect. 3. §. 10. II.
12. 13. 14.

Si hostis ipsum imperium occupat , nec
credita , nec debita mutare potest , nisi pu-
blica sint , ibid. §. 15. §. 16. Pace facta si
nihil de nominibus dictum est , jus postli-
minii manet , nisi clausula amnestie adjecta
fuerit , dict. disp. Sect. IV. & seq.

Latus hasc explicavimus in ipsa dispu-
tatione : cujus contenta vide supra §. I.
propof. 9. pag. 211.

Additio.

» Nostram sententiam de nominibus , &
quatenus jus postliminii locum ibi habeat ,
exposuimus in Disp. proœm. XII. §. 763.

*Ac si nunquam ille hostium potitus fu-
set] » I. e. ac si nunquam in hostium po-
testate fuisse . Vid. Gron. b.*

A D §. VIII.

*POSTLIMINIO carent qui armis vici
hostibus se dederunt] Quia non per injuriam
capti sunt , sed voluntate sua se , suaque
hostis dominio subjiciunt . At hoc casu jus ,
quod magistratus in civem sese dedentem
habet , vi occupatum est ; hoc igitur jus
cive reverso magistratus jure postliminii re-
cipit , dict. disp. Section. I. §. 15. seq. Sect.
2. tb. 13. Vid. supra §. I. prop. 6. ubi late-
hanc materiam tractavimus .*

*Quia pactiones cum hoste factæ valent jure
gentium] » Immo valent jure naturæ . Is
enim , qui se dedit hosti , declarat se velle
apud eum manere , eamque fidem hosti
dat , quam proinde servare tenetur .*

*Nec adversus eos est postliminium] » Quia
non injuria ab hoste detinetur , sed vo-
luntate sua . Sed nec magistratus jure post-
liminii jus aliquod in civem recipit , quia
nullum jus in captum , qui domicilium
mutavit , habet .*

*Postliminium non esse sibi] » Quia ea lo-
ge dimissi fuere , ut redirent .*

*Unde] » Quia adversus pactiones postlimi-
nium non est .*

Induciarum tempore] Tenor enim induciarum est, ut omnia interim in eodem statu maneant, & de injuria vi agi non possit: suspensum igitur interim est judicium de injuria, in qua sola fundatur postliminium. Adeoque durantibus induciis utraque pars, quæ tenet, quasi mutuo consensu tenet: adeoque jure tenere videtur, *dicit. disp. Sect. 2. §. 33. Vid. supra. §. 1. propos. 10. pag. 220.*

Qui hostibus deduntur, &c. postliminio reverti] » Rex enim, qui dedit subditum suum, saltēm jus publicum in civem det, non jus privatum civis. Adeoque etiā jus recipiendi cesseret intuitu Principis, non tamen cessat ratione civis, qui injuriam sibi factam allegat.

Sine ulla scil. pactione] » Nam si civis consentit, cessat injuria.

A D §. I X.

Quæritur, an civitates, provinciae, vel integri populi ab hoste occupati, & vi sociorum liberati, postliminio gaudеant? Quod affirmandum putamus; nam ex iudicio nostro hostis injuria nostram civitatem occupavit: merito igitur recipimus jus injuria nobis eruptum. Idque verum est, etiā civitas nolit in potestatem prioris imperantis redire; quia singuli de suo quidem jure privato civitatis, non civitas de jure imperii disponere potest. *Vid. dicit. disp. Sect. 1. §. 26. seq. Hottom. qu. illustr. 5.*

Additio.

» Quæstionem hanc Auctor jam supra proposuit *lib. 2. c. 4. §. 14* eamque repetit *infra. §. 12.* Id autem quæritur, an illi populi, qui liberi fuerunt, pristinam recipiant libertatem si vel ipse se virtute bellica, vel socii eos eximunt hostili imperio? Grotius id affirmat, & duplīcē addit exceptionem: 10. si vīctor ex voluntate tacita populi jus firmum accepit, *l. 2. c. 4. §. 14*: 20. si ipsa multitudo, quæ corpus populi constituit, dissoluta fuerit, *b. c. §. 9. n. 1. & §. 12.*

» Equidem regula illa indubie vera est, si populus **B E L L O N O N D U M F I N I T U M** sua virtute, vel ope sociorum, hostili imperio eximitur. Nondum enim vitius videri potest, quamdiu controversia per ultimam victoriam decisa non est; non autem est decisa si vel ipse populus, vel

» ejus Rector, spem revertendi retinent: ut si aliena auxilia querunt, vel si socii causam populi defendunt, & tandem populum hostili imperio eximunt. Cuius rei plurima exempla refert Grotius *b. §. 9. §. 10. n. 3. §. 13. n. 1. & cap. 16. §. 4.* Idque obtinet etiā civitas diruta, & cives ejecti, aut venditi fuerint (quicquid dissentiat Grotius *b. §. 9. & l. 2. c. 4. §. 14.*). Bellum enim finitum non est, quamdiu spes est recipienda libertatis, i. e. quamdiu socii causam illius populi defendunt; quod in Sagunto, & Sutriis contigit, *Grot. b. §. 9. n. 1. & d. c. 16. §. 4.* Neque allegari potest, corpus periisse; quæ est ratio Grotii *b. §. 9*: nondum enim perit quod adhuc defenditur vel querendo auxilia, vel per socios.

» Quæ haec tenus dicta sunt, obtinent, etiā populus nolit redire sub imperium Principis. *Vid. lit. k. & §. 12.*

» Aliud dicendum si **B E L L U M F I N I T U M E S T**, i. e. si nec populus, nec Princeps amplius resistunt, nec socii causam populi defendunt: tunc enim imperium interiit, & populus alieno imperio subiicitur. Si proinde talis populus, vel Princeps, dissolvere imperium velit, non recipit pristina jura, sed subditi a victore tanquam rebelles, servique contumaces. coercent possunt: *Vid. Grot. d. §. 14. & c. 22. §. 11. in fin. vel si jugum excutiunt, novus fiunt populus, novaque civitas.*

» Adeo igitur non redintegratur populus, ut si is, qui oīm socius fuit, causamque populi contra usurpatorem defendit, postea ex nova causa cum eodem usurpatore bello deceritat, ac hunc populum, oīm socium, potestati ejus eripit, populus ille non in veterem causam recidat, nec libertatem recuperet, sed novo victori, oīm socio, jure belli cedat. *Vid. Grot. infr. §. 12.*

» **T U M** quia populus ille nunc partem imperii usurpatoris constituit, ejus causam defendit, ejusque iudicium sequi teneatur; adeoque victori omnia in eum, tanquam hostem, licent: **T U M** quia populus ille non amplius est idem populus, cum quo præsens vīctor oīm societatem contraxit; is enim populus esse delit, adeoque societas sublata est. *Vid. Grot. l. 2. c. 16. §. 16. & §. 17.*

» Si vīctor ipse civitatem bello devictam post aliquod tempus libertati restituit, queritur, an ea jure postliminii pristina jura

» *jura recipiat?* Merito id negamus; nam
» civitas illa semel sublata, & jus imperii
» ei ademtum fuit, adeoque species civita-
» tis interiit. Quicquid igitur libertatis ex no-
» va gratia acquirit, novum jus est. Sed &
» tota ratio postliminii hic cessat; non enim
» res recipitur ab hoste, sed hostis ipse juri suo
» praesenti renunciat. Neque civitas allegat,
» se recipere jura injuria sibi ablata; sed fa-
» tetur, ex gratia victoris libertatem sibi dari.
» Recte igitur Grotius ait, Thebanos
» (quibus ab Alexandro victis, & diruta ci-
» vitate sub corona venditis, a Castandro
» libertas data fuit) non potuisse antiquum
» debitum a Thessalibus petere, quibus Ale-
» xander debitum remiserat; Thebanorum
» enim civitas, & populus, qui olim fuit,
» interiit, & nova civitas constituta fuit
» ex gratia victoris.

» Denique gravis quæstio examinanda fu-
» pereft: *Quid juris sit circa actus victoris medii
temporis? An scil. illi subsistant si populus,
vel eius caput, jure postliminii pristinam
recipit libertatem?* Resp. Idem hic obti-
» net, quod supra de actibus Tyranni dixi-
» mus: nimirum, omnes actus victoris nul-
» los, & ex civitatis liberata judicio (quod
» nunc, ea jure postliminii recepta, valet)
» injuria peractos videri. Excipe 1. si quis
» per actum illum locupletior factus est cum
» jactura concivis: 2. si actus illi sunt pars
» administrationis: 3. si victor debita exe-
» git, adeoque jure præde ea quæsivit. Vid.
» l. 1. c. 4. §. 15.

» Hinc jam facile decidi possunt quæfio-
» nes apud Neapolitanos disceptatae, post-
» quam Ferdinandus à Gallis temporibus
» Caroli VII. ejectus regnum postliminio re-
» cepit.

» *Ad priorem enim exceptionem* pertinent
» sequentia exempla: 1. Palamedes, capta a
» Gallis Neapoli, carceri inclusus promisit
» 100, & fidejussorem dedit Archiepisco-
» pum, qui Palamedem solvendo illa 100.
» liberavit. Gallis ejctis fidejussor petiit so-
» lutum: opponebat Palamedes vim Gallo-
» rum, & contendebat, principalem promis-
» sionem nullam esse, adeoque & accesso-
» riā. Senatus judicavit, Palamedem te-
» neri ad restitutionem soluti si fidejussor
» coactus solvisset, non si sponte. *Mattb.*
» *de Afflict. decif. Neap.* 149. *nun.* 3.
» Nos utroque casu reum principalem tene-
» ri putamus, quia duo hic sunt negotia;

» alterum, quod inter Gallos, & Palame-
» dem intercedit, & quod vitio non caret;
» alterum, quod inter incarceratum, & fi-
» dejusserem, & in utilitatem Palamedis ge-
» stum, eoque validum est, quia pro pecu-
» nia soluta nactus est libertatem. *Conf.*
» *Grot. l. 3. c. 19. §. 4.* Neque obstat, fide-
» jussoriis obligationem non valere, quia prin-
» cipalis nulla est. *Resp.* Immo obligatio
» principalis valet; alibi enim dictum est.
» vim, & metum non tollere consensum:
» *l. 21. §. 5. ff. quod met. c.* adeoque ac-
» cedere ei fidejussor potest.

» *II.* Gali civem Neapolitanum carceri
» tradiderunt, qui ut se liberaret, rem suam
» vendidit, ac pretium Gallis solvit. Quæ-
» ritur, an fugatis Gallis rem ab emitore
» vindicare potuerit? Negatur, quia emtor
» bona fide emit, & pretium in utilitate
» venditoris verum est; nam liberatus est
» illa pecunia. *Vid. tamen Hyppol. in sing.*
» *306. Et Conf. l. 2. n. 20.*

» *Secunda exceptionis* exempla sequentia
» refert idem *Mattb. de Afflictis* in decisio-
» nibus Neapolitanis.

» *I.* Rex Ferdinandus omnes actus tem-
» poribus Gallorum gestos nullos declara-
» vit. *M. de Afflict. dec. 55.* Huic edicto
» convenienter creditor processum, quem
» sub usurpatore inchoaverat, novo dato li-
» bello redintegrat. Reus exigebat expen-
» fas prioris litis: Consiliarii in diversas ivere
» sententias. *M. de Afflict. dec. 70.*

» Verior est sententia eorum, qui nega-
» bant expensas restituendas esse; non enim
» temerarie item priorem suscepit. Jus suum
» persequi etiam sub Usurpatoris imperio
» licitum est. Immo Usurpator tenetur jus
» reddere subditis, idque pars administra-
» tionis est, fatente eodem Auctore *dec.*
» *77. n. 3.* Quod vero postea lis illa nulla
» declarata fuerit, id non ex vitio actoris,
» sed ex lege Principis est, qui postliminio
» imperium recepit: cum igitur actoris cul-
» pa non sit, nec ad poenam temerarii li-
» tigii teneri potuit.

» *II.* Judices Galli dederunt dilationem ad
» probandum: probationes quoque produ-
» cuntur, rege restituto quærebatur, au-
» probationes valerent? Ratio dubitandi vi-
» debatur, quod omnes actus Usurpatoris,
» adeoque & illa dilatio concessa, nulla de-
» clarata fuerit, indeque nova dilatio jam
» peti debuisset. Sed recte decidit *M. de*
» *V. 3* *Affl.*

» Afflictis dec. 55. probationes valere, non
» ex ea ratione, quam ipse allegat, quia
» valent probationes factae etiam sine dilatatione
» data; sed quia actus Usurpatoris valent
» si pars sunt administrationis: hujus autem
» pars est jus reddere, &c.

» III. Dilatio ad probandum data fuit
» actori; ante decursum termini Galli ad-
» venerunt, & actor fugam cum Ferdinandu-
» do rege legitimo arripuit. Redux præclu-
» debatur a judice inferiori, qui rationem
» hanc afferebat, quod licet status mutatus
» fuerit, tamen semper fuerit ministrata ju-
» stitia, adeoque oportuerit eum dilationem
» impetrare. M. de Affl. dec. 50. n. 3.
» At dilatio ei merito in superiori Consilio
» indulta fuit, quia jure postliminii res in
» eum statum, quo antea fuit, reducitur,
» d. l. n. 6.

» I V. Hinc apparet, etiam confessiones
» coram Usurpatore factas valere. Ursell. ad
» M. de Affl. dec. 77. num. 3. Capyc. dec.
» Neap. 179. Et

» V. Sententias a judicis ordinariis latas
» vim juris habere: Ursell. in addit. ad M. de
» Affl. dec. 62. n. 1. et si dissentiat ipse
» M. de Affl. at ex speciali ratione, quia
» Ferdinandus omnes actus Caroli annulla-
» vit. Id. dec. 55.

» Tertia exceptionis exemplum apud cum-
» dem Matthæum de Afflictis occurrit. Ci-
» ves, nimirum, Neapolitani multam regi le-
» gitimo debebant pecuniam; adveniente
» Gallo debitores jussu fisci Gallici solvunt
» debita. Postquam Ferdinandus recupera-
» vit regnum, diem dixit debitoribus ut
» sibi denuo eadem debita solverent; sed
» merito liberati sunt illi, qui jussu victoris
» solverunt, quia regis ejecti credita cedunt
» victori jure prædictæ: Matth. de Affl. dec.
» 150. n. 32. Conf. supr. §. 6. §. Dij. proœm.
» XII. §. 766. nisi debitores in mora fuerint
» Ferdinandus solvendi, ibid. vel partem fal-
» tem victori solverint, et si quietantia de tota
» summa data sit, ibid. n. 34.

» An debitores, qui victori id, quod vel
» fisco, vel privatis debebant, solvunt, fu-
» gato hoste denuo a creditoribus conveniri
» possint, late disputatur apud Dec. conf.
» 25. Pet. de Anch. conf. 64. Bald. conf.
» 228. B. Parens rem decidit in disp. de poſt-
» lim. Sect. 3. Add. supr. pag 211.

» Idem § in populis locum babere arbitror.]

» Si scilicet civitas, vel regnum in hostis
» potestatem venit.

» Ut qui liberi fuerint, suam recipientant li-
» bertatem] » Jure postliminii,

Si forte eos vis sociorum eximat hostili
imperio] » Eodem scilicet bello. Nam si
» per ultimam victoriam civitas illa capta,
» & bellum finitum fuit, recepta a sociis in
» alio bello non gaudet postliminio. Vid.
» infra §. 12.

At si ipsa multitudo] » I. e. si civitas esse
» desiit. Vid. supra l. 2. c. 4. §. 14. l. 2. c.
» 22. §. 12.

Verius puto, non evadere populum cen-
seri] » Sed novum populum, novamque
» civitatem; quæ non succedit in jura prio-
» ris civitatis, utpote extinctæ penitus.

Nec postliminio res restituti ipso gentium ju-
re] » Eodem modo, uti homo captus, qui
» moritur apud hostes, postliminio restitu-
» nequit, l. 18. ff. capt. §. postl. §. 5. Inst.
» Quid. mod. patr. Jus enim, quod desiit,
» non potest postliminio redire.

Partium dissoluzione plane interit] » I.e.
» definit esse populus, specie quippe po-
» puli sublata: adeoque frustra de ejus re-
» stitutione queritur.

Eo; quod tota ejus natura in illa perpetua
conjunctione consistit] » I. e. in animo illo
» tuendi jura universitatis suo arbitrio. Vid.
» l. 2. c. 9. §. 6.

Non ergo Sagunti civitas] » Quæ tota de-
» structa civitas esse desierat. Sublata igit-
» tur videbatur communitas juris, eoque spe-
» cies populi. Dissentit Gronovius, quem
» vid. b. l. §. conf. Liv. l. 21. c. 14 §. 15. Justin.
» l. 5. c. 4. Diod. Sic. l. 17. c. 13. Plut. in
» Alex. c. 19. §. 20.

» Evidenter ejus sententia intuitu civitatis Sa-
» gunti vera est; at rationes ejus non conclu-
» dent: nam Saguntinorum civitas, utut diru-
» ta, non desiit esse civitas; et si enim bello
» occupata, & distracta fuerit, non tamen
» species interiit, quia ope sociorum Romæ
» norum se defendebat, adeoque bellum fi-
» nitum nondum erat. Sane, Sagustum eo-
» dem bello & civitatem, & libertatem re-
» cepit. Liv. l. 38. c. 39.

» Exemplum Thebae dissimile plane esse,
» statim probabimus. Sed & Judæi bello victi,
» & ex nova gratia restituti sunt ab ipso vi-
» cto; adeoque nec hoc exemplum huc
» pertinet: uti nec exempla Capuae, & Car-
» thagini.

Neque

Neque Thebae] • Thebani non jure post-liminii restituti, sed a victore ex nova gratia pristina libertate donati sunt, adeoque hoc exemplum huc non pertinet. *Vid. supr.* c. 8. §. 4. n. 2. c. 12. §. 8. n. 4.

Non esse Thebanis postliminio restitutum] • Diximus enim, Thebas interisse, adeoque & jura ei inherentia. Conf. c. prae-ved. §. fin.

Tum quod nosus erat populus] • Ex nova gratia victoris populus factus.

Tum quod Alexander, &c. hoc jus alienare posuerat, & alienaverat] • Jure enim victoriz omne jus civitatis Thebarum in vicecōtorem transiit, qui proinde de suo jure disponere, i. e. debitum remittere potuit. *Vid. supr. §. 1. propos. 7.*

Et quia creditum non in eorum est numerus, que postliminio redēxerunt] • Immo contrarium demonstravimus in *Dissert. proœm.* XII. §. 763. Sane, jus exigendi, quod nobis competit, ex judicio nostræ civitatis injuria ablatum est; adeoque restituti omnia jura recipimus etiam apud pacatos: uti ipse Auctor alibi probavit. *Vid. supr.* §. 6. n. 1.

Quod de civitate diximus] • Dissoluta civitate eandem populū non censeri, nec eum postliminio restitui, diximus numerpreced.

Matrimonium non censabatur postliminio restitui] • Immo dissimilimum est exemplum; nec ulla in jure Romano traditur, matrimonium postliminio carere. Sane, captus, & reversus per postliminium omnia pristina jura recipit, adeoque nulla ratio dari potest, cur jura matrimonii excipiatur. Sed & eadem ratio hic obtinet, quæ in aliis juribus; nam injuria hostis matrimonium interruptum fuit. *Vid. l. 19. pr. capt. & postl.*

• Neque obstat l. 14. §. 2. *De Captio.* ibi: Non enim ut paterfamilias, ita uxor a matrō recuperari potest; sed consensu demum redintegratur matrimonium. Conf. l. 8. ff. eod. Resp. Non afferitur, uxorens a matrō non recipi postliminio, sed eam non recipi NB. NB. uti paterfamilias recipit filium: pater enim recipit filium etiam invitum; Maritus autem recipit uxorem non nisi volentem. Dissolvitor igitur matrimonium non ob defectum juris postliminii, sed quia uxor divortium facit. Unde pœnas dissidii dat, l. 8. ff. *captio.* quod verum non esset si maritus reversus jura pri-

stina, i. e. jura matrimonii non reciperet. Neque porro obstat, quod captivitas matrimonium dirimatur, L. 1. ff. de Divort. L. 36. ff. sol. matr. nec substat etsi uxor velit. L. 12. §. 4. *captiv.* Resp. dirimitur matrimonium sub conditione, nisi postliminio redierit; adeoque matrimonium in suspenso est. Si revertitur maritus, nunquam servus fuisse videtur, adeoque redintegratur matrimonium: si non redit, uxor ex momento captivitatis vidua fuisse videtur.

Hunc eventum igitur exspectare uxor tenetur, adeo ut si de vita capti mariti confet, uxor ad secunda convolare vota nequeat; & si de vita dubitetur, elapse demum quinquennio alii nubore possit: atque haec tenus jura nuptiarum retinere dicuntur in L. 6. ff. de divort. Si his neglegit, etis ad secunda vota properat, poenam difidii dare tenetur. *Vid. rubr. ab hac alteram.* Certissimo indicio, postliminio redintegrati matrimonium.

Quo dissolubilia erant conjugia] • Nam in eo similitudinem cum civitate dissoluta constituit.

Sed novo consensu redintegrari] • At si uxor non vult consentire, non dirimitur matrimonium ob defectum postliminii, sed ob divortium: quod autem impune non facit. L. 4. ff. *capt. & postl.* Nov. 22. c. 7.

A D §. X.

Qualem sit iure gentium postliminium in liberis hominibus] • Jus postliminii ab ipsa natura esse, diximus, non ex iure gentium voluntario; quale non datur.

Ceterum, iure civili, Auctor hic re-censet differentias inter jus civile, & jus gentium, circa materiam postliminii; nam jus gentium voluntarium, additis exceptionibus, aut conditionibus, iure civili restringi posse, ait. At duo hic notanda sunt: 1. jus gentium non dari, adeoque frustra queri, quomodo a iure civili differat. 2. Jus civile in paucissimis iura naturæ circa postliminium mutasse. *Vid. supr. §. 1. n. 1. ad rubr. Ut qua iuris gentium.*

Id ipsum ius] Scilicet, ius gentium voluntarium.

Quod ea attinet, qua intra cicitatem agitur

aguntur] „ I. e. quod ad jura civium at-
„ tinet; non vero quatenus jura illa extra-
„ neis communia sunt, quia leges civiles
„ extraneos non obligant.

Adstringi additis exceptionibus] „ Ita
„ enim, ait, iure Romano excipi transfu-
„ gas, n. b.

Aut conditionibus] „ Quo refert, quod
„ apud Romanos, qui redemptus est ab ho-
„ ste, redentori servire teneatur, donec pre-
„ tium restituuerit, n. 2.

Et produci ad alia commoda] „ Quo
„ refert, quod omnes res, omniaque jura
„ capti perinde habeantur, ac si nunquam
„ captus fuisset: quod usucapta, vel non
„ utendo finita, remedios juris concessis re-
„ cipiat, u. 3. &c.

Jure civili Romano, &c. exempti sunt
transfuge] „ Immo id sequitur ex ipsa ra-
tione naturali, & ex natura juris postli-
minii: utpote quod non obtinet nisi ci-
vis noster injuria hostis capiatur, non ve-
ro si civis ulti ad hostes profugit. d.
disp. Secl. 3. §. 24. Unde etiam amnestia
pace stipulata ad transfugas non pertinet,
d. disp. Secl. 3. §. 24.

Etiam filii familias] „ Scilicet, si trans-
fugae sunt; quia qui ad hostes deficiunt,
amittunt civitatem: l. 5. §. 1. cap. min.
jura igitur, quæ ex suo delicto amiserunt,
recipere postliminio non possunt.

*In quos patri videtur salva esse debuisse
potest illa patria]* „ Adeoque eti ipse filius,
postliminio non gaudeat, æquitati tamen
naturali conveniens esse videtur, ut sal-
tem jus patriæ potestatis jure postliminii
restituatur. Resp. 1. Pater non amisit jus
suum injuria hostis, sed injuria filii, qui
sua voluntate ad hostes transfugit; adeoque
tota ratio postliminii cessat. Jus autem in
filium ideo non recipit, quia hostis
loco habetur, l. 19. §. 4. captiv. adeoque
pater sic eum amisit, uti patria. d. l. §.
7. Utroque autem modo jura patriæ po-
testatis etiam intuitu patris extingueban-
tur, §. 3. Inst. Quib. mod. patr. Sed &
transfuga in poenam amitterebat civitatem,
d. l. 5.. adeoque & ex eo capite definit
esse in potestate patris. §. 1. Inst. Quib.
mod. patr. l. 17. ff. pœn.

Quæ propria erat Quiritium] „ §. 2. Inst.
de patr. pot.

Disciplina castrorum antiquior fuit] „ Im-
mo Paulus præterea rationem naturalem
allegat, nimurum, quia pater sic illum a-

, misit, sicut patria: diximus enim, filium
transfugam hostem esse, eoque mortis
reum. Quantum apud Romanos value-
rit disciplina militaris, patet ex Salust.
Catil. Flor. l. 1. c. 14. Liv. l. 8. c. 7. Quintil.
d. 3. p. m. 38. Tzjm. b.

De Manlio] „ Qui filium contra edictum
extra ordinem pugnantem securi feriri juf-
sit, preposita salute publica ingenita libe-
rorum charitati. Liv. l. 8. c. 7.

Pralatum ab eo ius majestatis] „ Uti &
econtrario liberi patriam parentibus præ-
ferre debent: hinc alibi dictum est, libe-
ros reverentiam debere parentibus, exce-
ptis causis imperii, l. 2. c. 26. §. 3. n. 2.

Deinde Romanis constitutum est, ut qui redemptus est ab hostibus, redentori serviat] „ Auctor putat, hac lege aliquid detrahi ju-
ri gentium; jurique postliminii, quia redem-
ptus non plene liber fit, sed servire
cogitur: quod verum non est. Nam ita
redemptus plenissime liber est, & omnia
pristina jura recipit, quia ex judicio no-
stræ civitatis injuria captus afferitur, at-
que hinc servus non est, l. 2. §. 1. c. post-
lim. At quia libertatem meo pretio con-
secutus est, ideo restituere mihi pretium
etiam naturali jure tenetur, l. 6. C. post.
& quoad exsolvatur, in causam pignoris
constituti merito serviles operas præstat.

L. 2. C. Eod. Conf. §. seq.

Favore libertatis introductum appetit] „ Immo id ex ipso jure naturæ sequitur.
Nam meo pretio libertatem, i. e. jus in-
res, & operas suas, recuperavit. Hacte-
nus ergo plus suo habet, & locupletior
factus est ex re mea, indeque mihi id
resarcire tenetur; & si alio modo non po-
test, prætando operas liberare se tenetur,
quia alia tunc satisfaciendi ratio non est.

*Et illa ipsa servitus, &c. multis modis
mitigatur]* „ Dixi, plane non esse servum,
eti opera serviles præstet.

Finitur operis quinquennium] „ Ab initio tri-
ennium statutum fuisse, ait Harmenopu-
lus l. 1. tit. ult. §. 33. Justinianus quin-
quennium definivit. L. f. C. Capt. & post.
Apud Hebraeos præfixum est sexennium.
Exod. 21. 2. Deut. 15. 12.

*Morte quoque redenti ius repetenda pecunia
extinguitur]* „ Eum enim, dum mo-
ritur, quasi jure pignoris sublato, nocturno
postliminium, & sine obligatione debiti
obisse, ait Ulpianus in l. 15. ff. Capt.
& post. adeo ut filius ab eo relatus suus.
„ patri

„patri defuncto existat, d. l. 15. Unde nec mulieris redemptæ, & enixa liberi sunt pignoris loco, l. 8. C. Eod.

Contracto, &c. matrimonio remissum censetur] „Quia uxor omnium iurium matris riti participes est.

Redemptæ mulieris prostitutione amittitur] „Hoc meri juris civilis est.

Multaque alia] „Vid. lib. 20. ff. Sol. matr. l. 21. C. de SS. Eccles. Nov. 7. c. 8. N. 115. c. 3. §. 13.

3 *Russem auctum est postliminii jus lege civili]* Immo ipso jure naturæ captus, & reversus, omnes res, omniaque iura recipit, quia iudicio civitatis nostræ in iuria captus censetur.

Quod non ea tantum, qua in postliminio sunt iure gentium] „Diximus, jus gentium non exilere, sed jus postliminii esse ab ipsa natura: jure naturæ autem æque, ac jure civili omnes res, omniaque iura nobis ab hoste erupta, postliminio gaudere, demonstrabimus infra §. 13. seq. & pauca saltem jure Romano excipi.

Sed res omnes, iura omnia] „Id non demum jure civili statutum est, sed ipsa ratione naturali captus, & reversus, omnes res, omniaque iura recipit. Vid. supr. ad §. I. n. I. rubr. Ut qua iuris gentium, &c. Conf. l. 5. §. I. l. 22. §. I. ff. Captiv. §. 5. Q. M. p. p. 5.

Nec aliud quæsum est in iudicio] „I. e. Non quærebatur, an reversus iura recipiat: nam id extra omne dubium erat.

Messenios, cum longo tempore serviij et tandem libertatem, & regionem receperit] „Gronovius miratur, cur Auctor his populis concedat postliminium, cum Saguntis, & Thebanis id negaverit s. præcedenti. Verba ejus vid. b. l.

„Si dicendum quod res est, frustra hic de jure postliminii queritur. Civitas haec non bello recepta, sed ex mera gratia a populo victore pristinæ libertati post 70. annorum servitutem restituta est; adeo que eadem hic ratio, quæ in Thebanis obtinet. Haec igitur civitas semel extincta, non pristina iura recepit, sed novam constituit civitatem, novusque existit populus. Conf. supr. l. 2. c. 9. §. 7.

Per usucaptionem] „Si quis rem capti bona fide, & justo titulo a non domino acquiavit, & longo tempore possedit.

Aus liberationem] „Si v. g. debitor per acceptilationem vel a filio capti, vel a

„cognatis (quibus bona interim concessa sunt. Vid. l. 3. C. postl. l. 15. ff. Ex quib. caus. maj.) factam liberatus est.

Actione rescissoria restituuntur] „Reversus rem rescissa usucapione petere potest, i. e. ita petere, ut dicat, possessorem usu non cepisse, & ob id suam rem esse, §. 6. Inst. de act. Conf. l. 18. C. postl. & d. l. 15. Et si igitur lege civili jus capti propter usucaptionem extinctum sit, tamen eadem lex succurrit capto, eum restituendo in integrum: ex æquitate illa naturali, quod injuria captus sit, & hæc injuria ei obesse non debeat.

Is comprehenditur, qui in hostiun est potestate] „Adeoque hæc absentia est justa restitutiois causa: L. I. §. I. ex quib. caus. maj. l. 11. l. 12. l. 14. l. 15. ff. Eod. & per id tempus, quo captus est, jus læsum corrigitur, ne oblitus, vel profit quod evenerit, l. r. pr. eod.

Venit ex iure Romano antiquo] „Quo auctum esse jus Gentium, Auctor putat. At demonstravimus, id ex æquitate naturali fluere.

Lex Cornelia etiam hereditibus consuluit] „Adeoque hæc tenus quoque jus gentium auctum esse per jus civile putat. Sed potius dicendum, legem Corneliam restituuisse jus naturæ, ut supra ad §. I. n. I. demonstravimus. Nam ante legem Corneliam bona captorum, contra rationem naturæ, & odio captivorum, fisco cedebant. Vid. rubr. ab hac tertiam. Lex Cornelia demum & hereditatem, & hæredes fecit. L. 18. pr. ff. ad L. Fal.

Bona eorum conservans, perinde quasi &c. eo tempore, quo captus est, deceperisset] „Prætor enim legem Romanam (qua cives nostri ab hoste capti etiam in nostra civitate pro servis habebantur) mutare non potuit; adeoque per fictionem supponit, eos nunquam servos fuisse. Vid. supr. ad §. I. n. I.

Quæ iura civilia si tollas] „Rectus, ius Prætorium si tollas. Nam si lex Cornelia non conservaret bona capti, eorum que hereditibus, vigore juris civilis veteris bona cessa fuisse.

Bona ejus futura fuisse occupantium] „Cum enim captus ex hypothesi veteris juris Romani servus factus fuerit, adeo que nec parentes, nec liberos, nec agnatos habere crederetur, bona ejus tantum quam res nullius cedere debebant occu-

„ panti , vel ex more Romano jure bono-
rum vacantium fisco . L. 31. ff. iur. fisc.
„ „ Quia qui apud hostes est , pro nullo
„ habetur] ” Vid. l. 32. R. J. l. 7. pr. ff.
„ Falsi . i. e. pro non existente , & pro civi-
„ liter mortuo : l. 209. R. J. l. 59. pr. Cond.
„ dem. adeoque bona ejus pro vacantibus
„ habentur , atque ideo fisco cedunt , l. 31.
„ J. fisci . Hoe jus Civile apud veteres Ro-
„ manos receptum mutavit Praetor Corne-
„ lius Sylla.

Nihil reciperet praeter ea , que jure gen-
tium postliminium habent] ” Sæpius diximus ,
„ jus gentium non dari , adeoque frustra
„ quæri , quid jure gentium postliminio re-
„ deat.

„ Ex præcedentibus repetendum est , le-
„ gem Corneliam per modum fictionis sup-
„ posuisse , cives nostros ab hoste captos
„ nunquam servos fuisse , atque Praetorem
„ ex hoc capite , sive moriantur , sive re-
„ vertantur , ipsis , eorumque hæredibus o-
„ mnia jura suæ civitatis conservare . Vid. §.
„ I. n. I.

„ At diximus simul ibidem , Praetorem
„ circa actus intermedios servi nihil mutasse ,
„ adeoque hos actus , etiam post legem Cor-
„ neliam , nullos mansisse : & Imperatorem
„ Leonem demum constituisse , ut disposi-
„ tiones a capto factæ in sua civitate effe-
„ ctum juris habeant . Nov. Leon. 140. Quo
„ ipso jus naturæ circa postliminium plenif-
„ sime redactum est.

Quod vero captivorum bona , &c. fisco ce-
„ dum] ” Non vero occupantibus.

De his , qui redeuerat] ” I. e. de perso-
„ nis , quas reverti , Auctor ait . Vid. §. 3.

Videamus de his , qua recipiuntur] ” I. e.
„ de rebus : has enim recipi , dixit d. §. 3.

A D §. X I.

S E R V I , &c. ancille] ” Cum enim ipsa
„ persona servorum , omniaque eorum jura ,
„ res , ipsæque actiones , in nostra sint po-
„ testate , R E R U M nomine veniunt.

Etiam sepe alienati] ” I. e. etiamsi non
„ amplius sint in hostili potestate , sed al-
„ terius , qui ab hoste emit ; nam emit ca-
„ ptum cum sua qualitate , i. e. salvo jure
„ postliminii.

Etiam ab hoste manumissi] ” Adeo ut
„ receptus non habeatur pro libertino , sed

„ pro servo , quia ex judicio nostraræ civita-
„ tis injuria domino erexitur est , adeoque
„ ab hoste manumitti non potuit.

Quia hostium jure manumissio] ” Sensus
„ est , quod hostis nostræ civitati , ejusque
„ juri præjudicium facere nequeat.

Ut aut revera babeatur a veteri domino] ”
Civis igitur caput statim postliminio re-
„ dit , ubi ad præsidia nostra revertitur , l.
„ 19. pr. & §. 3. de Capt. & postl.

„ At servi nostri ab hoste capti nondum
„ postliminio recepti videntur si intra fines
„ nostros redeunt , sed tunc demum si in
„ potestatem domini recipiuntur : l. f. ff.
„ capa . & postl. Namdiu enim servus ille
„ animum non habet redeundi in potesta-
„ tem domini , non potest dici in domini
„ custodiam rediisse . Dicit. l. f. Conf. l. 26.
„ ff. Eod.

Aut baberi facile possit] ” Immo etsi ha-
„ beri facile possit , nondum tamen est in
„ prioris domini potestate , l. fin. ff. captiu.
„ & postl.

Sufficient eis intra fines esse perductus] ”
Quia tunc sunt in custodia publica ,
„ l. 19. §. 3. ff. postl.

Ad postliminii jus in seruo id non erit
„ satis] ” Servus enim , qui non habet ani-
„ mum revertendi , sed latet , nondum est
„ in potestate domini prioris ; adeoque re-
„ ceptus dici nequit.

Nisi & cognoscatur] ” Rectius , nisi in
„ potestate domini prioris constituantur.

Nondum receptus Paulus videtur] ” Quia
„ nondum habetur a vero domino.

Hac in parte a rebus inanimis distat , &c.] ”
Res enim receptæ videntur statim , ac
„ intra præsidia nostra revertuntur : servi au-
„ tem non nisi animum habeant revertendi
„ in potestatem domini , etsi in pristina de-
„ gant civitatem.

Ita vicissim ab homine libero in eo distat] ”
Liber homo non nisi volens utitur post-
„ liminio : vid. supra §. 5. at servus etiam
„ invitus recipitur . Nam ille habet liberam
„ facultatem de jure suo domicilii disponen-
„ di ; hio vero jus domino quæsumum au-
„ ferre sua voluntate nequit.

In eo requiritur , qui se recepturus est] ”
Rectius ita : requiritur id in eo , in cu-
„ jus libertate est , reverti velit , an non ;
„ non vero in eo , cuius voluntas ab alio
„ dependet , & qui in aliena potestate est ,
„ in quam reverti etiam invitus tenetur.
„ Atque hoc est , quod Sabinus in l. 12.
§. 9.

„ §. 9. capt. &c postl. ait, de suo jure civitatis cuique statuendi liberum esse, non vero de jure dominii, utpote quod alterius est.

2 Ab hoc gentium iure] "Tale non dari, saepius diximus.

Servos trans fugas] "Liber homo trans fuga non recipit postliminio pristina jura, quia non injuria hostis captus est, sed sua voluntate domicilium mutavit, & hostis factus est, in quem, si recipitur; omnia, que in hostem, licent.

Secus in servo trans fugas: hic enim fuga sua jus domino quæsumus auferit, adunque receptus ei restituji jure postliminii debet; l. 19. §. 5. ff. capt. & postl.

Dominus pristinum ius recipit] "Quia hoc ei fuga servi auferri nequit.

Ne contrarium ius non tam ipsi injuriosum sit, &c.] "Rationis a Paulo allegata sensus hic est, quod injuria non fiat servo, qui ex judicio nostræ civitatis semper servus permanet: cum econtrario, si ex judicio civitatis nostræ dominus jus suum non recuperet, jus domino damnosum statueretur.

De servis, qui virtute militum recuperantur] "Servi igitur nostri ab hoste capti, & postea militum nostrorum virtute, recepti, non prædictæ loco militibus cedunt; quia milites ea, que injuria nostra ablatâ sunt, recuperare, & iura nostra tueri tenentur, l. 12. C. de postlim.

Quod ad res omnes male a quibusdam trahitur] "Immo eadem est utrobique ratio: nam milles rerum nostrarum dominium defendere, non vero sibi querere debent, nisi lege aliud statutum sit.

3 Qui ab hostibus redempti sunt servi, pristinus &c. sunt redimentis] "Non jure servitutis, sed pignoris, l. 2. § 1. C. postl.

Oblato demum pretio postliminio recipi intelliguntur] "Adeoque ingenuitati non restituuntur redimenti, nisi pignoris vinculo sublati, l. 2. l. 6. l. 17. c. Jur. postl. five per donationem, d. l. 2 five per remissionem, l. 11. cod. five nuptias cum redimento contrahendo. l. 13. cod. Non tamen manem servi. d. l. 2. Hinc nuptiae cum redemta contrahuntur, d. l. 13. hereditates interim delatas sibi acquirit. l. 15. c. cod. Et si redimens vel nolit accipere pretium, vel accepto pretio nolit redemptum ingenuitati restituere, actio contra eum datur, l. 6. C. cod. Denique si

lytron redento remittitur, non fit libertus, sed est ingenuus, d. l. 11.

Si redemptus non habeat unde pretium redemptionis solvat, triennii, vel quinquennii operis eum liberari, diximus supra §. 10.

Verum, hoc subtilius explicare iuris civilis interpretum est] "Jus naturæ cum jure ci vilii in genere convenit; nam utrumque juro redemptus statim liber fit: at quia æquitati naturali convenit ut redimens pretium recipiat, & ut redemptus, qui pretio alieno libertatem recuperavit, debito hoc se liberet, merito redemptor operis relenti, si aliud nihil in bonis habeat, uti, ac ex iis satisfactionem sibi querere potest; id enim tantundem est. Adeoque redemptus non est in servitute, sed pignoris vinculo tenetur; indeque cum effectu postliminium non obtinet nisi vinculo illo soluto; unde ex communis utilitatis ratione id deducit Imperator in l. 6. C. postl.

Posterioribus legibus mutata sunt normula] "Quo pertinet, ut si pretium solvere non possit, prædictis per triennium operis libertati pristinæ restituatur.

Ad redditum invitarentur] "Eodem modo, uti hodie deferentibus miliciam redditio paenæ promitti solet.

A D S. XII.

I LLA questio magis ad nos pertinet] "Nimirum, questio de servitate publica, populorum. In praecedenti enim §. egit, de servis privatis, eamque materialiter magis ad subtilitates juris civilis pertinere, dixit n. fin.

An & populi, qui alieno imperio subjecti fuerunt, in veterem causam recuauant] "Paf sim hanc questionem proposuit Grotius in hoc opere. PRIMO enim in l. 2. c. 4. §. 14. qualisivit, an liber populus belo visus recipiat libertatem pristinam, si sua virtute se liberat? eamque questionem affirmative decidit, quia quod vi partum est imperium, vi dissolvi posse, putat, nisi capiens ex voluntate populi faltem tacita jus acquirat, ibid. n. 1. Sed & sine vi populum pristinam libertatem aliquando recipere, ait, per tacitam victoris derelictionem; nam longam regis patientiam sufficeret posse ad parvendam libertatem, ibid. n. 2.

X 2

S E

„ SECUNDO supra §. 9. quæsivit, an liber populus vicitus pristinam recipias libertatem, si vis sociorum eum eximit hostili imperio? Ubi distinguit Auctor, an populus dissolutus sit, an non. Priori casu verius putat; non eundem populum censi, nec ei postliminium esse, quia corporis plane interiit; indeque nec Sagunti civitatem octo post excidium annis, nec Thebas XX. ab excidio annis restitutas, pristina jura recepisse.

„ TERTIO quærit hoc §. an populi, qui subiecti alieno imperio fuerunt, in veterem causam recidant, si vel ab eo, cuius imperium fuerat, vel a sociis, hosti eripiuntur? Auctor distinguit duos hos casus, & priori casu populum redire sub prioris principiis imperium, docet; posteriori autem casu idem obtinere, ait, quod in servis, qui pristino domino restituuntur etiam inviti, b. c. 9. §. 11. n. 1. nisi sociali foedere aliud dictum sit, ut scilicet populus ille cedat socio, d. §. 12.

„ Nostram sententiam exposuimus supra §. 9.

Quod tractari potest si non is, cuius imperium fuerat, eos hosti eripuerit? Scilicet durante eadem belli causa: nam si is, qui imperium ante habuit, eundem populum in alio bello hosti eripit, negamus, populum in veterem causam recidere.

Sed sociorum aliquis? Sic Ariarates Cappadociae rex consilio Demetrii regis Syriæ, ejusque viribus, regno pulsus, a Senatu Romano restitutus est. Liv. epit. lib. 47. Ariobarzanes a L. Cornelio Sylla in regnum Cappadociae reductus est. Liv. epit. l. 70. Ita Sagunti a Romanis liberati, & restituti sunt. Vid. supr. §. 9.

Puto hic idem dicendum, quod in servis? Qui pristino domino restituti debent, etiam inviti. Pari ratione populus a sociis receptus in pristinam causam recidit, etiam invitus: & hactenus argumentum a fervo recepto ad populum receptum valet.

Bene autem notandum est, hæc vera esse si populus ille eodem bello, & ex eadem causa a sociis liberatur: si enim bello finito ex alia causa populus ille ab his, qui olim socii fuere, capitur, populus ille non in pristinam recidit causam, sed capienti jure victoriarum acquiritur.

Nisi sociali foedere aliter conveenerit? Si inter socios pactum intercessit, ne populus, qui alieno imperio subjectus est, si ope sociorum liberatur, recidat in pristinam causam, cessat postliminium.

A D §. X I I I

QUARET Auctor, quænam res postliminio recipientur? & distinguit inter res mobiles, ac immobiles, & has solas postliminio recipi, ait. At demonstravimus; jure naturæ, & Romano, etiam res mobiles pristino domino restitui debere. Vid. §. 14. seq.

Agri? Quo pertinent urbes, provinciæ, vi hostili creptæ, &c.

Ex quo aperte eo accedere amplius non possint? Rectius, ex quo ager in nostra est potestate, adeo ut licet hostis armatus ingredi possit, id ei non impune liceat.

Alibi? Vid. c. 6. §. 4. Et supra §. 2.

Non admissis adversis dominis præscriptionibus illis? Auctor non inspexit Non vellam XXXVI, quam tamen in margine allegat: ibi enim erecta a Vandalis veterum possessorum hæredes usque ad tertium gradum vindicare quidem possunt intra quinquennium ab illa constitutione: at speciatim excipitur legitima præscriptio. Præfens igitur professor tueri se potest, præscriptione 30. annorum. Gob. ad d. Nov. lit. k.

De omni jure, quod solo adbarret? De usufructu nimirum, servitute, hypotheca, &c.

Pristino statui restitui, scripsit Pomponius? Ratio hæc est, quod res sacræ ex judicio nostræ civitatis injurya ablatae sint; adeoque receptæ restituuntur cum sua qualitate.

Religionem simul cum loco? Captus enim locus desierat esse religiosus, l. 36. ff. Rel. Camparat jus illud? Vid. l. 6. pr. ff. Rer. Div. JCTus jus illud, quo solum a dificio occupatum eo collapsō littori postliminio redditur, non comparat cum postliminiis iure, de quo hic agitur; nam hoc totu[m] cœlo a priori differt. Posteriorius superponit, rem injurya nobis creptam esse: prius supponit ædificium jure in littore positum, & postea collapsum. Adeoque in eo solo convenient, quod utroque causa jus aliquod antiquum restituatur: ita ut

„*et posteriori casu dominus recuperet rem*, „*injuria erectam, priori casu lictus iterum*, „*fiat nullius, quasi postliminio. Sensu igitur*, „*maxime improppio hoc casu postliminio*, „*accipitur, uti saepius in jure nostro accipi*, „*solet. Add. not. ab hac tertiam.*

Litoori redditar] " I. e. fuit nullius: uti
„*fuit ante occupationem.*

Quare & usumfructum agri recepti restitui,
„*dicendum est] " Nam omnia jura hostis,*
„*quippe injuria ablati, domino restituuntur.*

Ad exemplum ejus, quod de agro inundato Pomponius respondit] " Si enim ager
„*inundatus postea uno impetu deseritur,*
„*non tantum jus pristini domini, sed &*
„*fructuarii redintegratur. L. 23. l. 24. ff.*
„*Quib. mod. us. am. At exemplum hoc*
„*huc non quadrat, quia plane diversa ra-*
„*tio est. Jure enim postliminii ususfructus*
„*ideo restituitur fructuario, quia hunc quo-*
„*que injuria ei ab hoste ablatum, afferi-*
„*mus; L. 19. pr. captiv. ususfructus autem*
„*agri inundati pristino possessori restituitur,*
„*quia jus prioris possessoris per inundatio-*
„*nem non perit: adeoque fructuarium u-*
„*sumfructum recipit, non quia injuria ab-*
„*latus fuit, sed quia ususfructus nunquam*
„*eius fuisse desit. Rationem juris natura-*
„*lis exposuimus in Differt. proem. XII.*
„*§. 275. n. II.*

Postliminio redeant] " I. e. pristinis do-
„*minis restituuntur.*

Omnino] " I. e. semper.

Si intra quadriennium a receptione vin-
„*dicentur] Tempus certum ideo prescri-*
„*ptum est; ne dominia perpetuo maneant*
„*se, in incerto.*

Et quomodo curisque recuperata] " Sive
„*vi, sive fraude, sive alio modo.*

Retinendi jus rex babet] " Forte in pœ-
„*nam possessoris, quod non melius eam*
„*defenderit.*

A.D. §. X I V.

De mobilibus generalis in contrarium re-
„*gula est] In immobilibus igitur Grotius*
„*obtinere, ait, postliminium, non in mo-*
„*bilibus. Nos in utrisque postliminium ob-*
„*tinere, statuimus.*

„*Jure natura dubium id non est, quia*
„*eadem in mobilibus militat ratio, quæ in*
„*immobilibus. Ideo enim res immobiles si*
„*ab hoste captæ, & a nostris receptæ sunt,*
„*postliminio gaudent, quia ex judicio no-*
„*stræ civitatis injuria nobis erectæ sunt.*

„*At res mobiles eadem injuria nobis eri-*
„*piuntur. Idque etiam de rebus pacatorum*
„*captis, & a nobis receptis, verum esse,*
„*ex historia Abrahami apparet, qui res*
„*Sodomorum ex hoste receptas dominis*
„*restituit. Vid. Grot. l. 3. c. 16. § 3. n. 2.*

Sane, Jure Romano haec ratio allegatur
„*in casu, ubi civis nostræ civitatis captus,*
„*postea revertitur: de hoc enim casu Pau-*
„*lus ait, naturali æquitate introductum esse,*
„*ut qui per injuriam ab extraneis desti-*
„*batur, is ubi in fines suos rediisset, pri-*
„*stium jus suum reciperet, l. 19. pr. ff.*
„*captiv. At diximus, eandem rationem ob-*
„*tinere in rebus mobilibus.*

„*Hinc idem Paulus definit postliminium,*
„*quod sit jus R e i amissa recipienda ab*
„*extraneo, & in statum pristinum resti-*
„*tuenda, &c. constitutum. Quæ definitio*
„*generalis est, & ad omnes R e s pertinet.*

„*Sane, res, quæ apud hostes sunt, le-*
„*gari posse, ait JCtus in l. 9. Legat. I;*
„*additque rationem, quia spe postliminii*
„*suntinentur. Sed & legibus Romanis cau-*
„*tum est, ut res ab hoste captæ in divi-*
„*sionem hæreditatis venire possint, cum*
„*cautione, si postliminio redierint. L. 22.*
„*§. 5. l. 23. ff. Fam. ercisc. Quæ leges ab-*
„*surdæ forent si res mobiles postliminio non*
„*reciperentur.*

„*De servis (qui rerum nomine veniunt)*
„*constat, quod si ab hoste capti a nostris*
„*virtute militum recipiuntur, pristino do-*
„*mino restitui debeant, L. 4. l. 19. § fin.*
„*l. 30. ff. captiv. l. 10. l. 12. C. postl. Ra-*
„*tio, quæ allegatur, generalis est, & æ-*
„*que ad alias res mobiles pertinet. Re-*
„*ceptos enim, ajunt Imperatores, non captos*
„*judicare debemus, & militem defensorem*
„*eorum esse decet, non dominum, d. l. 12.*

„*Confirmantur prædicta exemplo Romanæ*
„*gentis, quæ prædam publico edicto, ci-*
„*tatis dominis, per aliquot dies exponere*
„*solebat, ut domini res suas noise, & re-*
„*cipere possint, apud Grot. l. 3. c. 16. §.*
„*3. ibique not. Idque moribus quoque fieri*
„*solere, docet B. Par. in Disp. de postl.*
„*& Danæus in Aphor. pol. p. m. 294. ubi*
„*addit, alias nos prædones nostrorum subdi-*
„*torum, & sociorum futuros.*

„*Equidem jus Romanum quasdam res*
„*ab hoc postliminii jure excipit, nimirum,*
„*naves, quæ in bello usum non habent,*
„*item arma, vestes, &c. At hæ exceptiones*
„*firmant regulam in casibus non ex-*

,, ceptis, carumque rationem specialem statim explicabimus.

,, Neque obstat l. 28. ff. capt & post. ubi res, quæ prædæ cedunt, non habent postliminium: capta autem ab hoste cedunt prædæ, L. 5. §. f. A. R. D. Resp. capta ab hoste, adeoque res hostiles, prædæ omnino cedunt, res autem nostræ, ex hoste receperat, non videntur captae, l. 12. C. post. sed pro non captis censentur; Grot. l. 3. c. 16. §. 1. adeoque nec pro præda haberi possunt.

Us postliminio non redeant] Adeoque prætinis dominis non restituantur.

Sed in præda sunt] L. e. cedant capienti.

Ut hoc opponit Labeo] In l. 28. ff. captio. Evidem verum est, aliud esse postliminio redire, aliud in præda esse; contradictionem enim inferret, rem præstino domino restitui debere, & e. m. cedere debere occupanti. At negamus, res nostras mobiles ab hoste captae, & a nostris recentas, jure Rom. in præda esse, nisi in casibus exceptis: nimirum, in navibus lusoriis, in armis, & vestibus militum, in bonis transfiguratum, &c.

Ubique reperiuntur, manent ejus, qui emit] Cum satis probatum sit, & jure naturæ, & jure Romano res mobiles postliminio recipi, sponte sequitur, tutas non esse si qua commercio parate ad alios perveniunt, quia emtor rem emit cum sua qualitate, adeoque cum postliminii onere.

Nec apud pacatos reperta] Quia nondum postliminio recepta est, quæ apud pacatos, seu medios reperitur.

Aut intra fines perduta] Si res nostra ad fines nostros perducitur, veteri domino omnino rem vindicandi jus est.

Excepta, quo in bello usum habent] Nullibi hoc in jure Romano traditur. Diximus enim, eo jure omnes res mobiles, & immobiles postliminio gaudere, i.e. prætinis dominis restitui debere, sive usum in bello habeant, sive non habeant. Sane, ancillas postliminio recipi a præstino domino, notorii juris est; l. 12. C. post. illæ autem usum in bello non habent: e contrario arma, & vestes usum in bello habent, nec tamen postliminio recipiuntur, L. 2. §. 2. l. 3. ff. captio.

Error Auctoris inde orihi videtur, quia Marcellus navibus longis atque onerariis.

,, NB. PROPTER BELLI USUM postminium tribuit, non vero pescatoriis, & lusoriis: unde Auctor in genere concludit, in omnibus rebus, quæ usum in bello non habent, postliminium non esse. At falsa est consequentia. Nam de solis navibus queritur, an illæ postliminium habent; & in his navibus distinguitur, an usum in bello habeant, an non: & leges Romanæ noluerunt postliminii jura tribuere posterioribus, quia naves lusoriae impedimento magis sunt. Hoc igitur jus speciale, & civile est, nec ultra naves extendi debet.

Quod ideo placuisse gentibus videtur] Immo id tantum placuit, Romanis in navibus pescatoriis, & lusoriis, quæ usum in bello non habent.

Ut recuperandi spes ad ea comparanda auxiliares bonities redderet] De navibus, ideo id placuisse vidimus, ne classes numeri navium lusoriarum augeantur, & in præliis ravalibus impedimento sint.

Ad rem bellicam referabantur] At alias rationem disciplinae militaris fuisse, diximus. Quare facile in hoc consensum est] Fabulam de communi consensu gentium, indeque sequenti jure, passim refutavimus.

Usum autem in bello hoc habere consenserunt] Non investigandum est in res, quæ usum in bello habere possunt; nam regalariter omnes res ibi usum habent. Same, ad id, ut res postliminio redeant, præcise opus non est ut ad pugnandum pertineant; sed sufficit si consilio, vel alio modo usui esse possunt. Vid. l. 19. §. f. captio. Videndum ergo faltem est, quæ nam speciatim a Romanis excepta sunt.

Ciceronem in Topicis] Operum tom. I. pag. m. 398. A. Exempla hic faltem affert terum, quæ postliminio recipiuntur; at alias res non excludit. Vid. rubr. fin. b. §.

Modestinum] Nihil apud Modestinum in allegata l. 4. ff. captio. traditur de rebus, quæ usum in bello non habent; sed Marcellus in l. 2. Eod. earum mentionem facit.

Naves scil. longe, atque onerariae] Vid. Gron. b. & Meybom. de fabrica Trirem. apud Graec. Tom. 4. pag. 571. lib. B.

Muli] In legibus Romanis nihil de mulis dicitur; sed Festus, & Cicero eos rura meminerunt.

Sed

*Sed clittellarii] " Vid. Gron. b. Sed de
,, hac quoque distinctione legibus Romanis
,, altum est silentium: immo nec Aelius
,, Gallus, nec Festus de clittellis aliquid
,, addunt; sed Cicero earum mentionem
,, facit.*

*Et eque, sed freni patientes] " L. 2. ff.
,, captiv. Cicero quoque idem tradit; at Fe-
,, stus, & Aelius Gallus, quod de freno
,, additur, omittunt.*

*Et ha res sunt, quae & legari recte vo-
,, luerunt Romani] " Leges Romanæ in ge-
,, nere statuunt de rebus, quæ apud hostes
,, sunt, legatum valere, L. 9. ff. leg. 1.
,, propter spem postliminii; adeoque frusta
,, Author id restringit ad eas saltem res,
,, quæ usum in bello habent.*

*Et in præstiones familiæ exciscunda]
,, Dividi, nimirum, inter hæredes possunt
,, res, quæ apud hostes sunt, L. 22. §. 5.
,, l. 23. ff. Fam. Erc. cum cautione si postli-
,, minio redierint: hæc igitur dispositio iti-
,, dem generalis est, nec restringi salva
,, ratione ad res, quæ in bello usum ha-
,, bent, potest.*

*Arma, & vestis usum quidem in bello
babent, sed postliminio non redibant]
,, Certissimo indicio, non in genere verum
,, esse, omnia ea redire postliminio, quæ
,, in bello usum habent, sed id speciactina
,, saltem in navibus statutum esse.*

*Quia maxime favorabiles erant] " A-
,, pad Romanos milites ex propriis armis,
,, & uestes procurabant, adeoque in pœnam
,, amissorum armorum postliminium nega-
,, batur. L. 2. §. 2. l. 3. ff. & capt. Sed id
,, intelligendum, puto, de his, qui profu-
,, gi arma abjecerunt. (vid. rubr. ab b. al-
,, tera) adeoque qui ex fuga recepti postli-
,, minio arma vindicant.*

*Immo id flagitiæ loco babebatur] " Vid. L.
,, 3. §. 13. ff. Re milit. Franc. Patric. de
,, re militari part. XI. Sec. 4. & §. Justit. I.
,, l. 6. c. 8. Aelian. 10. var. 13.*

*Arma ab equo distare, quod equu sine
culpa equitis proripere se potuit] " Ratio
,, hæc additur in L. 2. §. 1. capt. & postli-
,, adeoque equi semper postliminio recipi-
,, untur. Sed eadem ratio etiam in uesti-
,, bus, & armis obtinet, quibus miles etiam
,, sine culpa privari potuit. Quid si enima
,, saucius post prælum exuvatur armis?
,, Credorem igitur, hoc saltem intelligentem
,, dum esse de illis, qui profugi arma, vel*

*„ vestem abjeceront. Vid. ad rubr. ab bac
„ retro alteram.*

*Hoc &c. rerum discriminem videtur usum
babuisse in occidente] " Ut scil. ea saltem
,, postliminio gaudeant, qua usum in bello
,, habent, non alia. Sed ex allegato Boë-
,, tie id non probatur; immo contrarium
,, appetat ex his, quæ dicta sunt supra ad m.
,, 1. rubr. oclavam.*

*Is enim Ciceronis Topica explicans ita
videtur de hoc iure loqui] " Ciceron nos
,, omnia, quæ postliminio recipiuntur, re-
,, censet, sed exempla saltem quedam allo-
,, gat: Sane, debita, & credita postlimi-
,, nio recipi, extra dubium est, neque ta-
,, men ea a Cicerone allegantur.*

A D §. X V.

*A t posterioribus temporibus, &c. subla-
ta videtur bac differentia] " Immo hodié
,, que jus naturæ obtinet, & omnes res
,, etiam mobiles, postliminium habent, nisi
,, legibus civitatis aliud statutum sit: quod
,, fieri hodie sèpius videmus ad animandum
,, subditos, qui spe prædæ armare suis
,, tibus naves solent, & qui Caپpers vulge-
,, vecantur.*

*Passim enim tradunt morum periti, res
mobiles postliminio non redire] " Atq[ue] ita
,, in Auditorio Parisiensi summo judiciorum re-
,, fert Author infra §. 19. Exempla in con-
,, trarium attulimus supra §. 15. Conf. B.
,, Par. disp. de postlim. Sec. 2. §. 6. seq.*

*Id de navibus constitutum, multis in le-
,, cit videtur] " Rationem allegavimus supra*

*,, ad §. 14. n. 1. rubr. excepta que in
,, bello, &c.*

A D §. X V I.

*I D E postliminio non egent, quia do-
minium nondum mutarunt ex gentium jure]
,, Dic, iure naturæ mutatum nondum esse
,, dominium; jus gentium enim non agno-
,, scimus, quia quamdiu spes est rei recupe-
,, randæ, subsistit prius dominium. Spes
,, autem illa manet quamdiu non pervenit.
,, ad hostilia præsidia. Vid. supra §. 2. §.
,, 13. & cap. 6. §. 4.*

*Quia jus gentium illis non concessit, ut
,, jus domini mutare possint] " Quæ ratio!
Unde*

„ Unde quæso probari poterit , gentes con-
 „ venisse ut capta in bello jus postliminii
 „ obtinerent , non vero capta a piratis ?

„ Conf. Frantz. l. 12. Resol. 9. Carpz. p. 4.
 „ c. 35. def. 8. & supra l. 3. c. 10. in fin.

„ Differentia naturalis hæc est , quod in
 „ bello , quod inter duas summas potesta-
 „ tes geritur , de causa justitia constare non
 „ posse , indeque cujusque partis judicium
 „ in sua civitate valeat ; quia superior non
 „ est , qui de jure , vel injuria cognoscere
 „ possit . Quando igitur capta ab hoste in-
 „ tra ejus præsidia pervenient , dominium
 „ rei mutatur , & ex judicio civitatis ho-
 „ stilis res illæ jure captæ censentur .

„ Aliud est in piratis , qui judicio supe-
 „ rioris subsunt , vel injuria se ei eximunt .
 „ Hi semper injuria agunt , adeoque nec af-
 „ ferere possunt , jure se agere ; nec judi-
 „ cium eorum ullibi valere potest . Vid. su-
 „ pra §. 1. propos. 7. pr.

„ Ut redditam a Philippo] ” Halonesi ver-
 „ ba apud Demosthenem hæc sunt : Se in-
 „ sulam banc latronibus erexit o'cupasse ;
 „ equum esse igitur ut ea sua sit . Neque vero
 „ difficile est , banc rationem , cum aqua-
 „ non sit , ei extorquere . Omnes enim la-
 „ trones aliena loca occupant , eaque muni-
 „ unt , ut inde alios infestent . Quod si quis
 „ latrones ultius fuerit & superarit , non
 „ sane probanda dicat , si vidiri veit . ea . qua
 „ illi per injuriam aliis erpta tenuere sua fie-
 „ ri . Nam si bac concedetis , quid prohibet . si
 „ quem vel Attica locum , vel Lemni , vel Im-
 „ bri , vel Scyri prædones invaserint . & aliqui
 „ eosdem armis expulerint , quin statim is-
 „ quoque locus , in quo prædones fuerant ,
 „ quam vester sit , illorum fiat , qui latrones
 „ depulerint ?

„ Ubicunque reperiuntur , vindicari possunt .]
 „ Quia dominus mansit ; non enim captæ,
 „ sed surreptæ sunt .

„ Tantum esse reddendum] Hoc non tan-
 „ tum locum habet in receptis a piratis ,
 „ sed & in receptis a vero hoste ; quod
 „ exemplis , & judicatis probat B. Paren-
 „ s. in disp. de postl. §. 2. §. 6. Conf. supra §.
 „ 10. n. 2.

„ Quantum Dominus ipse ad rem recipi-
 „ randam libenter impensurus fuerat] ” Im-
 „ mo saltem id , quod actu impedit is ,
 „ qui suo sumtu recepit ; nam in id saltem
 „ locupletior fieret dominus . Neque enim
 „ recipiens ultra hos sumitus jus aliquod in
 „ re a prædone surrepta sibi arrogare potest .

A D §. XVII.

P O T E S T tamen lege civili altud statut]
 „ Ut etiam surrepta a piratis si recipiuntur ,
 „ prædæ loco sint . Nam ob utilitatem pu-
 „ blicam jura subditis natura quæsita au-
 „ ferri , adeoque & ea , quæ a piratis re-
 „ cipiuntur , eripientibus relinqui possunt .

Sed lex talis non obstat in exteris] His-
 „ pani enim suis subditis tales leges ferre
 „ possunt at extranei , quorum bona à
 „ piratis capiuntur , eis non ob'igantur : a-
 „ deoque illi ubicunque rem sibi injuria ab-
 „ latam inveniunt , restitutis expensis eam
 „ vindicare poterunt .

A D §. XVIII.

R O M A N E leges] ” E. §. 2. ff. capt. 2
 „ Non tantum inter hostes] ” Hostes jure
 „ Romano dicuntur , quibus populus Ro-
 „ manus bellum publice decrevit , l. 24. ff.
 „ capt. & postl.

Sed & inter Romanos , & populos exte-
 „ ros] ” Sed quales exteros ? Cum quibus nec
 „ amicitia , nec hospitium , nec fædus amicitia
 „ causa factum habemus ; adeoque ubi id ,
 „ quod ex nostro ad eos pervenit , illorum
 „ fit , & liber homo noster ab eis captus fer-
 „ vus fit , & eorum , d. l. 24. Cum tali
 „ ergo gente ex hypothesi Romanorum bel-
 „ lum quidem non est , quia non est publi-
 „ ce decretum ; at eadem , quæ in bello ,
 „ ratio hic obtinet . Gens illa superiorem
 „ non habet : si proinde jure se agere asse-
 „ rit , valet ejus judicium in sua civitate ;
 „ indeque cum ea gente postliminii jura
 „ obtinent , d. l. 24. Atque hinc definitur
 „ postliminium , quod sit jus amissæ rei re-
 „ cipiendæ ab extraneo , inter nos , ac libe-
 „ ros populos constitutum , sive bello id ami-
 „ simus . NB. sive citra bellum .

Aliud igitur dicendum de illis gentibus
 „ externis , qua apud nos & libertaten-
 „ suam , & dominium rerum suarum aque ,
 „ ac apud se retinent , & eadem apud eos
 „ nobis contingunt , cum his enim postlimi-
 „ nio opus non esse , diserte traditur in l. 7.
 „ pr. captio . Etsi enim hæ gentes externe
 „ sint ,

„ sunt , sunt tamen amicæ , i. e. cives no-
„ stri ; & res , quæ ad eas perveniunt , non
„ capiuntur , sed tute sunt : adeoque nulla
„ de postliminio questio esse potest .

Aliibi] Vid. l. 2. c. 15. §. 5. l. 1. c. 2.
„ §. 5. n. 4. l. 2. c. 2. §. 2. n. 2. inf.

Reliquias has esse seculi Nomadum] "Ta-
„ le seculum nunquam extitisse , allegatis
„ locis notavimus ; simulque diximus , pau-
„ cissimas saltem gentes , in primis quæ ma-
„ ris littora inhabitabant , injurias tales per-
„ egisse , atque ideo jure talionis omnia in
„ eas , quæ in veros hostes , licuisse .

*Quo sensum naturalis societatis , qua in-
ter homines est , mores exsurdaverant]* "So-
„ cietatem communem hominum non dari ,
„ alibi demonstravimus . Mores igitur sen-
„ sum societatis , quæ non est , exsurdare
„ non potuerunt .

Etiam qua bellum publicum non gererent]
„ Adeoque quibus bellum publice indictum
„ non est , nec ubi armis disceptatur .

*Erat quadam belli inter privatos quasi
ipsis moribus indicti licentia]* "Ratione natu-
„ rali verum bellum hic est , non inter pri-
„ vatos , sed inter duas gentes ; non mori-
„ bus tacite sed ipso jure nature indictum ,
„ jure nimicum talionis . Quod enim gens
„ in se probat , in alia improbare nequit .

*Ne ea licentia ad interficiendos homines
profiliret , placuit captivitatis jura introduci]*
„ Fabulam de placito gentium toties jam
„ refutavimus . Vidi mus , in tales gentes
„ piratas omnia licere , quæ in hostem ; a-
„ deoque verum non est , captivitatem fal-
„ tem ex placito gentium ideo introductam
„ esse , ne licentia illa ad interficiendos bo-
„ mines profiliret . Nam jure naturæ in tales
„ gentes , qua cives nostros servos faciunt ,
„ eoque jus vitae , & necis sibi in eos ar-
„ rogant , res eorum rapiunt , &c. tanquam
„ in prædones , & fures scire licet ; adeo-
„ que in capientium arbitrio est , an captos
„ interficere , an servare eos , i. e. servos
„ facere velint .

*Cui consequens fuit , ut & postliminio lo-
cus esset]* "Quia ex hypothesi Auctoris ex
„ placito gentium captivitas introducta est
„ ad evitandum magius malum . Vera ratio
„ naturæ est , quod ex judicio nostræ civi-
„ tatis cives nostri a gente , quæ superio-
„ rem non habet , adeoque judicem non
„ agnoscit , injuria capti , & res nostræ in-
„ juria nobis eruptæ censeantur : quod ju-

Tom. IV.

„ dicium cum effectu valet ex eo momen-
„ to , quo cives nostri , & res , ad nostrum
„ limen redeunt .

Aliter , quam cum latronibus , ac piratis]
„ Personæ enim , & res a latronibus captæ
„ absque postliminio ipso jure redeunt , l.
„ §. l. 19. §. 2. ff. capt. Idem dicendum de
„ captis bello civili . L. 21. ff. captiv .

*Quia illa vis rem producebat ad aquas
pactiones , quæ a latronibus , &c. contemni
solent]* "Frivola hæc est ratio . Gentes , quæ
„ bellum cum humano genere gerunt , æ-
„ quas conditiones æque contemnere so-
„ lent , ac prædones privati , neque armum
„ habent amicitiam , nedum æquis pactio-
„ nibus , conciliandi . Veram rationem dif-
„ ferentia §. præced. explicavimus . Prædo-
„ nes semper injuria agunt , adeoque si af-
„ ferunt , se jure agere , judicium eorum
„ ipso naturæ jure nullum est , cum supe-
„ riorem habeant , vel habere debeant , cu-
„ jus judicio se submittere tenentur .

*An qui apud nos serviunt ex populo fe-
derato si domum revenissent , postliminio re-
deant]* Ponamus , Greciæ civem a Ger-
„ manis captum ad Romanos (amicos Græ-
„ corum) per commercia pervenisse , ibique
„ servisse , quæritur , si servus ille sese li-
„ berasset , & ad Græcia civitates profugis-
„ set , an dominus eum vindicare possit ,
„ an vero servus jure postliminii præstina jura
„ recipiat . Prius videtur affirmandum , quia
„ cum hoste saltem postliminium est , non
„ vero cum foederatis . At posterius verius
„ est . Seivus enim ad Romanos pervenit
„ cum sua causa , & sub conditione nisi post-
„ liminio redierit : quod optime ita expli-
„ cat ipse Grotius *supra* §. 6. n. 2.

*Cum populis liberis , & cum foederatis ,
postliminium nobis est ita uti cum hostibus]*
„ Festus hæc verba defusnit ex libro Galli
„ Elii de significationibus ; qui varias signi-
„ ficationes vocis postliminii exponens , ait ,
„ postliminio receptum esse i. eum , qui
„ liber ex civitate in aliam civitatem abie-
„ rat , & in eandem civitatem redit , eo
„ jure , quod constitutum est de postliminio ,
„ &c. 2. item qui servus a nobis in hostiam
„ potestatem pervenit , postea ad nos , redit
„ in eis potestatem , eis antea fuit jure
„ postliminii , &c. & tum addit 3. cum
„ populis liberis , & cum foederatis , & cum
„ regibus , postliminiam nobis est ut cum ho-
„ stibus .

Ex his apparet , Elium Gallum ratio-
Y nem

„ nem *juris postliminii* non intellexisse , quia „ id *juris ei tribuit* , qui *liber ex civitate in* „ *aliam civitatem abierat* , & *in eandem civi-* „ *tatem redit* : quod rationi *juris* repugnat . Si „ proinde *Ælius* hoc sensu afferit , cum h- „ *beris* , & *federatis populis* , ac *regibus* , „ *postliminium nobis esse ut cum hostibus* , „ *vehementer errat* ; & merito *Proculus* „ *hanc sententiam rejicit* , atque inter nos , „ & *federatos* , ac *liberos* , non *opus esse* „ *postliminio* , contendit : *quia & illi apud* „ *nos libertatem* , & *dominium rerum reti-* „ *nent* , & *nobis eadem apud eos contingunt* . L. „ 7. ff. *captiv.* Si vero posteriora illa *Festi* „ verba ad *quæstionem* a *Cicerone* propo- „ sitam referri debent , (quod vel exinde „ conjecturari licet , tum *quia ex eodem* „ *Cicerone* apparel de tali *casu* olim *quæ-* „ *sum fuisse* , tum *quia opponit federatos* „ *eis* , qui *Socii sunt* , *vid. infr. b. §. rubr.* „ *penult.*) vera est *sententia Galli Ælii* , nec „ *tunc ei repugnat Proculus* , qui de plane „ *alio casu loquitur* . *Vid. rubr. seq.*

Non inter nos , atque eos postliminium esse] „ *Proculus* oppugnare videtur primum ab „ *Gallo Ælio* *propositum casum* , *quod ille* „ *postliminio recipiatur* , *qui liber ex una ci-* „ *vitate in aliam abierat* , & *in eandem ci-* „ *vitatem redit* ; & *recte oppugnat* : si „ *vero ad quæstionem* a *Cicerone* *propositam* „ *referri ejus sententia deberet* , *male op-* „ *pugnaret* ; *nam i^o casu* a *Cicerone* pro- „ *posito omnino jus postliminii etiam cum* „ *federatos obtinet*.

Ego arbitror distinguendum inter fede- „ *ra* , &c.] ” Hæc distinctione nulla fundatur „ *ratione* , immo rationi repugnat.

Ea nec captivitati in posterum , nec post- „ *liminio obstante*] ” Si bellum publicum „ *per fœdus componitur* , contradictione est , „ *personas hinc inde capi* , i. e. *in servitu-* „ *tem redigi* , eoque interfici posse. Effe- „ *ctus pacis est* , *ut omnis decertatio per* „ *vim cessa* ; *hostes enim amplius non sunt* : „ *non autem capere licet nisi hostem*. Adeoque in hujusmodi personis , tantum ab- „ *est ut postliminium locum habeat* , *ut ea-* „ *rum libertas vi pacis postulari possit* , & si „ *alter neget* , *nova inde belli causa oria-* „ *tur*. Sane , nullum exemplum hujusmo- „ *di fœderis afferri poterit*.

Si qua id continerent , ut tuti essent pu- „ *blico nomine* , *qui ab his ad illos venissent* , „ *&c. ut tunc sublata captivitate cessaret* &

*postliminium] ” Immo etsi nihil in fœdere „ *de publica securitate dictum sit* , *ex ipsa* „ *natura pacis cessat jus capiendi* , adeoque „ & postliminium.*

Et hoc mibi indicare videtur Pomponius] „ *Pomponius non loquitur de casu* , *ubi* „ *bellum fœdere finitum* , *eoque amicitia* „ *contracta est* ; *sed e contrario de populo* , „ *cum quo nec amicitiam , nec hospitium* „ *nec fœdus habemus* ; *adeoque potius ex* „ *hoc loco appetat* , *cum ea gente* , *cum* „ *qua nobis amicitia* , & *fœdus amicitia est* „ *(uti est cum bellum pace finitur)* , & ca- „ *piendi jus* , & *postliminium cessare*.

Cum dixit fœdus amicitia causa , often- „ *dit* , & *alia posse esse fœdera* , *quibus nec* „ *hospitii* , *nec amicitia jus insit*] ” Adeoque „ *quibus nec jus capiendi in posterum* , „ *nec postliminium obstat*. At mera hæc „ *est cavillatio*. *Fœdus amicitia* hic non op- „ *ponitur fœderis sine amicitia* ; *tales enim mon-* „ *strum non datur* : *sed nudæ amicitiae*. „ *Aliud enim est amicitia* , *aliud fœdus a-* „ *miticia*. *Amicitiam Romani habebant cum* „ *omnibus populis* , *cum quibus ipsi compo-* „ *merciunt fuit* ; *cujus effectus referente* „ *Pomponio est* , *ut Romani apud illos* , & „ *illi apud Romanos tuti essent* , *ideoque* „ *ubi nec captivitati* , *nec postliminio lo-* „ *cus erat*. At *Fœdus amicitia* supponebat „ *arctiorema conjunctionem* ; *certæ adhibe-* „ *bantur solennitates* , *Fœciales mitteban-* „ *tur addito patre patrato* , *vid. supr. l. 2.* „ *c. 15. §. 3. n. 1* ; *pacifcentes juramento* „ *se obstringebant* ; *hostia necabatur* , &c. „ *Festus* , *voce fœdus*. *Alex. ab Alex. Gen-* „ *dier. Sect. 3.*

„ Xenophon (*in orat.*) de Agesilao (E- „ *dit. H. Steph. 1581. p. m. 384. Add. rer.* „ *Grac. lib. 4. p. 312. ejusd. ed. D.*) ait : „ *Achaia Argivos AMICOS SIBI CON-* „ *FÖDERATOS FECIT. Vid. Schilt.* „ *de hospit. p. m. 132.* Et Cicero civitates „ *fœderatas distinguunt ab illis* , *que sine fœ-* „ *dere amicæ erant* : *in Sicilia enim duas* , „ *ait* , *fuisse civitates fœderatas* , *quinque* „ *sine fœdere immunes* , *ac liberas fuisse* , „ *Romanis tamen amicæ*. *Orat. in Verrem.* „ *8. p. m. 167.* Syphax per legatos expete- „ *bat amicitiam* Romanorum , *nullo oblato* „ *fœdere*. *Liv. l. 27. c. 4.* Ita Romani lega- „ *tos ad Ptolemæum* , & Cleopatram , miser- „ *runt ad commemorandam* , *renovandam* „ *que amicitiam*. *Liv. d. c. 4. conf. Id. l.* „ *37. c. 3. & 4.* Tiberius Ptolemæo dona- „ *misiit* ,

, misit, eumque locum, & amicum Ro-
manorum esse voluit. Tacit. Ann. l.4.c.26.

Proculus quoque eos a se populos foederatos intelligi, qui amicitiam, aut hospitium tutum promisissent] " Proculus non loquitur de fœderatis, qui amicitiam, aut hospitium pro-miserant: de eo nec verbum exstat. Eo ipso enim dum foederatus est, est amicus; adeoque captivitas, eoque & postlimi-nium cessat.

Quæ nationes in ditione nostra sunt, &c. ut recte legit Cujacius] " Male Cujacius pro opinione legit ditione. Recte igitur Gallus, Elius ait, cum nationibus, quæ in opinione nostra (i. e. socii nobis) sunt, cum his postliminium non esse. Quod ex ipsa ratione naturali sequitur, quia is, qui ad socios revertitur, apud eos jam liber est, adeoque que non demum liber sit si ad nostros milites pervenit. Quod fecus est si civis noster ab hoste captus ad amicos, & foederatos, at non socios pervenit, & ibi servit; hic enim non, nisi ad nostros milites revertatur, libertatem recipit: adeoque hactenus cum foederatis quoque postliminium obtinet.

Hoc additamento supplendum erit: nec cum his, quibuscum fædus amicitia causa habemus] " Immo omne fœdus, quo bellum finitur, supponit amicitiam, & amicitiaz causa fit: adeoque excludit capturam, & eoque & postliminium.

A D S. XIX.

No n inter Christianos] " Adeoque si Christianus a Christiano capit, liber manet. Vid. L. 3. c. 7. §. 9. n. 1.

Apud plerosque Mahometistas] " Vide supra c. 7. §. 9. n. 2.

Jus ut captivitatis extra bellum] " Jus capiendi res, & personas extraneorum, nec apud alias gentes unquam obtinuit, nisi bello: paucis saltem populis exceptis, qui contra naturam extra bellum communis amicitiaz regulas violare, ac exterorum res, & personas capere solebant; quales hodieque sunt Algerienses, &c.

Ita & postlimii] " Adeoque hodie extra bellum jus postlimii cessare, putat: at diximus, & apud Romanos id juris fuisset, nisi in casu speciali, ubi amicitia

, nulla fuit cum extraneis, i. e. ubi extra nei res, & personas civium nostrorum citra bellum capiebant. Ipse Auctor n. seq. fatetur, hoc casu hodieque postlimium non locum esse.

Sublata utriusque necessitate, ob restitutam vim ejus cognitionis] " Auctor supponit, gentes Seculo Nomadum extra bellum promiscue prædam egisse, adeoque sensum societatis naturalis exuisse, inde que res, & personas externas cepisse; quæ proinde reversæ merito pristina jura recipiebant; inter Christianos autem, & alias gentes, restitutam esse, fingit, vim cognitionis humanæ, &c. atque ideo & captivitatem, & postliminium extra bellum exolevisse. At dictum sæpius est, i. non dari societatem humani generis; adeoque 2. verum non esse, sensum ejus excidisse hominibus. Dixi 3. gentes, nunquam promiscue latrocinia exercuisse, sed personas, & res nostras a pud alias gentes ipsa naturæ ratione tutatas esse: & sic frustra de captivitate, & postlimiis queri. Si tamen gentes quædam adeo feroce fuerunt, ut cum iis nulla fuerit amicitia, i. e. si personas, & res nostras promiscue ceperunt, cum illicis æque postliminium extra bellum olim obtinuit. Vid. n. 2.

Vetus illud jus gentium] " Scilicet, jus 2. capiendi extra bellum eos, cum quibus de causa belli quidem transactum, sed speciatim fœdus amicitiaz non est initum. At tale jus nunquam extitisse, vidimus.

Si res sit cum gente tam barbara] " Cum qua nec amicitiam, nec hospitium, nec fœdus amicitiaz causa habemus. l. 5. §. 2. Capt. & post. Etsi enim tales gentes jure Romano hostes non sint, (quia bellum publice decretum non est) sunt tamen naturali ratione hostes, cives nostros interficiunt, & capiunt sine causa, &c. Si proinde ab his gentibus capti servi efficiuntur, sponte sequitur, reversos privata jura recipere, adeoque in his extra bellum captis postlimio locum esse, quia injuria captos afferimus a gente, quæ superiore non habet, adeoque cum quæde jure contendere nisi bello non possimus.

Capti belli jure mutasse dominium] " Nam, Algerienses summa gaudent potestate, promiscue omnes Christianos hostis loco habent, ac vim ipsis inferunt, captosque servos.

„ servos faciunt. His igitur servis, si rever-
„ tuntur, postliminium est; & res si reci-
„ piuntur, prius cedunt domino. Errat
„ igitur Auctor dum tradit §. 14. & 15,
„ veteri jure gentium ita dominium muta-
„ tum esse in rebus mobilibus, ut res ci-
„ vium nostrorum recepta cedat capienti.
„ Contrarium enim probavimus dict. loc.
„ Cæterum, apud Hispanos quod a privatis
„ piratis captum recipitur, non domino re-
„ stitui, sed eripienti acquiri, diximus
„ supra §. 17.

Ac proinde, cum recepta ab aliis essent,
facta eorum, qui receperissent] " Immo tale

, jus vetus gentium nunquam obtinuit. Se-
„ ne, res etiam mobiles, ex judicio nostre
„ civitatis injuria nobis ablatas dicimus; a-
„ deoque dominium eatenus non mutatum
„ est: hoc autem judicium cum effectu
„ valet, ubi res intra fines nostros redit.
„ Sane milites nostri, qui rem recipient,
„ defendere nostra debent, non sibi acqui-
„ rere. Cæterum, legibus civilibus lex ta-
„ lis statui potest subditis; quod & in Gal-
„ lia, & in Hispania factum vidimus.
Naves bodie inter ea non esse] " Vide
„ supra §. 15. ubi diximus, id meri juris ol-
„ vilis esse.

C A P U T X

Monita de his, quæ fiunt in bello injusto.

- I. Quo sensu pudor vetare dicatur, quod lex permittit :
- II. Aptatum hoc ad ea, quæ jure gen-
tium permitta diximus.
- III. Interna injustitia injustum esse,
quod ex bello injusto fit.
- IV. Qui hinc, & quatenus ad restitu-
tionem obligentur.
- V. An res captæ bello injusto redden-
de sint ab eo, qui cepit.
- VI. An & ab eo, qui detinet.

^{a Lib. III. o. 4.} L. I. Egenda mihi retro vestigia, + & eripienda bellum gerentibus
+ penè omnia, quæ largitus videri possum, + nec tamen lar-
gitus sum: nam cum primum + hanc juris gentium partem explicare sum
agressus, + testatus sum, juris esse, aut licere multa dici, eo quod impune
fiant, partim etiam + quod 2 judicia coactiva suam illis auctoritatem ac-
commodeant, + quæ tamen aut exorbitent a recti regula, + sive 3 illa in
jure strictè dicto, + sive in aliarum virtutum præcepto posita est, + aut
certe omittantur sanctius, & cum majori apud bonos laude.

2. In Troadibus Senecæ diceati Pyrrho, (vers. 333.)

+ Lex nulla capto parcit, aut panare impedit :

regerit Agamemnon.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

Quo

G R O N O V I I.

1 PEne omnia] Et ostendendum, quamquam
hæc jure gentium concessa in bello, & im-
punia sint, perpaucæ tamen eorum virum bo-

num, & Christianum licere sibi putare debere.
2 Judicia coactiva] Magistratus pro potestate
facta tueantur.

3 Illa in jure stricto] Quæ nihil vi geri pa-
titur, nisi ad sui tutelam inculpatam.

G R O N E

Quo in loco + pudor + non tam hominum , & famæ , quam æqui , & boni , aut certe ejus , quod æquius , meliusque est , respectum significat . Sic in Justinianeis Institutionibus ^a legimus : fideicomissa appellata sunt , + quia ^{a De Fi-}
^{decim.}
^{b Declam.}
^{c Quid.}
^{d Operi-}
^{bus , vers.}
^{e Pag.}
^{f Prota-}
^{gora. pag.}
^{g Ad in-}
^{eruditum}
^{Princip.}
^{pag. 781.}
^{B. Tom.}
^{II.}
^{b Vita}
^{Thesæ.}
^{pag. 3. C.}
^{Tom. I.}
^{i Lib. VI.}
^{o 36.}
^{k Lib.}
^{XIII. en-}
^{tig. c. 19.}
^{(Cap. XI.}
^{§. 3. divis.}
^{Hudf.)}
^{l L. 14.}
^{§. 2. D. de}
^{ritu nupt.}
^{m Off. I.}
^{28.}

5 nullo vinculo juris , sed tantum pudore eorum , qui rogabantur , continebantur . Apud patrem ^b Quintilianum : non aliter ^c salvo pudore ad sponsorem ^d 973.
^e venit creditor , quam si recipere a debitore non possit . Atque eo sensu ^f sepe
^{seq.}
^g videas + justitiam cum pudore conjungi .

c Nondum justitiam facinus mortale fugarat :
 Ultima de superis illa reliquit humum ,
 Proque metu populum sine vi ⁷ pudor ipse regebat .

Hesiodus ^d :

Δίκη δὲ ἐν χερσὶ γὰρ αἰδῶς
 οὐκ ἔσται, βλάψει δὲ παντὸς τὸν ἀριστονόμονον.

— + nusquam pudor : aurea nusquam
 Justitia : insultant pravi melioribus ultro .

Plato libro XII. de ^e legibus : παρθένος γαρ αἰδῶς δίκη λέγεται τε καὶ δύτως ἔργον . emendem ^g πάρθενος ut sensus sit : + comes pudoris justitia vocatur , Θεοῖς περιττοῦ quidem . Nam & alibi idem Plato sic loquitur : ^f Θεοῖς δέσποις περὶ τὴν γῆν αἰδερίων , μὴ ἀπόλοιστο πᾶν , δωράτους αὐθράποις αἰδῶς τε καὶ δίκην , ὥστε πόλεων κόσμοι τε τῷ δίκαιῳ φιλίας εὐνοεῖνοι . ^g Deus metuens , ne plane interiret genus huminum , dedit hominibus + justitiam , ac pudorem , ornamenta civitatum , Θεοῖς ad amicitiam colligandam vincula : & Plutarchus ^h simili modo δίκην vocat ⁱ εὐοίκον αἰδῶς , justitiam pudoris cohabitatem , + qui & ^j alibi jungit αἰδῶς , & δίκην εὐοίκον . Apud + Dionysium Halicarnassensem simul nominantur ^k αἰδῶς , κόσμος καὶ δίκη , pudor , decorum , & honestum . Sic & αἰδῶς , & ἐπιεικεῖαν , copulat ^l Josephus pudorem , & ^m equitatem . Paulus quoque + jurisconsultus ⁿ conjugit naturale jus , & pudorem . Cicero ^o autem inter justitiam , & verecundiam , ita fines regit , ut justitiae partes statuat non violare homines , (aa) + verecundiae non offendere .

3. Cum eo , quem ex Seneca adduximus , versu , bene convenit dicitur

G R O N O V I I.

recundiam , & existimationem , nisi vult decoquere pudorem .

7 Pudor ipse] Reverentia sola recti .

8 Πάρθενος] Ex Afranio apud Nonium licet reddere adfætrix] Verba Poëtæ : remittit adfætricem : me ad te vocat .

9 Deus metuens] Providens .

10 Εὐοίκον] Domesticam , contubernalem .

11 Ita fines regit] Distinguit .

(aa) At vero Verecundia heic est virtus quædam singularis : ut & Pudor in verbis Pauli Jurisconsulti propriè sumitur . J. B.

6 Salvo pudore] Signidem vult retinere ve-

^a Lib. 1. Etum & ejusdem in scriptis philosophicis : ^a Quam angusta innocentia est, de ira, c. 12 ad legem bonum esse? + quanto latius officiorum patet, quam juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt? quæ omnia 13 extra publicas tabulas sunt. Ubi vides, + jus a justitia distingui, + quia b Lib. 1. jus accipit id, 14 quod in judiciis externis viget. Idem id alibi ^b explicat de Clem. c. 18. egregie exemplo juris herilis in servos: In mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit; + sed quantum tibi permittat æqui, bonique natura, quæ parcere etiam captivis, & pretio paratis jibet. Deinde: + cum 15 in servum omnia licent, est aliquid, + quod 16 in hominem licere commune jus animantium vetet. quo in loco notanda iterum vocis licere diversa acceptio, + altera exterior, altera interior.

^c Liv. l. 26. c. 31. II. 1. + Eundem habet sensum illa Marcelli c in senatu Romano distinctio: non quid ego fecerim in disquisitionem venit, quem quicquid in hostibus feci jus belli defendit, sed 17 quid ipsi pati debuerint: ex æquo, & bono scilicet. Idem discrimen Aristoteles d innuit, disputans, an justa dicenda sit quæ ex bello oritur servitus: ὅλως δὲ ἀντεχόμενοι τινες, οὐδὲν δικαιούμενοι τινες. (οὐ γὰρ νόμος δίκαιον τι) τὸν κατὰ πόλεμον δελέσιν τοθάσιον ὅλως δὲ φυσικὸν γάρ αἰρχόντες μὴ δίκαιον εἶναι τὸν πόλεμον. quidam respicientes justi aliquid (b nam & lex justum quid est) justam esse, ajunt, servitudinem ex bello; at 18 omnino justam esse, negant, quando accidere potest, ut injusta fuerit belandi causa. Simile est illud Thucydidis e in Thebanorum oratione: e. 66. Εἰς δὲ χρεοὺς ἀπεκτείνατε τούς ὁμοίως ἀλγεῦμαν· κατὰ νόμουν γὰρ διὰ τηνα τηνανον de his, quos in confliktu occidisti, non adeo querimur; + accidit enim hoc illis jure quodammodo.

^f L. 19. ^g D. de capt. ^g Ep. XXXI. ^b L. XXIX. ^c 1. 2. Sic & ipsi + jurisconsulti Romani, quod sæpe jus captivitatis vocant, + alibi injuriam appellant, + & æquitati opponunt naturali; & Seneca servi nomen ex injuria natum, 19 + id, quod sæpe accidit, respiciens. Apud Livium b quoque Itali retinentes ea, quæ Syracusanis bello ademerant,

G R O T T E.

^a Quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse?] Idem Seneca de Beneficiis V, 21. Multa legem non habent, nec actionem, ad quæ consuetudo vita humana lege omni valentior dat aditum. Quintilianus institutionum oratoriarum lib. III. c. 6. Sunt enim quedam non laudabilia natura, sed lege concessa, ut in XII. tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit. Cicero de Officiis libro III. Alter leges, alter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus manu tenere possunt: philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. (Cap. 17.)

^b Nam & lex justum quid est] Seneca ad Helviam c. 6. alii armis sibi jus in aliena terra fecerunt. Pugnare videntur jus, & aliena. Sed concilianda, ut docet hic textus. Repete quæ supra hoc libro cap. IV. §. 2.

12 Ad legem bonum esse?] Hactenus solummodo recte facere, ac justitiam colere, ut præstes, quod leges imperant, quod a judge potes cogi.

13 Extra publicas tabulas sunt] Quæ negligere possis sine metu tribunalis, & prætoris, quæque actionem ex legum tabulis non habent.

14 Quod in judiciis externis] De quo prætor, vel iudex, & consilium disceptant, quod actione petitur.

15 In servum omnia licent] Quicquid statuas, forum, & fasces non metuas.

16 In hominem licere] Si facias in homine, nesciisque vili, & humili, ferum, immane, inhumanum habeatur.

17 Quid ipsi pati] Annon debuerit ab illis ius belli abstineri.

18 Omnino justam] Semper, & in universum.

19 Id, quod sæpe accidit] Ut servi fiant, qui fieri non meruerunt.

ademerant, pertinaces ²⁰ + ad obtinendam injuriam appellantur. Dion Prusacensis ^a cum dixisset, bello captos, si ad suos rediissent, libertatem recipere, addit, *ως αδίκως δελευτας, ut qui + per injuriam in servitute suis sent.* ^{a Orat. XV. pag. 240. A.}

^c Lactantius ^b de philosophis loquens: *cum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad justitium, neque ad veram virtutem Div. VI. 6: accommodatur illa omnis oratio, + sed ad hanc vitam, moremque civilem.* ^{b Inf.}

Idem mox a Romanis, ait, + legitime illatas injurias.

III. Primum ergo dicimus, + si belli causa injusta sit, + etiam si bellum solenni modo suscepsum sit, injustos esse ²¹ + interna injustitia omnium actus, qui inde nascuntur: ita ut + qui scientes tales actus operantur, aut ²² + ad eos cooperantur, habendi sint in eorum numero, ^{c i. Cor. VI, 10. d Jon. III, 8. e Libro præceptorum legi præcepto jubente XVI.}

+ qui ad regnum coeleste sine poenitentia pervenire non possunt. Vera autem poenitentia, si tempus, & copia suffpetat, omnino requirit, d + ut is, qui damnum dedit, sive interficiendo, sive res corrumpendo, sive prædas agendo, id ipsum resarciat. Ideo Deus ^e negat, grata sibi esse jejunia eorum, qui non jure captos detinebant: & Ninivitis ^d rex indicens ²³ justitium præcipit, + ut rapina manus vacuefaciant, ²⁴ + naturæ ductu agnoscens, sine tali restitutione poenitentiam fictam, & inanem fore. Atque ita videmus sentire ^f non ^e Judæos tantum, & Christianos, sed & ^g Mahometistas.

IV. + Ad restitutionem autem ^f tenentur, secundum ea, quæ generaliter a nobis + alibi explicata sunt, + belli auctores, ²⁵ sive potestatis jure, + sive consilio, + de his scilicet omnibus, quæ bellum consequi solent: + etiam de insolitis, + si quid tale jusserunt, aut suaferunt, + aut cum impedire possent, non impedierunt. + Sic & duces tenentur de his, quæ suo

G R O T I I.

^e Lactantius] Augustinus vero epistola V. quæ est ad Marcellinum: (Ep. 138. §. 14. Edit. Benedictin.) ac per hoc si terrena ista res publica Christiana præcepta custodiut, etiam ipsa bella sine benevolentia non gerentur. Idem de diversis ecclesiæ observationibus: apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt. (Ultimum locum habet Author à Gratiano, Caus. XXIII. Quæst. i. c. 6. neque enim alibi reperitur, quod sciām. J. B.)

^d Ut *is*, qui damnum dedit, sive interficiendo, sive res corrumpendo, sive prædas agendo, id ipsum resarciat.] Num. V, 6. 7 Hieronymus ad Rusticum: nec differtur ultiora sententia, si non reddantur universa. (Nil ibi tale apud Hieronym.) Augustinus in epistola ad Macedonium, quæ est LIV. (Ep. 153. §. 20. Edit. Benedictin.) Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, penitentia non agitur, sed simulatur. Retulit Gratianus in causam XIV, quæstione VI. c. r.

^e Negat, grata sibi esse jejunia eorum, qui non

jure captos detinebant] Locus est illustris *Esaie* LVIII, 5. 6. 7. habes eum græce apud *Justitium Martyrem* in colloquio cum Tryphon. (Pag. 233. Ed. Sylburg.)

^f Non *Judeos tantum*] Vide canones poenitentiales *Mosis Maimonida* cap. II, §. 2. Et *Mosèm de Kotzi præcepto* jubente XVI.

^g *Mahometisti*] Vide *Leunclavium Turcicum* V. & XVII.

G R O N O V I I.

²⁰ Ad obtinendam injuriam] Ad retinenda, & non reddenda, quæ per vim parum probatam quaeviissent.

²¹ Interna injustitia] Quæ apud Deum reos faciat, etiæ humano foro excusatos.

²² Ad eos cooperantur] Aut eis adjutorium faciunt.

²³ Justitium præcipit] Ferias, & vacationem ab omni opere, ac negotio obsecrationis causa.

²⁴ Naturæ ductu] Quippe veræ religionis ignarus.

²⁵ Sive potestatis jure, sive consilio] Vel jubendo, vel suadendo.

Q R O-

suo ductu facta sunt : + & milites + in solidum omnes , qui ad actum aliquem communem , puta urbis incendium , concurrerunt : + in 26 actibus dividuis pro damno quisque , + cuius ipse causa unica , + aut certe inter causas fuit.

^a Silo. d.
toco num.
10.

^b Vafq.
lib. I , con-
trou. ill. c.
9. n. 17.
Molin.
dib. 118.
§. ut vero.

^c Lib. IX.
e. I.

^d Lib.
VIII.c. 39.

^e Vide
supra l. II,
c. 12-

^f Vide
supra lib.
II, c. 10.

^g Lib. VI.
b. 5.

V. i. Neque admittendam putem exceptionem , quam nonnulli + adferunt + de his , qui aliis operam navant , + si modo in ipsis aliquid haereat (bb) culpæ : 27 + ad restitutionem enim sine dolo culpa sufficit . + Sunt qui videntur b existimare , res bello captas , etiamsi justa belli causa non adfuerit , reddendas non esse , eo , quod bellantes inter se , cum bellum inierunt , ista 28 capientibus donasse intelligentur . + Sed nemo 29 suum jactare temere præsumitur : + & bellum per se longe abest a contractuum natura . Ut vero pacati populi certi quid haberent quod sequentur ; + nec bello implicarentur inviti , + sufficiebat introductio 30 externi , de quo diximus , dominii , + quod cum interita obligatione restitutionis potest consistere . + Atque id illi ipsi auctores videntur statuere in jure captivitatis personarum . Ideo Samnites apud c Livium , res hostium in præda captas , que belli jure nostræ videbantur , remisimus . + Videbantur , ait , quia injustum id bellum fuerat , ut jam ante d agnoverant Samnites .

2. + Non dissimile est , + quod ex contractu sine dolo inito , 31 cui e inest inæqualitas , jure gentium nascitur facultas quædam cogendi eum , 32 qui contraxit ad implenda pacta : + nec eo tamen minus , qui plus æquo stipulatus est , rem ad æqualitatem reducere ex probi , ac pii hominis officio tenetur .

VI. i. Sed & , qui damnum ipse non dedit , s aut sine omni culpa dedit , + sed rem bello injusto captam ab alio penes se habet , tenetur eam reddere , quia cur alter ea carere debeat , + nulla causa subest naturaliter justa , + non consenus ipsius , + non malum meritum , + non compensatio . Non aliena ab hac re historia est apud Valerium & Maximum : *populus* , inquit , *Romanus cum P. Claudius Camerinos ductu* , atque *auspiciis suis captos sub hasta vendidisset* , et si ærarium pecunia , fines agris auctos animadvertebat , tamen , + quia 33 parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur , maxima

G R O N O V I Z .

26 *Actibus dividuis*] Quos non faciunt , agminatim , centuriatim , manipulatim , sed finitimaliter .

27 *Ad restitutionem*] Ad restituendum quisque obligatur ipsa possessione alieni , aut casu damni dati , etiamsi dolus ejus , & prava voluntas non intervenerit .

28 *Capientibus donasse*] Res suas misisse in gleam , & tacito pacto constituisse , ut id habeant pars utraque , quod huic , aut illi assignaretur mars communis , & fortuna .

29 *Suum jactare*] Pro derelicto habere .

30 *Externi dominii*] Ut eum pateretur esse pars publico domiuam , qui res cepit , quod

potuerunt pati , et si non solverent conscientiam vinculo quarundam restituendarum .

31 *Cui inest inæqualitas*] Ubi non redditus par pro pari , quod fieri debet in legitimo contractu .

32 *Qui contraxit*] Qui plus debet , quam accepit .

33 *Parum liquida*] Dubitabatur , an vere hostes fuissent .

(bb) Videtur heic deesse dolos , aut aliud simile : ut patet ex verbis sequentibus , sine dolo culpa sufficit . Non est in promtu SYLVESTRÆ ille , ad cuius sententiam heic respicit Auctor noster . J. R.

xima cura h. conquistos redemit, iisque habitandi gratiâ locum in Aventino adsignavit, & prædia restituit. + Similiter Phocensibus ^a Romanorum decreto redditâ libertas ^b etiam illa publica, & qui erepti erant agri. Et postea ^c Ligures, qui a M. Popillio venditi fuerant, ^b redditio emtoribus pretio restituti sunt in libertatem, bona quoque reddi curata. + Idem de Abde-
ritis decrevit senatus, ^c addita causa, quod injustum bellum illatum iis esset. ^a Liv. lib. xxxviii. ^b Liv. L. c. 39. ^c Idem, XLII. c. 8. ^c Idem, XLIII. 6.

2. Poterit tamen, si quid sumtus, aut opera impedit is, qui rem tenet, + deducere tantum, ^d quantum domino valebat adipisci desperatam possessionem, secundum ea, quæ alibi explicata sunt. Quod si rei possessor culpæ exsors eam consumserit, aut alienaverit, + non tenebitur, nisi in quantum censi potest locupletior factus. ^d L. II. c. X. §. 9. &
L. III. c. IX. §. 16.

G R O T I I.

i Ligures] Vide excerpta Peiresciana Diodori Siculi. (Pag. 298.)

G R O N O V I I.

34 Etiam illa publica] Non tantum ut privati liberarentur servitute apud privatos, sed etiam ut reipublica sua leges redderentur.

35 Quantum domino] Eam summam pecunia, quam dominus impendere non dubitasset, ut reciperet. 2, 10. 9.

h Conquistos redemit, & prædia restituit] Antonius Tyrios coegerit reddere, quæ Judæorum tenebant. Homines ab eis verditos jussit liberari, bona dominis reddi. *Josephus XIV. antiquæ historiæ*, (Cap. 12. §. 5. divis. Hudson.) Macrinus Parthis reddidit captivos, & prædam, quod causa non fuisset, cur Romani pacem rumperent. *Herodianus* libro IV. in fine. Mahumetes Turca liberari jussit eos, qui fuerant in oppido Sanctæ Mariæ in Achaea. *Chalcocon-*
dylæ libro IX.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS IN HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. X

"EX COMPENDIO Systematis Gro-
tiani, quod supra L. 3. c. 1. §. 1.
"rubr. penult. exposuimus, repetendum
"est, Auctorem in questione, quid, quan-
"trunque in bello liceat? distinguere inter
"id, quod jure natura socialis, & id, quod
"jure gentium voluntario licet. L. 3. c. 1.
"§. 1. & b. c. 10. §. 1.
*"Postquam licentiam *juris gentium* octo*
"præcedentibus capitibus exposuit, jam
"retro legit vestigia, & bellum gerentibus
"omnia eripit, quæ ipsis ex jure gentium
"largitus est: i. e. temperat illud jus gen-
TOM. IV.

*"tium, non tantum ex præceptis *juris na-**

"ture stricte sic dicti, seu *socialis*; sed

"etiam ex jure naturæ laxiori sensu sumto,

"seu virtutum præceptis; & denique ex

*"eo, quod *landabile*, & *utile* est, b. c.*

"10. §. 1.

"Equidem non moramur distinctionem

*"*juris naturæ* in *sociale*, & *laxius*; nec*

"differuntiam, quam Auctor constituit in-

*"ter id, quod *juris laxioris*, i. e. debitum,*

*"& quod *saltem honestum* est. Utramque*

*"enim examinavimus in *Dissert. proœm. I.**

*"& II. Sufficit quod Auctor per *jus so-**

Z, ciale

„ciale intelligit jus illud naturae, quod totum humanum genus obligat; & per jus naturae laxius praecpta virtutum. Id falsum hic notamus, ius gentium voluntarium non dari, adeoque frusta de ejus licentia, & de temperamentis circa illam licentiam queri.

„Ceterum, quid iure naturae in bellis liceat, tum ex principiis Auctoris, tum ex nostris explicavimus supra c. I. §. I. ad rubr. penult. tum speciatim demonstravimus in singulis capitibus praecedentibus; adeoque iis immorari opus non est. Sed paucis saltetem expomemus ea tempora, quae Auctor tum ex virtutum praeceptis, tum ex debito honestatis, tum ex utilitatibus rationibus affert, & quae o-

„ctorem sanctius omittitur, l. 2. c. I. §. 2. n. §. 9. Evitanda alap causa alium occidere licet; at laudabilis est pati, d. c. I. §. 10. Alia exempla ex Auctore cumulavimus in Diff. proem. II. §. 9.

Lex nulla capro parcit] „Auctor putat, intelligi hic legem juris gentium, quae impunitatem saltem concedit. At verius est, loqui Pyrrhum de lege naturae, & Agamanonem opponere ei praecpta virtutum, tum. Vid. l. 3. c. 4. §. 2.

Non tam hominum, sed famae, quam aqui, & boni, &c. respectum significat] „Immo pudor ibi saltem significat id, quod laudabilis est; nam iure naturae dubium non est, captum interfici posse. Bene Lantius hanc differentiam observavit, de vera sapientia c. 24. ubi suorum est, ut impunitatibus parendi necessitatem non vi aliqua, sed pudore; sed tamen libertatem relinquit, ut sed primum constitutum sit, parentibus.

Quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore] „Adeoque Imperator iuri hic opponit id, quod pudori convenit, i. e. virtuti: de qua in praesenti materia plane non queritur,

Justitiam cum pudore conjungi] „Immo non conjunguntur quasi eadem sint, sed quia ipsa justitia, quatenus in constanti, & perpetua voluntate consistit, virtus est: si nimis id, quod justitia exigit, non metu peccati, sed ex pudore, i. e. ullo, & perfectionis amore agitur.

Nusquam pudor: aurea nusquam justitia] „Diversum ergo aliquid est pudor a justitia.

Comes pudoris] „Vel potius adfestrivit. Vid. Gron. b. quia, uti dictum est, ipsa justitia quæcavæ in animo consiluit, virtus est.

Justitiam, ac pudorem] „Intelligit virtutem, cuius semina omnino sequuntur a natura sunt, ac ipsa justitia. Utique colligatur amicitia, sed diverso modo: justitia, metu peccati, virtute, seu pudore, perfectionis amore.

Qui sed alibi jucxit, &c.] „Pudorem, & equitatem, scilicet, quæ ex perfectione oritur.

Diomysium] „Sed haec tria toto celo differunt a justitia.

Jurisconsultus conjungit naturale ius, & pudorem] Paulus in l. 14. §. 2. de riu mpx. loquitur

A D S. I.

Ex eripienda bellum gerentibus pene omnia, quo largitus videri possum, &c.] Scilicet, ex facto illo iure gentium.

Nec tamen largitus sum] „Scil. juxta iustitiam internam, seu jus naturæ sociale.

Hanc juris gentium partem] „Quid sci-licet in bello liceat.

Testatus sum iuris esse, aut licere multa dici, eo quod impune fiant] „Vide supra l. 3. c. 4. §. 2. Conf. l. 1. c. 2. §. 7. l. 2. c. 5. §. 28.

Quod judicia coactiva suam illis autoritatem accommodent] „Nam supra docuit, unam, quamque gentem judiciis coactivis hoc jus defendere teneri, l. 3. c. 7. §. 6. n. I. 2. 6. 7. & 7. c. 6. §. 2. & 4. §. 2. in fin. c. 9. §. 2. c. 16. §. 3. l. 2. c. 1. §. 1. n. 3. c. 23. §. 13. n. 3.

Quia tamen aut exorbitant a recti regula] „Vide late Diff. proem. IV. §. 20. & 21.

Sæpe illa in iure stricte dicta] „Quod sociale vocat. Vid. proleg. §. 8. l. 1. c. 1. §. 5.

Sæpe in aliarien virtutum precepto posita est] „Quam partem iuris aptitudinem vocat Auctor, seu jus naturæ laxius. Vid. proleg. §. 9. & l. 1. c. 1. §. 7.

Ance certe omittuntur sanctius „Nam ius naturæ laxiori sensu sumptum, (quod debitum inferre, ait,) distinguit ab eo, quod saltem laudabile est. Diff. proem. XII. §. 9. Ita occidere innocentem iure necessariae defensionis licet; at juxta Au-

» loquitur de pudore, qui negotio generatio-
» nis inest, adeoque ex ipso jure natu-
» rae oritur. Alio igitur sensu pudor hic su-
» mitur.

Verecundia non offendere] " Cicero non
» loquitur de offensione, quæ fit ablatione
» juris alieni, & quæ ipso nature jure pro-
» bhabita est, teste eodem Cicerone, d. I.
» i. c. 9; sed de offensione, quæ fit ex ne-
» glectu decori. Nam Auctor ille partem
» tractat honestatis, in qua verecundia,
» temperantia, & modestia cernit; idque
» voce decori contineri, ait, dicit. l. i. cap.
» 27. pr. Unde decorum definit d. cap. 27.
» fix. ubi moderatio, & temperantia appa-
» ret; & in cap. 28. pergit: hoc decorum,
» quod in vita elucet, movere approbationem
» eorum, quibuscum vivitur, ordine, &
» constantia, & moderatione diutorum om-
» nium, atque factorum. Indeque tandem
» eodem c. 28. concludit, *verecundia par-
» tes esse non offendere* (i. e. decorum ob-
» servare, non indignum se reddere ap-
» probatione cordatorum virorum). Unde
» etiam statim addit: *in quo maxime per-
» spicitur vis decori.*

3 *Quanto latius officiorum patet, quam ju-
» ris regula*] " Differentias late exposuimus
» in *Dissert. proem. X. Post. XV.*

Jus a justitia distingui] " Quatenus scil.
» justitia virtus est, i. e. quatenus consistit
» in constante, atque perpetua voluntate.

*Quia jus accipit id, quod in exteris ju-
» dictis vigeat.*] " Immo Seneca eo sensu juris
» regularis non intelligit. Nam etiam apud
» Deum justus est qui suum cuique tribuit,
» et si non amore virtutis justitiam operetur.
» Sane, pœnæ non subjacet qui suum cui-
» que tribuit; sed præmium non meretur.

*Sed quantum tibi permittit aqui, boni-
» que natura*] " Pietas nimironum, humani-
» tas, &c.

Cum in servorum omnia diceant] " Scil.
» jure naturæ.

*Quod in hominem licore, commune jus
» omnium vetet*] " Ratio scil. humanitatis.

Altera exterior, altera interior] " Rectius
» altera juris, altera virtutis.

» Marcellus non quod jure hostis licet, op-
» ponit ei, quod *equum*, & *bonum* est, sed
» distinguit duplēm quæstionem: 1. an id,
» quod fecit, in hostem fieri potuerit; &
» hoc affirmit: 2. an Syracusani hostes
» fuerint, adeoque an hostilia pati debue-
» rint? & hoc solum in disquisitionem ve-
» nire, ait. *Lio. l. 26. c. 31.*

Idem discrimen inuit] " Rationem, cur
» servitus etiam ex injusto bello justa dica-
» tur, alibi exposuimus: quia scil. uterque
» litigantium causam suam justam ait, nec
» judex est, qui de justitia causæ cognoscere possit. Suspensa igitur interim est
» questio de jure, usque dum bello per
» ultimam victoriā finito appareat, cujus
» causa iuxta fuerit: tunc enim demum
» constat, victimum omnia injuria egisse, a-
» deoque servitudem quoque ex bello justam
» non esse. Servitus igitur ex bello injusto
» nunquam justa fuit, et si ex conditione
» naturæ humanæ certitudo durante bello
» suspensa fuerit.

Accidit enim hoc illis jure quodammodo] " Quia ex judicio civitatis hostilis justam
» sibi belli fuisse causam opinabantur: quod
» cum Thebani ex suæ civitatis judicio ne-
» garent, ideo *quodammodo* saltem jure id:
» illis contigisse, ajebant.

*Jurisconfulti Romani quod sepe jus capti-
» vitatis vocant*] " Postquam enim Gajus in
» L. I. pr. ff. A. R. D. præmisit, *Quarum*
» *dam rerum dominium nos nasci* jure
» gentium, quod ratione naturali inter o-
» mnes homines peraque observatur, & quod
» cum ipso genere humano proditum est, ita
» pergit l. 5. §. si Eodi Item quæ ex ho-
» stibus capiuntur, jure gentium statim ca-
» pientium sunt; & l. 7. pr. Eod. Adeo ut &
» liberi homines in servitudem dedicantur.
» Sed & alibi servos jure gentium fieri, JCTi:
» afferunt, l. 4. §. 1. l. 5. §. 1. ff. de statu hom.
» L. I. §. 1. de his, qui sui, vel al. §. 3. seq.
» *jur. pers. pr. ff. de libertis.*

Aliibi injuriam appellant] " Romani JCTi:
» nullib[us] jus servitudinis appellant injuriam ra-
» tionē eorum, quos ipsi capiunt; sed tan-
» tum quatenus hostes cives Romanos in-
» captivitatem abducunt: hos enim injuria:
» capi, ex judicio suæ civitatis contendunt;
» atque ideo reversis postlimiū conce-
» dunt L. 19. ff. capt. & postl. Verum igi-
» tur non est, JCTos jus captitatis oppo-
» nere sequitati naturali, nisi intuicu hostis:
» cives nostros capientes.

Et equitati opponunt naturali] " Dixerimus , JCTos Romanos jus captivitatis in-
» juriam appellare intuitu hostis , nam in-
» tuitu eorum , quos ipsi capiunt , tantum
» abeat ut injuria captos existiment , ut po-
» tius acquisitionem hanc juri naturae tri-
» buant , quod cum ipso genere humano
» originem cepit , l. i. pr. junct. §. 7. A.

» R. D. lit. e.

Seneca] " Seneca Stoicus sapientem in-
» juria affici non posse (Ep. 88. § de con-
» stant. c. 15. § 16.) , indeque injurias injuriis
» repensare , honestum non esse , tradit de
» const. d. c. 16. His principiis positis ve-
» rum est , bella justa non dari , & capi
» personas non posse , cessante quippe in-
» juria : & haec tenus recte , at philosophice
» concludit , *Servi nomes ex injuria
» ortum esse*. Ceterum , animum rectum ,
» bonumque æque in eum , ac in equitem
» Romanum cadere posse. Epist. 31.

Id , quod sepe accidit , respiciens] » Im-
» mo in genere loquitur : at quomodo id
» intelligendum sit , modo explicavimus.

Ad obtinendam injuriam] » Vid. Gron.
» b. Injuria autem non in eo consistebat ,
» quod bello cepissent , sed quod a Senatu
» restitutio concessa , & tamen ablata es-
» sent ; adeoque ut tueretur fidem publi-
» cam , suas res Syracusanis restituit. Ltr. d. l.

Per injuriam] " Scilicet , hostis , utpote
» qui ex judicio nostræ civitatis injuria bel-
» lum gerit. Vid. l. 19. pr. capt. At ra-
» tione eorum , qui a nostra civitate ca-
» piuntur , jure servos fieri , certum est ,
» quia ex judicio nostræ civitatis juste bel-
» lum geritur. Vid. l. i. pr. junct. l. 7 pr.

» A. R. D.

Sed ad banc vitam , moremque civilem] » Lactantius opponit quod juris est , ei , quod
» ex abuso inter gentes fieri solet.

Legitime illatus injurias] » Injuria ibi pro
» damno sumitur ; quod legitime illatum ,
» ait.

A D §. I I I.

*Si belli causa iusta sit , etiam si bellum
solexi modo suscepsum sit , injutor esse in-
terna iustitia omnes actus*] " Systema Au-
» storis ex osui in diff. proxem. IX. §. 62.
» Similique §. 168. demonstravi , quo sensu
» bellum utrinque justum dici soleat. Di-
» ximus , durante bello neutram partem

» bellum justum , vel injustum afferere posse ,
» quia inter gentes bellum gerentes , uter-
» que iustitiam causæ sibi vindicat ; & cum
» judex non sit , qui inter eos cognoscat ,
» ex rei natura suspensa est quæstio de ju-
» re , vel injuria , donec Deus arbiter præ-
» liorum per ultimam victoriam de iustitia
» causæ decidat.

» Unde apparet , non demum ex jure
» aliquo gentium , nec in facto aliquo bello
» solenni obtainere , ut bellum gerere licet
» sine iusta causa sit , sine non ; sed id ex
» ipsa ratione naturæ sequi.

Etiamsi bellum solenni modo susceptum sit] » I. e. esti inter duas summas potestates ge-
» ratur , idque indicatum sit. Vid. differt.
» proxem. IX. §. 63.

Interna iustitia] » I. e. jure naturæ ,
» quod in foro poli obtinet.

Qui scientes tales actus operantur] » At
» partes bellum gerentes nunquam conve-
» niunt se injuria agere ; adeoque semper
» suspensa est quæstio de jure , & de injuria.

Aut ad eos cooperantur] » Uli socii ,
» milites , & subditi.

*Qui ad regnum celeste sine paenitentia per-
» venire non possunt*] » Quod omnino verum
» est si vel sciunt , causam injustam esse ,
» vel saltem dubitant. At dixi , bellum ge-
» rentes nunquam id fateri , adeoque certi-
» tudinem moralem haberi non posse.

*Ut is , qui damnum dedit . §. c. id ipsum
» resarcias*] Si quis injuriam sciens infert ,
» certum est , eum in conscientia teneri ad
» restituendum , quia plus suo vel habet ,
» vel agit , & alii aliquid abeat. At si ne-
» gat , se injuria agere , nec judicem ha-
» beat , belli eventus exspectandus ; inte-
» rim vero iustitia causæ in suspenso est.

*Negat , grata sibi esse jejunia eorum , qui
» non jure captos detinebant*] » Immo locus
» tñsai non agit de his , qui injuria capti
» detinentur , sed de Judæis creditoribus ,
» qui pignus sumfere a fratribus , eosque in
» vinculis detinent ; & horum creditorum
» jejunia non grata sibi esse , Deus ait ,
» nisi pignus remittant. Ezech. c. 58. v. 6. junct.
» Ezech. c. 18. v. 7.

Ut rapina manus vacuescant] » Recte ;
» sed ad rapinam non pertinet jus capiendi
» res , vel personas hostium. Vid. Jona c.
» 3. v. 7. § 8.

Natura ductu agnoscens] » Naturæ enim
» regula est , suum cuique restituendum esse ;
» nec ante aut injuriam , aut peccatum tolli.

A D

A D §. I V.

A d restitutionem autem tenentur] Hoc
» verum est si quis fatetur, vel convictus est,
» se justam bellum causam non habere. Sed
» quid si talem sibi afferat? Jure naturæ ni-
» hil restituendum est, nisi victus sit.

Aliibi] Sic enim socios, & subditos,
» immo milites quoque teneri ad restitutio-
» nem damnorum, & sumtuum, quin pro
» ratione iniustitiae ad poenam quoque, di-
» xit Auctor *supra c. 1. §. 3. Add. infra*
» *c. 18. §. 6.* Unde eum, qui bello injusto
» promisum exigit, jure naturæ, seu in-
» terno, id nec petere, nec retinere posse,
» ait. *Vid. infra c. 19. §. 11. n. 2.* At di-
» cūm spēs est, supervacuum hanc esse
» quæstionem durante bello, si uterque cre-
» dit, vel afferit, se justam habere causam.

Belli auctores, sine potestatis jure, &c.]

Qui bellum geri jussérunt.

Sive consilio] Sine quo alter bellum in-
» justum inchoaturus non fuisse. *Vid. l. 2.*
» *c. 17. §. 1.*

*De his, scilicet, omnibus, quæ bellum
consequi solent]* Qui enim causam dat in-
» juriæ, causa simul est omnium malorum,
» quæ ex illa injuria sequi possunt: de quo
» late *supra l. 2. c. 17. §. 12.* Ubi exemplis
» rem illustravit Auctor.

Etiam de insolitis] Si extra bellum non
» contigissent

Si quid tale jussérunt, aut suaserunt]

Nam causa sunt injuriæ.

*Aut cum impedire possent, non impedi-
runt]* Immo sufficit in genere, eos fuisse
» Auctores belli: tunc enim tenentur de casi-
» bus etiam insolitis, etsi eos nec jussérint,
» nec suaserint, quia sequelæ sunt belli, cu-
» jus auctores sunt.

» Cæterum, supra jam diximus, regu-
» lam illam, *quod is, qui impedire crimen
potest, nec probibet, obligetur, ita gene-*
» *raliter sumtam veram non esse, sed tan-*
» *tum si prohibere & potest, & tenetur.*

Sic & duces tenentur] Nam & hi
» causa sunt injuriæ dum injuriam defen-
» dent.

Et milites] *Vid. infra c. 18. §. 6.*

*In solidum omnes, qui ad actum aliquem
communem]* Quia unus actus est, & u-
» num delictum, pro quo singuli in solidum
» tenentur.

In actibus dividuis] Tunc enim duo
» diversi sunt actus, duoque delicta, quo-
» rum singula suos tenent auctores. Sic *v.*
» *g. si subditus jura cum hoste communia*
» *violat, non populus inde tenetur nisi ap-*
» *probet, sed auctor hujus læsionis.*

Cujus ipse causa unica] Reliqui enim
» injuriæ hujus causa non sunt.

Aut certe inter causas fuit] Cum forte
» de aliis non constet.

A D §. V.

De his, qui aliis operam navant] Qua-
» tenus hi teneantur, late explicavimus
» *supra l. 2. c. 26. §. 2. seq.*

Si modo in ipsis aliquid bareat culpa]
» Atqui semper aliquid culpæ adhæret tum
» subditis, tum militibus, tum sociis, quia
» causam defendunt, quæ hostis judicio in-
» justa est.

*Ad restitutionem enim sine dolo culpa
sufficit]* Sufficit enim quod facto ejus
» illico alteri aliquid ablit. *Vid. l. 2. c.*
» *c. 17. §. 20. n. 2.*

Sunt qui videntur existimare] Inepta, &
» omni ratione carens hæc est opinio, quam
» Vasquijs *Controv. ill. l. 1. c. 9. n. 17.*
» late defendit: tacite enim, ait, consen-
» tire videri bellum gerentes in armissionem
» libertatis, bonorum, &c. indeque nihil
» tam ratum esse natura, quam volunt-
» tem domini rem suam in hostem trans-
» ferre volentis.

*Sed nemo suum jaclare temere presumi-
tur]* Vera ratio est, quod jus nostrum in
» alterum non transferatur nisi voluntate
» nostra satis declarata. At tantum abest, bello
» talem voluntatem declarari, ut potius ideo
» suscipiatur ut jura nostra defendamus con-
» tra injuriam alienam. Sane, uterque ait,
» alterum injuria agere, & capere; & hoc
» principio nititur jus postliminii. Si au-
» tem uterque tacite consensisset in amil-
» sionem, postliminio res recipi non posset:
» tum bellum per se longe abest a contractuum

natura] Omne enim jus in contractibus
» oritur ex dispositione partium, quæ jus
» in alterum transferunt sua voluntate: at
» jus capiendi bello non ex voluntate oritur,
» sed ex injuria, de qua reparanda læsus
» agit etiam invito altero.

Nec bello implicarentur invitati] Ut im-
» plicarentur, si de jure inter duos po-
» pulos

* prios pronunciare vellent. *Vid. supr. c.*
* 9. S. 4. n. 2. & c. 4. §. 4.

Sufficiebat *introductio externi*, de quo di-
trimus, dominii] * Systema Grotii, & quo
* sensu externum dominium introductum
* existimet, explicavimus initio b. cap. si-
* mulque demonstravimus, id merum esse
* figuratum.

Quod cum interna obligatione restitutio-
* nis potest consistere] * Etsi enim gentes eum,
* qui injuria res hostis sui capit, in posse-
* sione, & dominio externo defendere te-
* neantur, id tamen non impedit, putat,
* quo minus is, qui cepit, conscientia du-
* ctu restituere teneatur. Nos diximus,
* eum, qui justam causam sibi esse putat,
* capere posse res hostis; at quæstionem
* de iustitia, vel injustitia causæ, in suspen-
* so esse.

Atque id illi ipsi autores videntur sta-
* tuere in jure captivitatis personarum] * Sen-
* sus est, quod etsi gentes dominium ex-
* ternum in rebus captis concesserint eis,
* qui ex iusta causa bellum gerunt, ii-
* dem autores juris gentium testentur,
* capta restitui debere ex jure interno.

Videbantur ait, quia iustum id bellum
* fuerat] * Auctor igitur putat, Samnites
* non fuisse obligatos ad restituendum res
* captas, quarum dominium externum jure
* gentium acquisiverant; sed ductu con-
* scientia id fecisse. At cum tale jus gen-
* tum, talecum dominium externum nun-
* quam a gentibus introductum fuerit, di-
* cendum potius est, Samnites nullo jure
* capta retinere potuisse, quia injuria ca-
* pta fuisse, fatebantur. *Vid. Liv. l. 8. c. 39.*
* & l. 9. c. 1.

Non diffinile est] * Immo hoc plane huc
* non quadrat; nam & verum non est,
* jure gentium voluntario demum ex pacto
* inæquali jus oriri, neque concedi debet,
* eum, qui plus æquo sibi stipulatus est,
* ad æqualitatem rem reducere debere.
* *Vid. l. 2. c. 12. §. 8.*

Quod ex contractu sine dolo initio jure
* gentium nascitur facultas quadam cogendi] *
* Auctor ait, jure naturæ ex nullo con-
* tractu, cui inest inæqualitas, jus oriri.
* *Vid. l. 2. c. 12. §. 8;* jure gentium autem
* voluntario id mutatum esse, d. c. 12. §. 26.
* Quod refutavimus allegatis locis. Nam
* jure naturæ omnis dispositio de re, licet
* maxime inæqualis sit, jus tribuit; neque

* jure gentium (quale non datur) hacte-
* nus aliquid mutatum est.

Nec eo tamen minus qui plus aquo stipu-
* latu est, rem ad æqualitatem reducere,
* &c. tenetur] * Immo jure naturæ prout
* quisque de re sua disponit, ita ius est,
* licet nulla inter rem, & pretium, sit æ-
* qualitas, d. c. 12. §. 12. & 26.

AD §. V L

Si rem bello injusto captam ab alio
* penes se habet, tenetur eam reddere] * Sci-
* licet, juxta internam iustitiam: nam jure
* illo gentium externo non tantum is, qui
* bello injusto capit, sed & is, qui cau-
* sum ab eo habet, defendi in possessione,
* ex hypothesi Auctoris, debet. *Vid. supr.*
* c. 6. §. 2.

Nulla causa subest naturaliter iusta] *
* Secus igitur si capiens justam sibi esse
* causam afferat: tunc enim is, qui cau-
* sum a capiente habet, ejus jure utitur.

Non consensu ipsius] * Opinionem enim
* Vasquii, quod partes litigantes sibi invi-
* cem ea, quæ caperent, donasse censean-
* tur, explosimus §. præced.

* Non matrem meritum] * Quasi res in
* pœnam ipsi auferri potuerit.

Non compensatio] * Si scil. possessor vi-
* cissima aliquid debet ei, cuius res capta
* fuit.

Quia parum liquida fide id gestum ab Im-
* peratore videbatur] * Cum populus fatea-
* tur, iustum fuisse bellum, simul fatea-
* tur, injuria omnia capta esse; adeoque
* jure ea dimittere tenebantur.

Similiter Phoenicibus, &c. redditæ liber-
* tas] * Emilius id non fecit ex conscientia
* injusti belli; causa enim ejus justissima
* fuit, quia ob seditionem Phœcæ ortam
* oppugnabantur, *Liv. l. 37. c. 9. & c.*
* 22: sed ex ratione politica, & in pœ-
* nam militum, quia invito duce in eos
* fævitum fuit, d. l. 37. c. 32. Idque po-
* pulus Romanus postea confirmavit. *Liv.*
* l. 38. c. 39.

EIAM illa publica] * Non tantum ergo
* singulis civibus & libertas, & bona, seu
* jura privata redditæ, sed & præterea tota
* civitas suis legibus, suoque juri publico
* restituta fuit.

Redditæ emitoribus pretio restituti sunt in
* liberta-

Libertatem] • Impo nec in hos causa belli
» injusta fuit : Ligures enim rebellarunt ,
» *Lio. l. 41. c. 17.* & in Romanos captos
» sevierunt , *c. 18.* adeoque bello petiti , &
» victi sunt , indeque merito perfidiae poe-
» nam tolerant. Quod vero consul , cum
» se dedidissent , ipsos , & eorum bona sub
» hasta vendiderit , id merito senatui atrox
» visum fuit , quia id inconsulto senatus fa-
» cere non potuit. Unde decreto senatus
» restituti sunt , non ex necessitate juris ,
» sed pariter ex ratione politica. *Liv. l. 42.*
» *c. 8. § 9.*

Idem de Abderitis decrevit senatus] • Di-
» latio petita circa imperata non fuit justa
» excidii causa ; adeoque senatus ipse de-
» clarabat , bellum injustum fuisse. Verba
» *Livii l. 43. c. 4.* haec sunt : *fentes (Ab-*
» *derite legati) ante curiam. querentesque ,*
» *oppidum suum ab Hortensio expugnatum ,*
» *ac direptum esse ; causam excidii fuisse ur-*
» *bi , quod cum centrum milia denariiorum §*
» *triticci 50000. modium imperaret , spatium*
» *petierunt , quo de eq re , § ad Hostiliū*
» *consulē , § Romam mitterent legatos :*
» *vix durs ad consulē se pervenisse , §*
» *audisse oppidum expugnatum , Principes se-*
» *ciri percussos , sub corona catores venisse.*

» *Indigna senatui visa , sc̄c. § legati duo*
» *ad restituendos in libertatem Abderitū missi.*
» *Iisdem mandatum , ut § Hostilio conjuli ,*
» *§ Hortensio Pratori iunctarent , senatum ,*
» *Abderitis injustum bellum illagum , conqui-*
» *sique omnes , qui in servitute fuit , § re-*
» *stitui in libertatem , aquum censeire.*
» *Deducere tantum , quantum domino vale- 2*
» *bat adipisci desperatam possessionem]* • *Quia*
» *recuperat possessionem humtibus alienis ,*
» *sine quibus recuperaturus rem non fuisset :*
» *locupletior igitur fieret ex re aliena.*

Non tenebitur , nisi in quantum censi
» *potesit locupletior factus]* • *Si quis proinde*
» *rem ab hoste injusto emtam donaverit*
» *alii , vel casu perdidit , ex hypothesi*
» *Auctoris non tenetur restituere , quia te-*
» *nctur saltem ut possessor rei alienae : quia*
» *obligatio cessat , ubi possidere desit. Se-*
» *cus si eam rem vendidit , vel in usus suos*
» *alio modo vertit : tunc enim possidet jus*
» *alienum ; ultra suum habet , quod ei ,*
» *cuius est , restituji debet. Vide late supra*
» *l. 2. c. 10. §. 9.* *Quod facile concedimus ,*
» *si ex ipsa confessione capientis injuria*
» *rem captam esse appetet : secus si capiens*
» *asserit , se jure cepisse.*

C A P U T XI.

Temperamentum circa jus interficiendi in bello justo:

- I. In bello justo actus quosdam inter-
na iustitia carere ; quod exponitur :
- II. Interfici qui possint secundum justi-
tiam interiā.
- III. Ob infortunium neminem recte in-
terfici , ut qui coadi partes sequan-
tur :
- IV. Nec ob culpam medianam inter in-
fortunium , § dotum : cuius na-
tura explicatur.
- V. Distinguendos autores belli ab his ,
qui sequuntur.
- VI. In ipsis auctoribus distinguendas cau-
sas probabiles ab improbabilibus.
- VII. Etiam mortem meritis hostibus se-
pe penam recte condonari.
- VIII. Cavendum , quantum fieri potes-
tne innocentes , etiam prae ter pro-
positum , occiduntur.
- IX. Pueris semper parcendum : feminis ,
nisi quid gravius admiserint : §
senibus.
- X. Parcendum § his , qui sacra , an-
literis tantum curant :
- XI. Et agricolis :
- XII. Et mercatoribus , ac similibus :
- XIII. Et captiis.
- XIV. Recipiendos , quis dedere se vo-
luit ,

- lunt, sub aequis conditionibus.
XV. Parcendum est his, qui sine conditione se dediderint.
XVI. Hac ita vera, nisi grave delictum antecesserit: quod quomodo accipiendo.

+ I. I. **S**ed + nec in bello justo admittendum est, quod dicitur,

* i + *Omnia dat, qui justa negat.*

^a *Iuca-nus, Phars.*

^b *I. 349.*

^c *Off. I. c. 11.*

^d *Off. II. 8.*

^e *II. de Clem. cap.*

^f *Pag. 94.*

^g *Tom. II.*

^h *De Pon-*

ⁱ *to, I. Eleg.*

^j *VIII. 19,*

^k *20.*

^l *Pag.*

^m *298. B.Ed.*

ⁿ *H. Steph.*

^o *Pag. 77.*

^p *A. Tom.*

^q *II.*

Melius ^b Cicero: + Sunt ^a quedam officia etiam adversus eos servanda, a quibus injuriam acceperis. ^a + Est enim ulciscendi, ^b puniendi modus. Idem ^c laudat vetera Romanorum tempora, + cum exitus bellorum erant ³ aut mites, aut necessarii. Crudeles vocat ^d Seneca, qui puniendi causam habent, + modum non habent. Aristides Leuctrica ^e prima: ἐσι γὰρ, ἐσι οὐ ἀμενούτες αἰμάρες ἀδικῶν καὶ τις οἷς τὰς τιμωρίας ἀναπληροῦ, πρὸς τὸν ἀδικημένον τέτοις ὑπερβολῆς, δεύτερος ἀρχεῖ πάλιν. Possunt sane, possunt etiam, qui se vindicant, + iniqui esse si modum excedant. Nam ^b qui in puniendo progreditur ad id, quod iniquum est, + secundus est injuria auctor. Sic, ^f Ovidio judice, rex quidam

*cāde nocentum
Se nimis ulciscens exstitit ipse nocens.*

G R O T I I.

^a **E**st enim ulciscendi, ^b puniendi modus.] Vide quæ supra lib. II, cap. XX. §. 2. & 28. & loca Augustini de Christianorum in ipsis bellis benevolentia, quæ modo produximus. Aristoteles politicorum V, cap. 6. narrat, asperiores aequo poenas exactas Thebis, & Herculea, σαυτικῶς, factionis studio. Et Thucydides III. Τιμωρία μείζες, & μέχει τὴ δικαιίας. *penas* *justo* *maiores*. (Cap. 82.) Tacitus III. annalium: Pompejus gravior remediis, quam delicta erant. (Cap. 28.) Idem eodem libro (Cap. 24.) Augustum culpat, quod in puniendis adulterii clementiam majorum, suaque ipse leges egressus sit. Juvenalis (Sat. X. vers. 314, & seqq.)

*exigit autem
Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori
Concessit.*

Quintilianus: non nisi ab ultimo parricidio exigitur pena trans hominem. (Id est, à cadavere. *Declamat.* VI. Cap. 10. p. 137. *Edit. Burm.*)

C A P U T X I.

§. I.

- XVII.** Delinquensibus ob multitudinem recte parci.
XVIII. Non occidendos obsides, nisi ipsi deliquerint.
XIX. Abstinendum ab omni dimicatione inutili.

+ I. I. **S**ed + nec in bello justo admittendum est, quod dicitur,

* i + *Omnia dat, qui justa negat.*

M. Antoninus Imperator, referente *Vulcatio vita Caii*, (Cap. II.) ad senatum scribam, ne aut proscriptio gravior sit, aut pena crudelior. *Ausonius* (Cupid. crucif. §. 93, 94.)

*vindictaque major
Crimine visa suo est.*

Ammianus libro XXVI. sævitum est in multis acris, quam errata flagitaverant, vel delicta. (Cap. 10.) Similis est apud Agathiam locus libro III. (Lib. IV. Cap. 6.)

G R O N O V I I.

ⁱ *Omnia dat*] Efficit, ut nihil non liceat in invitum, qui, quod in volentem licere debet, recusat.

^j *Quædam officia*] Sunt quædam humaniter, & benigne agenda.

^k *Aut mites, aut necessarii*] Aut parcebatur viciis, aut non occidebantur, duriterve tractabantur, nisi quibus ob graves causas parci nequivabat.

G R O -

cunda pro pace : μὴ τοινὸν ἀτὸν αὐτὸς τιμωρήσασθε, σκοπεῖτε, αλλὰ τὸν τονὸν ὄντας,
ηγέρετε αὐτὸν καὶ τὸν πετεῖον τῆς τιμωρίας· non hoc tantum respicite, quas ob causas
penas sitis exacturi, sed et qui sint, de quibus sumenda sit pena, s
qui nos ipse, et quis justus penarum modus. Laudatur Propertio Minos
(Lib. III. Eleg. XVII. 28.)

Victor erat quamvis, b + aequus in hoste fuit.

Sed & Ovidio, (*Metam.* VIII, 101.)

*leges captis justissimus auditor
Hostibus imposuit.*

II. + Quando autem justa sit interficio (inde enim nobis incipientium est) in bello justo secundum justitiam internam, quando non sit, + ex iis intelligi potest, quae capite primo hujus libri nobis explicata sunt. + Interfici enim aliquem contingit ex proposito, aut crita propositum. + Ex proposito juste interfici nemo potest, nisi aut in poenam justam, + aut quatenus⁶ absque eo vitam, & res nostras tueri non possumus: 43. quamquam illud ipsum ob res caducas hominem occidere, etiam si + a justitia stricte dicta non abeat, + a charitatis tamen lege discedit. Poena vero justa ut sit, + opus est ut ipse, qui interficitur, deliquerit, + & quidem tantum, quod apud æquum judicem mortis supplicio possit vindicari: qua de re eo nunc minus differemus, quia quicquid ejus sciri oportet, + satis explicatum arbitramur capite de poenis.

^a *Vict. de
jure belli
n. 36. §*

III. 1. + Supra⁷ cum de supplicibus ageremus (sunt autem + ut in pace, ita & in bello supplices,) + discrevimus ἀτίκτουα καὶ ἀδίκημα, infortunium, & injuriam. Gylippus eo, + quem ibi citare coepimus, Diodori Siculi b loco querit, utra in classe Athenienses ponи debeat, infornatorum, an injutorum: & + pro infornatis habendos negat, qui ultro nulla lacestis injurya Syracusanis bellum intulissent: unde infert, cum sponte bellum suscepissent, + ferenda quoque ab ipsis belli mala. Infornatorum exemplum sunt illi, + qui⁹ non hostili animo apud hostes sunt, + quales Athenienses temporibus Mithridaticis, de quibus sic loquitur Velle-

^b *Biblioth.
XIII, 29.*

G R O T I I.

b *Aequus in hoste fuit*] Ovidiu tristium 1, elegia 8, (vers. 35.)

Est etiam in miseriis pietas, & in hoste probatur.

G R O N O V I I.

4 *Qui sint, de quibus]* Possunt enim aut aliis rebus laudati, aut bene olim de nobis meriti esse. *Florus de Aetolis 2, 9. Memineramus auxiliis, sic placuit ignoscere.*

5 *Qui nos ipse]* Cæsar apud Sallust. Catilinam, quid se dignum foret, quam quid in illos fieri jure posset, quærebant. item: sententia ejus non crudelis (quid enim in tales homines crudelis fieri potest?) sed aliena a republica nostra videtur.

6 *Absque eo]* Nisi ille de medio tollatur, aut interficiatur.

7 *Supra cum 3 2, 21. 5.*

8 *Utra in classe ponit]* Utro numero, vel loco haberit.

9 *Non hostili animo]* Inter hostes morantur non infecti nobis, neque sponte nocituri.

a Lib. II. a Vellejus Paterculus : *si quis hoc rebellandi tempus, quo Athene oppugnatae a Sulla sunt, imputat Atheniensibus, nimium veri, vetustariisque ignarus est. adeo enim certa Atheniensum in Romanos fides fuit, ut semper, & in omni re, quicquid sincera fide gereretur, id Romanis Atticū fieri prædicarent. Ceterum, tum oppressi Mithridatis armis homines miserrime conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ⁱⁱ ab amicis, & animos extra mœnia, corpora necessitati servientes intra muros habebant. quæ pars postrema ex Livio **b** sumta videri potest, apud quem Indibilis Hispanus corpus duntaxat suum apud Carthaginenses, + animum apud Romanos, at, fuisse.*

b Lib. ex LIVIO - Iunica viacri posse, quod p[ro]p[ter]a
XXVII. c. taxat suum apud Carthaginenses, + animum apud Romanos, at, fuisse.
17. 2. *Nimirum*, ut ait ^c Cicero, omnes, quorum in alterius manu vita po-
c Pro sita est, sapientia cogitant, quid posse est, cuius in ditione, ac potestate sunt,
Quintio. + quam ¹² quid debeant facere. Idem pro Ligario: tertium est tempus, quo
Cap. 2. post adventum Vari in Africa repletum: quod ¹³ si est criminosum, necessita-
d Lib. tatis crimen est, non voluntatis. Atque hoc secutus est Julianus in causa A-
XXI. c. 12. quilejensium, teste ^d Ammiano, qui cum paucorum supplicium narrasset,
e Lib. I. adjicit: residui omnes ¹⁴ abierunt innoxii, quos in certanimum rabiem ^c ne-
o. 55. cessitas egerat, non voluntas. Ad Thucydidis locum ^e de Corcyrenium ca-
ptivis venditis vetus commentator: τὸ δὲ μέρον τὰς ἐλανικὰς τρόπες δηλοῖ, καὶ ὡς ἀπ-
νεῖς μετὰ μίκχην τὰς ἐχαλωκότας θεραπεύειν, ἄλλως τε καὶ δύλευειν, τὰς μὴ μετὰ γνώμην οἰκείου πολεμάντας
ostendit clementiam dignam Graecorum ingenii: + daturum enim, post rugnare ca-
ptos

G R O T I I.

c *Necessitas egerat, non voluntas*] Addit mox: id enim aquite pensita statuerat placibilis Imperator, & clemens. Thucydides libro III. (Cap. 39.) in oratione Cleonis: οἱ τινες ἦσαν τῶν πολεμίων ἀνάγκαιοι ἐπίτεναν, συγγνώμην ἔχοι· ιγνοῦσα iūs, qui defecerunt a nobis, cogente hostie. Contemplatio extrema necessitatibus hoc dicitur Paulus tentiarum V. tit. I. §. I. certe enim, ut Synesius ait, ιχθύοις αἰχμήν πέταγμα καὶ βίσυν, res efi vitiata, ac violenta necessitas. Juvenalis de Calaguritanis, (Sat. XV, 103.)

*Quisnam hominum veniam dare, quisve Deorum
Viribus abnueret dira, atque immania pessis?*

Vide de famis necessitate *Cassiodorum IX.*, 13.
Fertinax de Læto, & aliis: paruerunt invitit
Commodo: sed ubi babuerunt facultatem, quid
semper voluerint, ostenderunt. (CAPITO-
LIN. Cap. 5.) Caius Clemens apud Xiphili-
num in rebus Seveti: ἐγώ γέτε σε γέτε Νίγρου πη-
σάμνιν καταλειψθεὶς δὲ ὃν ἐν τῇ ἑκάτῃ μεζίδι,
τὸ παρόν αὐτοχθονίῳ θεράπευτος, ὡς ὁσιός
πολεμησάν, ἀλλὰ οὐκ Ιεραπόν καταλαύσων εγα-
νεγε τε, neque οὐκ Νίγρου πονεραν, sed in parte
quam ille obtinebat, relictus, feci quod necesse
erat, praesenti parui, non tibi brillum volens in-
ferre, sed Julianum depulere. (PAG 299. ED.
ROB. STEPH.) Aurelianus Antiochiam ingressus,
ubi multi Zenobie partes secuti fuerant, edi-
cūm proposuit, referente ZOSIMO, Lib. I.

Cap. 51. Edit. Cellar.) τῷ ἀρχούσῳ καὶ ἀναγκαῖον πλέον ἡ προσαίστεις τὰ συμβόλητα ἀνατίθεις magis ad necessitudinem impositionis invitum, quam ad voluntatem, quæ acta erant referens. Belifarius apud Procopium Vandalicorum I. Λιβύας γὰρ ἀπεκτήσεις γενέσθαι ὑπὸ Βαζδόλιος ὅτε ἐφελούσιες. Afros enim omnes sub Vandaliis fuisse invitum. (Cap. 20.) Apud eundem Gotthicorum III., (Cap. 7.) Totilas Neapolitanis ait, scire eos sub hostibus fuisse invitatos. Nicetus autem, aut continuator scriptæ ab eo historie, de Henrico loquens fratre Balduni: τὸ ἔνοικον ἐνὸς εἰς σφραγῖν, ὃς εἰ ποιμένος ἦν Βερόλινον, ἀλλὰ χριστιανούμον τὸ οἰκητικον, καὶ δια μάζαν ἡ πλειότης τοῖς Βλάχοις ὑπάντει τῷ ψηφισθανταί ἐνστόλοντι qui arbores incolebant, eos jussit interfici, quasi armentum, aut grex essent, non Christiani homines, qui interficerentur, præsertim tales, qui Blachis non verborum fuisse, sed vi succubuerant, neque sponte eis parcerant.

G R O N O V I I.

10 *Ab inimicis*] Aristione tyranno, & praefidio, quod ei dederat Mithridates.

¹¹ *Anticis*] L. Cornelio Sulla, & Romanis.
¹² *Quid debeat facere?*] Eoque magis illum

13 Si est criminosum] Si potest accusari,

14 *Ahierunt innoxii*] Illigū, pœnæ immunes.

G R O N Q-

8 X 8 X 8

ptos occidere, servos præsertim, + qui non sua voluntate bellum gerunt. Plataœnes in dicta oratione ^a apud Iſocratem: ἀγαθοὶ ἐκόντες, ἀλλὰ ἀνοχηκολέπτες ^{a Pag.}
αὐτοῖς ἐδιλέπουμεν non volentes, sed coacti illis (Lacēdæmoniis) servitiuitus. ^{299. A.}
vid. supr. §.
Idem ^b de Græcis aliis: τοῖς σώμασι μὲν ἑκατὸν ἀκολεύειν πάντα κάποιο, ταῖς δὲ ἐυοίαις ^{I. n. 2.}
μὲν ὑπὸ θεῶν: illorum (Lacedæmoniorum) partes corpore sequi cogebantur, ^{b Ibid. C.}
animo vobiscum erant. Herodotus ^c de Phocensibus dixerat: ἵπποις ἔχοντες ^{c Lib. IX.}
ἐκόντες, ἀλλὰ οὐτε ἀνοχηκολέπτες. Medorum partes sequebantur, non sponte, sed vi ^{Cap. 17.}
necessitatis. Zelitis, ut Arrianus ^d narrat, pepercit Alexander, εἰτι πρὸς ^{d Lib. I.}
βίᾳ τὴν πολεμοῦσαν τοῖς βαρεῖσσοις, quod coacti fuissent militare in partibus bar- ^{e Lib. c. 18.}
barorum. Nicolaus Syracusanus apud ^f Diodorum in oratione pro captivis: XIII. c. 27.
οἱ σύμμαχοι τῇ τῶν πολεμήσαντων ὑπεροχῇ βιαζόντες, πάντα κάποιαν συσφετεύειν. διόπερ, εἰ τὰς ἐξ
ἐπιθετικὰς αἰδίκισταντας δίκαιαν εἰτι τιμωρεῖσθαι, τὰς ἀκανθίας αἰδίκισταντας προστίκον ἢν εἴη συγ-
γνώμην. ^g Similem ob causam Antigonus bellum ^{g Justi-} se cum Cleomene, non ^{nus lib.}
cum Spartanis habuisse, dicebat.

IV. 1. Sed notandum est, + inter ⁱ plenam injuriam, & ^j merum ^{c. 4.}
infortunium, medium sæpe aliquid intercedere, quod ex utroque quasi
conflatum sit, ita ut actio + neque mere scientis, & volentis, + neque mere
aut ignorantis, aut inviti, dici possit.

2. Aristoteles huic generi nomen posuit *ἀμάρτημα*, latine ^k culpmam
aliquam liceat dicere. Sic enim ille moralium libro quinto, capite decimo:
Eorum, quæ sponte facimus, alia facimus + deliberato, alia + non deliberato.
Deliberato fieri dicuntur, quæ praecunte consultatione quadam animi sunt, quæ
vero aliter, inideliberato. Cum ergo damni datio tribus modis in hominum so-
ciitate contingat, + ea, quæ ab ignorantia procedit, (cc) infortunium dici-
tur, ut, si quis egerit quippiam, non in quem existimat, aut quod non put-
tabat, aut non quo putabat modo, aut non tali fine: ut si quis se ferire
non hoc instrumento, non hunc hominem, aut non hujus rei causa credidit:
sed evenit quod ipse non proposuerat sibi: *puta vellicare voluit, non vul-*
nerare, aut non hunc, non hoc modo. Ergo si ita præter id, quod exspe-
ctari potuit, damnum detur, erit infortunium. At + si ita, ut exspectari, ac
prævideri aliquo modo potuerit, sed non improbo animo, culpa erit aliqua:
nam culpa affinis est, qui ^l in se habet agendi principium: ^m qui vero ex-
tra,

G R O N O V I I.

filium, & voluntas malefica incitavit ad no-
cendum alteri.

¹⁵ Plenam injuriam] Cui dolus, & culpa o-
mnis inest.

¹⁹ Qui vero extra] Qui sine consilio, & vo-
luntate lœdendi, aliud agens, inque aliud in-
tentus, lœdit tamen.

¹⁶ Merum infortunium] Cui nec dolus, nec
ulla culpa subest.

(cc) Immo culpa aliqua: est enim heic in
Græco, *ἀμάρτημα*. J. B.

¹⁷ Culpmam aliquam] Erratum.

¹⁸ Quis in se habet] Quem suum ipsius con-

tra, infelix. At quoties quis id, quod facit, ²⁰ + sciens facit, non tamen deliberato, fatendum est, adesse injuriam: ut quae facere homines solent per iracundiam, & perturbationes similes aut naturales, aut necessarias. nam qui ira commoti ledunt, & culpam admittunt, ab injuria non vacant; + neque tamen ²¹ iniqui, aut improbi dicuntur: at si quis + idem ²² consulto admittat, is vero improbus, & iniquus recte nominebitur.

3. Merito igitur, quae per iram sunt, censentur + non ex proviso fieri. + non enim incipit is, qui ex ira quid facit, + sed is, qui iram provocavit: atque eo sit, ut saepe in judiciis rerum ejusmodi ²³ + non facti, sed legitima fiat quæstio; nascitur enim ira ex eo, ²⁴ + quod quis injurioso factum existimat. Non ergo sicut in contractibus, an hoc factum sit, disputant: ibi enim, nisi ²⁵ qua intercesserit oblitio, omnino altera partium improba est, qua fidem non implet: sed, an iuste factum sit, quod factum est, exquiri volunt. At qui prior struxit insidias, nihil ignorans fecit: quare non mirum ²⁶ si alter sibi injuriam factam putat, ²⁷ alter non putat. . . . Est tamen ut & qui tali ex causa ludit, iniquus censeri debeat, si nempe aequalitatis, aut proportionis normam excedat, quod reponitur. Sic iustus est, qui deliberato iuste agit: alioqui iuste agere potest aliquis sponte tantum, non & deliberato.

4. Ceterum eorum, quae non sponte sunt, alia venia digna sunt, alia minus. ^a Venia digna, que non ab ignorantibus modo, sed & ²⁸ ob ignorantiam sunt. At si qua ab ignorantibus admittantur, ²⁹ nec tamen per ignorantiam, sed tali animi morbo, qui communis humanae naturæ fines excedat, non digna sunt quibus ignoscis. Locum sane egregium, & usus maximi integrum latine posui, quia minus recte verti, ideoque nec satis intelligi solet.

5. Michael Ephesius eum locum interpretans, ejus, ³⁰ + quod ^a expectari non potuit, exemplum ponit in eo, qui fores aperiens patrem habet,

G R O T I I.

d Venia digna, que non ab ignorantibus modo, sed & ob ignorantiam sunt] Dionysius Halicarnassensis libro I. (Cap. 58.) ἔπειτα συνγράψας ἄξιον τὸ αὐθεῖον quod non sponte sit, omne dignum venia. Procopius Gotthicorum III. οὗτοι μὲν ἀδίκησοι τὰς πέλας, ἢ προλαβέτων ἀγνοίας, ἢ ληθῆς ἐπιχειμένης τινὲς, τέττας ἄξιον τὰς τὰ δεινὰ πεπονθότας ἐνγυνώνων εἰναι, qui alii molesti sunt, siue quod occupaverit eos ignorantia, siue quod oblitio supervenerit aliqua, his etiam ipsos, qui mala sunt passi, aequum est veniam dare. (Cap. 9.).

G R O N O V I I.

20 Sciens facit, non tamen] Qui aliunde subito impellitur, priusquam providere possit, & prospicere, quale sit, quod agit, et si volens id agat.

21 Iniqui, aut improbi] Tacitus de Germanis 25. Verberare servum, ac vinculis, & opere

cōcere, rārum: occidere solent, non disciplina, & severitate, sed impetu, & ira, ut iniuriam.

22 Consulto] Non subito animi metu impulsus.

23 Non facti] Disputetur, non utrum factum sit, nec ne, sed utrum per leges licuerit, nec ne.

24 Quod quis injurioso] Atque eo jus sibi datum contra offendendi.

25 Quae intercesserit] Nisi cui exciderit e memoria, quid facere debeat.

26 Si alter sibi] Ille, cui stractæ sunt insidiae.

27 Alter non] Ille, qui non impletum est promissum, quia id, qui facere debuit, oblitus est.

28 Ob ignorantiam] Quæ scire, aut cogitare quis non potuit.

29 Nec tamen per ignorantiam] Et tamen hujusmodi, ut sensus communis ea evenire posse cuicunque dictet.

30 Quod expectari] Quod factum est non modo ab ignorantе, sed etiam ob ignorantiam.

G R O-

§. IV. *Temperamentum circa ius interficiendi in bello iusto.* 189

fit, aut + in loco solitario jaculando se exercens aliquem vulneravit. Ejus, quod prævideri potuit, sed sine dolo, + in eo, qui jaculatus est ³¹ in via publica. Idem scriptor necessitatis exemplum ponit in eo, + qui fame, aut siti adigitur, ut quid faciat: + perturbationum naturalium in amore, dolore, metu. Per ignorantiam fieri, ait, ubi factum ignoratur, + ³² si quis mulierem nesciat nuptam. + Ab ignorantie ³³ non per ignorantiam, ubi jus ignoratur. + Jus autem ignorari interdum excusabiliter, interdum inexcusabiliter: + quæ cum ^a Jurisconsultorum dictis optime congruunt. Est ejusdem Aristotelis locus huic non dissimilis libro ^b de arte oratoria: *equitas imperat, ne pari loco habeamus injurias, & culpas, neque item culpis, & infortunia.* *Infortunia autem sunt, quæ nec provideri potuerunt, nec improbo animo admittuntur: culpæ, quæ provideri potuerant, non tam in improbo animo sunt: injuriae, quæ & destinato, & animo improbo.* + Tria hæc notarunt veteres, & in illo Homeri versu de Achille Iliados ^c postremo:

^a D. & E.
^b Lib. L.
^c c. 13.

^c Vers.
157. 186.

Oὐτε γὰρ ἐστὶν ἀφεων, οὔτε ἀσκοπός, οὔτε ἀλιτήων.

Non ignara illi, male provida, nec nula mens est.

6. Similis est divisio apud ^d Marcianum: *delinquitur aut proposito, aut impetu, aut casu. proposito delinquunt latrones, 34 qui factionem habent: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur: casu vero, cum in venando telum in feram missum hominem interfecit.* Duo illa, quæ proposito, & impetu fiunt, hunc in modum distinguit Cicero: ^e *Sed in omni injuria perinultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est, & ad tempus, an consulto, & cogitato fiat.* ^f *Leviora enim sunt quæ repentina aliquo motu accident, quam ea, quæ meditata, & preparata inferuntur.* ^g *Philo autem in legum specialium explicatione sic ait: οὐαίρετο τὸν πρᾶξιν εἴναι τὸν διαβόλος μὴ προπατεῖντας ἐκ μηχανῶν μάχασατ.* ³⁵ *Dimidiatum esse facinus, ubi non antecessit longa animi deliberatio.*

7. Cujus

G R O T T I .

^e *Utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est, & ad tempus, an consulto, & cogitato fiat injuria?* Seneca de Ira I, 16. *Dimittit saepè, si intelligit, non ex alto venire nequitiam, sed summo, quod ajunt, animo inherevere.* Deinde: *nonnunquam magna sceleris levius, quam minora compescit, si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt, bis inest latens, & aperta, & inveterata calliditas.* Idem delictum in duobus non eodem modo afficit, si alter per negligentiam admisit, alter curavit, ut nocens efficit.

^f *Philo*] Lib. II. specialium legum. (Pag. 791. B. Ed. Paris.)

G R O N O V I .

³¹ *In via publica*] Nam quia in ea ut plurimum obversantur homines, facile unicuique succurrit, eti nunc nemo appareat, repente intervenire posse, qui luditatur.

³² *Si quis mulierem*] Quam sollicitat, aut cuius tentat pudicitiam.

³³ *Non per ignorantiam*] Qui sciens facit, quod nescit jus esse non facere.

³⁴ *Qui factionem habent*] Manipulum furum, ut loquitur Terentius: qui coierunt conjuratio ne facta.

³⁵ *Dimidiatum esse*] Dimidia parte defectum.

a Pag.
449. B.

b Pag.
616. B.

c Cap. 98.

d Lib.
VII. c. 20.
e Lib.
VIII. c. 1.

f Tom. II.
p. 145. C.
g Vit. So-
phist. Lib.
II. C. 15.
S. 2. pag.
596. Ed.

7. Cujus generis ea præcipue sunt, & quæ necessitas si non defendit, tamen excusat. Nam ut Demosthenes ait in ^a Aristocratem, cui ἀναγκαιοῖς χρεῖαι τὰς τὸν πρωτότονον, οὐ μὴ, λογισμὸς ἀναγέστων ἀπαντά. ὃς' & πάντας τὰν ταῦτα ἀναγελούσθω δεῖ τὸν δικαῖον ἐξεράκυτα: necessitatis impulsus auferunt dijunctionem de eo, quod agendum, vel non agendum est: quare non nimis rigide expendenda hæc sunt ab equis rerum arbitris. Qui sensus etiam latius ab eodem exprimitur in oratione ^b de falso testimonio adversus Stephanum. Thucydides libro ^c quarto: πᾶν δὲ εἰναὶ εἶναι τῷ πολέμῳ οὐ δεινὸν τὸν κατεγράμενον ἔνυγγανων τὸ γέγραπτον τῷ Θεῷ οὐ γάρ τῶν ἀνθρώπων ἀμερηθείαν καταφυγὴν εἶναι τὸν βαμβάνην παρακούσιαν τε ἐπὶ τοῖς μὲν ἀνάγκης κακοῖς ἐνομαδῆναι, οὐ διὰ, ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἔνυγγανων τὸ τολμήσαντον credibile esse, ^d & apud Deum quoque paratam esse veniam his, qui bello, aut qua simili necessitate tracti aliquid admittunt: nam ^e Deorum altaria perfugium patere culpis non voluntariis: ^f οὐδεῖτιν iis adscribi, qui ultro mali sunt, non his, quos ad audendum res extreme impellunt. Cærites apud Livium ^g ad Romanos: ne appellarent consilium, que vis, ac necessitas appellanda esset. Justinus ^h factum Phocensem, tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium, plus tamen invidiae Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit. Sic, Isocrate judice, qui ⁱ salutis causa prædatur, ἔχει πρόσωπα τῆς ἀδύνατης τὸν ἀνάγκην, habet necessitatem injuria velamentum. Aristides ^j Leuctrica secunda: αἱ δυσκολίαι τῶν καὶ ἀπολογίας ἐνδιδόσσονται τοῖς ἀφεπτυστοῖς. ^k 38 + difficultia tempora excusationem aliquam dant descendentibus. De Messeniis accusatis, quod ab Athenis exules non receperissent, ita ^l Philostratus: οὐδεὶς ἀπολογία κατὰ ἔνυγγανων ἴσταται, τὸν Αἰλέζκηνον προσχρημένων οὐ τὸν ἑκίνει φέσον, οὐ μηδέ ^m clear.

G R O T I I.

g Quæ necessitas, si non defendit, tamen excusat] Additæ quæ supra lib. II cap. XX. §. 29. & hoc capite supra §. 3. Samii apud Thucydidem libro III. Alcidæ Lacedæmonio, cum captivos Chios occideret, haec dicunt: & καθαῖς τὴν Φάρσαν ἐκεῖθεν αὐτὸν, εἰ ἄνδρες διέθειστο, οὐτε χειρες κυττασμένες, οὐτε πολεμίες, Αθηναῖοι δὲ οὐτε ἀνάγκης ἐνυπάρχεις non recte eum se dicere venisse ad liberandum Graeciam, qui homines interficeret nec manib[us] ipsi contrarios, nec animo infestos, Atheniensium quidem socios, sed necessitate uictos. (Cap. 32.) Chrysostomus de providentia V. οὐ ἐχθροὶ μὲν οὐ πολεμίοι τοῖς αὐτῶν πολεμίοις ἴστοι συγγνωτεῖν, οὐταντοῖς οὐ μὲν πρόσωποι πρέπει τι τῶν καλεπωτάτων αὐτοῖς πονουντεῖν ^l inimici inimicis, & hostes hostibus ignoscere, ubi invitati, ac contra voluntatem aliquod in ipsis quamvis grave patrant. (Tom. VI. pag. 877. Ed. Eton. Savil.) Misimiani apud Agathium III. γένετο πλεῖστα προσδικημένον, οὐτω τε ἐλπιδός εἰς τὸ αὐτοπάτεραι, Βερβάροι οὐ τόπο αρίσται, & μὲν παντάπτεροι τε Φειδός οὐ συγγνώμης ἀνέχοις ἐθόσκον εἶναι. cum plurimas perpulse injurias ita truji efficeret ad saltem Dabaro sine impetu, attulisse non o-

mnino indignos esse, quibus ignosceretur, parce-
returque. (Lib. IV. Cap. 6.)

h Apud Deum quoque paratam esse veniam]
Deuteronomii XXII, 26. Moses Maimonides Du-
ctore dubitantium III, 41.

G R O N O V I X.

36 Appellarent consilium] Quid ab se minus recte administratum videretur, ne dicerent consilio, aut de industria factum.

37 Salutis causa prædatur] Quia receptum alibi non habet, ut majores nostri, qui Britum cuperunt. (Locus heic ab Auctore, tamquam ex Isocrate, allatus, est Porphyrii, de Abst. Lib. II. pag. 291, 292. Edit. Lugd. J. B.)

38 Difficultas tempora] Periculum præsens ab hoste, & desperatio auxilii a sociis, aut suo principe.

39 ^l ίσταται] Verbum hoc respicit, quos rhetores vocant in genere causarum juridicali status: est autem status, questio, quæ ex prima intentione actoris, & depulsione rei nascitur. Inter illos est status qualitatis, sub quo rationalis assumptius dividitur in comparationem, relationem, remotionem, concessionem; concessio sub se habet purgationem, & depreciationem.

G R O-

ἡ ἄλλη Ἐλλὰς ἀπειρῶν εἰχεῖ causa ipsorum in depreciatione posita est, obtendens factum Alexandrum, οὐ metum ab ipso, quem nulla pars Graeciae experta effet. Talis & ille apud Aristotelem, “*ἥματοντὸς ηὔ τὸν ἀδίκον, & γάρ οὐ μὴ τὰ Πλάγιανθρώπου ἀποστατίζεις,*” ^{a Ethic.} ^{b Orat.} ^{c Nic. VII,} ^{d II.} *semipravus, non injusius : i neque enim insidiator. Discrimina hæc ad argumenti nostri usum sic aptat Themistius in laudibus b Valentis Imperatoris :*

τῷ διέκρινες τὸ ἀδίκον, ηὔ ἀκάρτην, ηὔ ἀτύχην, ηὔ γάρ οὐ μὴ τὰ Πλάγιανθρώπου ἀποστατίζεις, μηδὲ τὰ Αἴσιοτέλες μεταχειρίζεις, ἀλλὰ τὰς ἐξεινοῦς δοκεντα τοῖς ἔργοις βεβαιοῦς & γάρ τῆς ἴσης Petav.

τιμωρίας αἵδες αἴσθητος τῆς τε ἐξ ἀρχῆς βελεύσαντας τὴν ἐπικίνδυνον, ηὔ τὰς ὑπὸ τῶν ὕπαλων παρατυρέντας, ηὔ τὰς ἥδη τῷ δοκεντῷ κατεῖν ύποκινθεντας. ἀλλὰ τῶν μὲν κατέγνως, τὰς δὲ ἐμέλισσα, τοῖς δὲ συνήλυντας. ^e *distinxisti inter injuriam, οὐ culpam, οὐ infortium.*

I Quanquam nec Platonis verba ediscis, nec Aristotelem tractas, ipsorum tamen placita factu exsequeris. Non enim pari pena dignos existimasti, qui ab initio bellum susserant, οὐ qui postea abrupti sunt armorum impetu, οὐ qui succubuerunt ei, qui jam rerum potiri videbatur. Sed illos damnasti, hos castigasti, postremos miseratus es.

8. Idem ^c alibi adolescentem Imperatorem vult discere, τι διενέφεν αὐτῷ. ^c *Orat.* ^{X. p. 259.} *χνας ηὔ ἀκάρτην, ηὔ ἀδίκην, ηὔ ὅτι προστίκει τὸν βασιλέα, τὸ μὲν οἰκτήρεων, τὸ δὲ ἐπανοφῆν, μένον δὲ τὸ ἔχετον τιμωρεῖσθαι. quid distet infortium, culpe aliquid, οὐ injuria : οὐ quomodo regem deceat istius misereri, hanc corrigere, postremam vero solam ultione prosequi. Sic apud Josephum ^d Titus unum criminis ducem punit ^{d Lib. V.} *μέχρις ἦργα reipsa, multitudinem μέχρι λόγων sola verborum increpatione.* ^{+ Me-} ^e *bra infortunia nec poenas merentur, + nec ad restitutionem damni obligant.* ^f *Injustæ actiones ad utrumque. + Culpa media + ut restitutioni obnoxia* ^{belli Jud.} ^{c. 13. Lat.} ^{VI, 6. pag. 912. B.}*

^{+ Injustæ actiones ad utrumque. + Culpa media + ut restitutioni obnoxia} ^{912. B.} est, + ita poenam sæpe non meretur, præsertim capitalem. Ad hoc illud pertinet Valerii Flacci, (Lib. III. vers. 391, οὐ seqq.)

At ⁴⁰ quibus invito maduerunt sanguine dextræ,

^{+ Si}

G R O T I I .

i Neque enim insidiator] Mitylenorum causam hac parte onerat Cleon apud Thucyd. III, ἀκοντες μὲν γάρ οὐκ ἐβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπειδεύσαντας ἔννοιανος δέ εἴη τὸ ἀκρτονον' non invicti ubi nocuere, sed de industria fecere insidiar. Id vero demum ignoci ignominia est, quod præter voluntatem sit. (Cap. 40.) Philo libro de constitudo principe : διακρίνει δὲ ὁ πότε πέρις αὐτοῦ τοι, τὰς ἐπιβάλλων ἔννοιας ηὔ τινας τὸ γάρ πάντων ηὔ τῶν ἐλαχίστα ηὔ μηδὲν ἀμφοτελῶν φύγει. si ad ultionem venientem sit, novit discernere inter eos, qui vitam agant insidiatricem, οὐ eos, qui longe alterius sunt animi : In omnes enim, etiam qui minima, aut nihil deliquerunt, grallari cedibus, animi est immanueti, ac feri. (Pag. 734. B.)

k Distinxisti inter injuriam, οὐ culpam, οὐ infortium] Seneca naturalium II, 44. ubi de fulminibus : volvitur admonere eos, quibus adversus peccata luminum fulminandum est, non eodem modo ornia esse percussenda : quedam frangi debere, quedam elidi, οὐ distingi, quædam admoneri.

1 Quanquam nec Platonis verba ediscis, nec Aristotelem tractas, ipsorum tamen placita factu exsequeris] Talis Trajanus inter principes Romanos egregius : παιδίας μὲν ἀρετῶν, οὐν οὐ λόγων, & μετέχει τὸ γε μὲν ἔργον αὐτῆς ηὔ ἡπίστατο ηὔ ἐποιει. illius exactas eruditiois in verbis positis compos non erat, rem tamen ejus οὐ norat, οὐ implibat. Xiphilinus. (pag. 230. Ed. Rob. Stepb.) De Marco Aurielio Herodianus : μέντος τε Βερτιλέων Φιλορετίου & λόγων, εὖδε δογμάτων γνωστοι, σεμνῶν δὲ ἡδει καὶ διηγησεων ἐπιστάσθατο. solus principum sapientiani non verbis, aut dogmatum cognitione, sed moribus gravibus, οὐ vita temperata ostendebat. (Lib. I. c. 2. n. 6. Ed. Boecler.) De Macrino Xiphilinus : τὰ τε νόμιμα εὐχαριστῶν αἰτεῖσθαι τοιούτοιο leges non tam norat exacte, quam fideliciter exequuntur. (Pag. 342.) Da nostro seculo Deus vel tales principes.

G R O N O V I I .

Q 40 Quibus invito) Qui occiderunt imprudentes. Forte, invita.

^g G R O -

- ⁺ Si ⁴¹ fors seva premat miseros, sed proxima culpæ,
⁺ ⁴² Hos variis mens ipsa modis agit, & sua carpunt
 Facta viros refides.

V. Quod moneat ⁺ Themistius ^m + distinguendos, qui auctores belli fuerunt, ab his, qui alios ducentes secuti sunt, ejus passim exempla in historiis existant. Narrat Herodotus, ^a Græcos pœnas sumisse de his, qui Thebanis ad Medos deficiendi auctores fuerant. Sic Ardeæ principes seditionis securi percussi, narrante ^b Livio. Eodem auctore, ^c Valerius Lævinus, ^d Lib. IV. ^e Lib. c. 85. Agrigento capto, qui capita rerum erant virgis casos securi percussit: ceteros, pradamque vendidit. Idem ^d alibi: Atella, Calasiaque in deditioinem accepta: ibi quoque in eos, ⁴³ qui capita rerum erant, animadversum. Rursum ^e Lib. c. e alibi: quoniam defectionis auctores meritas pœnas a Diis immortalibus, & 16. ^f Lib. VIII. c. 20. ignotum est illis, & civitas data. nimirum, ut idem ^f alibi loquitur, ut, ^g Lib. XXVIII. c. 26. unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret. Laudatur apud Euripidem & Eteoclus Argivus, quia

^g Supplic.
vers. 878,
& seqq.

Culpam ferebat semper illo judice

Reus ipse: non urbs patria, quæ ⁴⁴ passim mali

Rectoris ergo susinet calumniam.

^b Lib. III. ^e 36. Et Athenienses, ut ^b Thucydides narrat, pœnituit decreti adversus Mityleneos, πολὺν ὅντα διαθέτειν μᾶλλον ἢ τὰς αἵρετα, ut totam civitatem potius, quam solos defectionis auctores interficerent. Narratur & Diodoro ⁱ Demetrius, capti Thebis, decem solos interfecisse auctores defectionis.

^k Vitæ. de jure belli ⁿ 59. VI. 1. Sed in ipsis quoque belli auctoribus ^k distinguendæ causæ: sunt enim quædam non justæ quidem, ⁺ sed tamen tales, ut non improbis ^l possint imponere. Scriptor ^l ad Herennium depreciationis causam c. 17. æquissimam hanc pônit, si quis, quæ peccavit, non odio, neque crudelitate sed officio, & recto studio commotus fecerit. Sapiens ^m Senecæ de Clem. c. 7. hostes dimittet salvos, aliquando etiam laudatos, si honestis causis pro fide, pro ⁿ Lib. VII. e. 20. federe, pro libertate in bellum accincti sunt. Apud ⁴⁶ Livium ⁿ petunt errori veniam Cærites, quod fuerint auxilio consanguineis. ⁴⁷ + Phocensibus, ⁴⁸ + Chal-

G R O T T I

^m Distinguendos, qui auctores belli fuerunt] Vide Gaium lib. II, de pace publica, cap. 9. num. 18.

ⁿ Petunt errori veniam] Ignosci debere interdum armis superato recteri iustum quid sit ignoranti] Ex Isocrate transcriptis Annianus in librum XXX. (Cap. 8.)

(dd) Hæc debebant alio charactere edi, quamvis & in prima Editione ita existent: neque enim verba sunt ^l Livii, sed Auctoris nostri. Historicus, in fine demum Capitis sequentis, narrat, ex auctoritate Putrum, latum ad Populum esse, ut Privernatibus civitas daretur. Cap. 21. num. 10. J. B.

G R O N O V I I.

⁴¹ Si fors seva] Leg. fors, si per infortunium patratum, quod parum distat a scelere.

⁴² Hos mens ipsa] Hi conscientiae tormenta patiuntur.

⁴³ Qui capita] Qui rempublicam in manu haberunt, &c. iv tñct.

⁴⁴ Poffint malis] Vulgi judicio, & perperam infamari solet ob improbum principem.

⁴⁵ Poffint imponere] Pro justis agnisci, & eos fallere.

⁴⁶ Apud Livium lib. VII.] 19. & 20.

⁴⁷ Phocensibus] Immo Tarquinieribus in Etruria: unde namque Phocenses Cæritibus cognati? (Vitiosa interpunctio, quæ hactenus fuerat in omnibus

48 + Chalcidensibus ^a & aliis, qui ex federe Antiochum juverant, data a Romanis venia. Aristides Leuctrica secunda ^b Thebanos, qui Lacedæmoniorum ductum contra Athenienses fecuti erant, ait, *κανωνεῖν μὲν & δικαῖος τρίχυματος, δικαῖος δὲ ἔτεσσι περιέλθειν τὴν μέμψιν, τῷ πιστὸς εἶναι τοῖς ἡγεμόνοις, in partem quidem venisse injuste actionis, sed quatinus iusto aliquo velarent, fide in principes sui federis.*

^a Appian.
Syriac.
pag. 98.
Ed. H.
Steph.
^b Tom. II.
pag. 135.
B.

2. Cicero de officiis primo ^c conservandos eos dicit, + qui non crudelis in bello, non immanes fuerunt: tum bella, + quibus imperii gloria proposita est, ^d minus acerbe gerenda esse. Sic Ptolemæus rex ^d Demetrio significat, *& περὶ πάντων ἀκα, περὶ δὲ τὸν αρχῆς πολεμητῶν αὐτοῖς non de rebus omnibus, sed de τῷ imperio, οὐδὲ gloria inter ipsos certamen esse.* Severus ^e apud Herodianum: *cum bellum adversus Nigrum gessimus, non ita sane speciosas inimicitarum causas habebamus. nam si possum in medio principatum, atque adhuc in disceptatione versantem, pari ambitu uterque nostrum ad se trahebat.*

^c Cap. II.
^d Plutarch. in Demetr. p. 891. A.
^e Lib. III. c. 6.

3. Sæpe habet locum, quod de bello Cæsar, & Pompeji est apud Ciceronem: *erat obscuritas quedam: erat certainen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum esset. Et quod idem ^f alibi: et si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus.* Plane ut apud Thucydidem ^g dicuntur venia digna, quæ sunt ^h μὴ μετὰ νοοῖς, δόκει δὲ μετὰ νοοῖς. ⁱ De Dejotaro idem ^j ille Cicero: *non ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus est.* Sallustius in ^k historiis: *cetera multitudo, vulgi more magis, quam judicio, post alias alium quasi prudentiorem fecuti.* Quod de bellis civilibus Brutus ^l scripsérat, putem non male ad pleraque bella alia referri posse ^m acrius esse prohibenda, quam in superatos iracundiam exercendam.

^f Orat. pro Mucr. c. 10.
^g Ibid.
^h Lib. I. c. 5.
ⁱ Orat. pro Dejot. c. 3.
^k Fragm. VI. 34.
Orat. I. ad Cœl. de Rep. ordin. I. Civ. ad Brut. Ep. VII. I. E-

omnibus Editionibus, etiam in primâ, heic occasionem dedit Viro Doctissimo reprehendendi Autorem nostrum, qui tamen ab errore plane immunis est. Nimurum Typographi, post volumen consanguineis, omiserant punctum, & post sequentem, *Phocensibus*, male collocaverant. Tum in omnibus aliis, post primam, Editionibus, è margine excidit App. Syr. apud quem Autorem, loco à me distinctè indicate, res, de qua agitur, clare exstat: *Μόνος δὲ Φωκαῖς μὲν, καὶ Χαλκιδίαις, καὶ δοτοῖς τῷ Ἀριόχῳ συνεπέχεσσαν, δεουτήν, απέλνοι τῷ δίτεσσι. Pag. 98. Ed. H. Stephan.* Vel ex hoc loco patet, quam necessarium fuerit, primas illas Editiones conferre, ut opus istud emendatius edetur. J. B.)

48 Chalcidensibus ⁿ] Hand scio, unde habeat: non enim in federe Chalcis Eubœa urbs cum Antiocho fuit, sed vi, & metu eam Antiochus occupavit. Liv. lib. 35, 51. Puto hic dicere voluisse, *Phocænibus*, qui in Asia minore, & eandem esse historiam, cuius meminit num. ult. cap. preced. (At vide Not. preced.)

49 Minus acerbe ^o] Non saviendo in victos.

50 De imperio, *οὐδὲ gloria*] Id ipsum, quod Justinus lib. 15, I. non se propter prædam, sed propter dignitatem iniisse bellum.

Tom. IV.

ⁿ Positum in medio] Vacuum, & certo posse fore carentem.

^o Erat obscuritas] Incertum, & obscurum, ultra causa esset justior.

^p Μὴ μετὰ νοοῖς] Non per malitiam, sed nimio gloriæ studio.

^q De Dejotaro idem ille Cicero] Cap. 3.

^r Progressus, sed lapsus] 2, Attic. 21. quia deciderat ex astris, lapsus, quam progressus potius videbatur.

^s Acrius esse prohibenda] Inclemens esse animadvertisendum in eos, quos liquet bellum civile moturos, quam in eos, qui bello civili sunt victi: nam in illis non tam facilis præsumitur pœnitentia confilii, quam in his facti, cuius jam supplicium luerunt ipsa calamitate.

G R O T I I.

^t Apud Herodianum] Verba Graeca hæc sunt: *καὶ Νιγρούς μὲν πολεμήσατες δέ τοις ἐνδόγεις ἐγένετο αἵρις ἔχθρος, οὓς ανοσκαῖσθε & γαρ παραγένεται προσύπαρχος αρχὴν ὑπερπάτων μεμόντος, ἐν μέτρῳ δὲ ἐρριμένου καὶ αἰμαφρίζον θεταν, ἐντετραγόνων τετράγωνος ισοτίμης φιλοτιμίας εἰς αὐτὸν αἰδεῖσθαι. optime.*

^u Acrius esse prohibenda, quam in superatos iracundiam exercendans] Bembus IX.

B b

G r o-

VII. 1. Etiam ^a ubi justitia hoc non exigit, sæpe tamen convenit bonitati, ^b q̄ convenit modestiae, convenit animo excuso. *Ignoscendo auxisse populi Romani magnitudinem*, ait ^c Sallustius. Taciti ^d est: *quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum*. At ^e Seneca: *ferarum, nec generosarum quidem, 57 permordere, 58 urgere abjectos. Elephantes, leonesque transeunt quæ 58 impulerunt*. Sæpe opportunum est illud Maronis, (*Aeneid. X*, 528.)

— — — Non hic victoria Teucrum!
Vertitur, ^f aut anima una dabit discrimina tanta.

^d Cap. 16.

2. Est in eam rem insignis locus in libro ^g quarto ⁶⁰ ad Herennium: *bene majores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent*. Quid ita? quia, *quam nobis facultatem fortuna dedisset, iniustum erat in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocarat*. Quid quod exercitum contra duxit? *desino meminisse*. Quid ita? quia viri fortis est, ⁶¹ qui de victoria contendant, eos hostes putare: qui victi sunt, ⁶² eos homines judicare; ut possit ⁶³ bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille si viciisset, ⁶⁴ num idem fecisset? non profecto tam sapiens fuisset. ⁶⁵ quid igitur ei parcis? quia ⁶⁶ talem stultitiam contemnere, non imitari consuevi. Si de Romanis hoc accipias (incertum enim hoc, cum & peregrinis, & fictis argumentis utatur is scriptor) adversa fronte pugnat cum eo, quod habemus in ⁶⁷ panegyrico, ^e qui dictus est Constantino Constantii filio: *cautior licet sit quā devinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen est 68 qui calcat iratos*. *Renovasti, Imperator, veterem illam Romani imperii fiduciam, quæ de captis hostiis ducibus vindictam morte sumebat*. Tunc enim captivi reges, cum a portis usque ad forum triumphantium currus honestassent, simulatque in capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcere necabantur unus pro seipso Paulo, qui sedentem se acceperat deprecante (leg. pag. 274. ge: ⁶⁹ unus Perseus ipso Paulo, qui dendentem se acceperat, f deprecante) legente

G R O T I I.

q Convenit modestiae] Rex Theudericus apud Gallidorum II, 41. illa mibi feliciter bella prævenerunt, quæ moderato fine peracta sunt; ⁶⁰ enim vincit astute, qui novit omnia temperare.

G R O N O V I I.

57 *Permordere*] Usque, & usque morsicare, persistere in mordendo jam jacentes, & impotentes repugnandi.

58 *Impulerunt*] De statu deturbarunt, prostraverunt, dejeicerunt.

59 *Animæ una dabit*] Unius cædes momentum faciet.

60 *Ad Herennium*] C. 16.

61 *Qui de victoria contendant*] Qui armati resistant, in eos hostilia moliri.

62 *Eos homines*] Dignos venia, & clementia.

63 *Bellum*] Metum, periculum, vim ex bello.

64 *Num idem*] Numquid pepercisset tibi?

65 *Quid igitur*] Ante hæc verba, omisum est: non profecto tam sapiens fuisset. (Quod & nos restituimus. J. B.)

66 *Talem stultitiam*] Qua forsitan ille usus est, immoderate se gerendo in victoria.

67 *Panegyrico*] Qui nonus est in ordine, & adscribitur Eumenia cap. 10.

68 *Qui calcat iratos*] Forte, stratos, cui non est necesse quicquam facere in hostis adulationem, aut in dubios bellum exitus lenocinia quarere, ut loquitur Justin. II, 12. sed qui potest per fiduciam virtutis, & fortunæ, submissis insultare.

69 *Unus Perseus ipso Paulo, qui dendentem se acceperat, deprecante*] Sero: sic enim jam Gronterus edidit a. 1607.

G R O-

legem illius severitatis evasit: cæteri in vinculis ¹ luce privati aliis regibus dedere documentum, ut mallent amicitiam colere Romanorum, quam exasperare justitiam. Sed & hic ⁷⁰ nimis laxe. Dicit quidem Josephus idem de severitate Romanorum in historia imperfecti Simonis Barjoræ: sed ² de ducibus loquitur, qualis ³ Pontius Samnis, non de his, quibus regium esset nomen. Verborum sensus latine sic habet: ⁴ finis triumphi erat, postquam ad Capitolium Jovis ⁵ ædem erat perventum: nam ibi expectare Imperatores mos antiquus patriæ jubebat, donec nuntiata esset mors hostium ducis. Is erat Simon Joræ filius, qui inter captivos in triumpho ducebatur: is tum in-⁶jecto laqueo ⁷¹ in forum trahitur, verberantibus insuper ipsum custodibus. Nam eo in loco mos est Romanis supplicium sumere de damnatis ob noxas capitales. Hic ubi vitam finisse nuntiatus est, secuta sunt fausta omnia, deinde sacrificia. Idem ferme dicit Cicero ⁷² Verrina de suppliciis.

3. De ducibus passim exempla exstant: de regibus aliqua, ut ⁷³ de Aristonico, ⁷³ Jugurtha, ⁷⁴ Artabasdo: sed tamen præter ⁷⁵ Persea t. ⁷⁶ Syphax, ⁷⁷ Gentius, ⁷⁸ Juba, & Cæfarum tempore ⁷⁹ Caractacus, atque alii

^{a Bell.}
^{Jud. Lib.}
^{VII. Cap.}
^{5. §. 6. di-}
^{visi. Hudf.}

^{b Cap. 26.}

^{27.}

G R O T I I.

¹ Luce privati aliis regibus dedere documentum] Nolim reduci hunc morem; tamen & Josua reges captos interfecit. Josephus antiquæ historiæ V. 1. & de Soffio Dion: Ἀρτιλυρον ἐμαστύωσε σαῦφη προσδίσας. Antigonum virgū cecidit alligatum cruci. Pag. 463. D. Sed provide addit, δικαιόδοξος ἀλλοτε βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Παρμαῖων ἀπεκόνθισται quod nemo regum a Romanis victoribus pertulerat. Est eadem historia apud Josephum libro XV. (Cap. I.) De Maximiano Herculio. (Immo de Constantino J. B.) Eutropius libro X. c. 2. cæs. Franci, atque Alemanni, captiisque eorum regibus, quos etiam bebi, cum magnificum spectaculum muneric parasset, objecit. De rege Alemannorum patibulo suffixo vide Ammianum XXVII. (Cap. 2.) Theuderichus rex Wisigothorum Athiulfum Suevorum in Hispania regem capite plectit, memorante Jordanische historia Gotthica (Cap. 44.) Nimirum hæc documenta sunt regibus ad modestiam, & ut cogitent, se quoque subiectos, si Deo ita visum, humanis vicibus, &, quod in simili periculo à Solone dictum meminerat Creslus, de felicitate hominis ante mortem non iudicandum.

² De Aristonico] Vide Appianum Mithridatico in fine, (Pag. 253. Ed. H. Steph. ubi de Aristobulo & Tigrane, quos Pompeius tridiphans capite plecti jussit).

³ Syphax] Variant de eo historici, multi tradunt, eum prope Romam ante triumphum decepisse: Polybius in triumpho ducatum: (Lib. XVI. Cap. 12.) Appianus, dum de eo delibetur, morbo obiisse. (Pag. 15. Ed. H. Steph.)

⁷⁰ Nimis laxe] Adulatur nimium Constantino, qui duos Francorum reges, sed barbaros, & inconditos, quales tum erant Franci, bestiis objecit. Cæterum, ne unum quidem exemplum justi regis post victoriam imperfecti Romanis exprobriari potest. (Et si jure id facere potuerint. Sam. Cœc.)

⁷¹ In forum] Eis τὸν ἵππον τῆς ἀγορᾶς ἔτειρε τὸν. Joseph. ἀλώσ. 7. in. Intelligit Tullianum. Sallust. Catil. 55.

⁷² Aristonico] Hic non erat verus rex, sed Eumenis spurius ex citharistria Ephesia: & cum ab Attalo III, ejusdem Eumenis legitimo in testamento, quo Populum Ro. heredem instituerat, præteritus esset, regnum Pergamenum invaserat, & sustinebat invidiam Licinii Crassi consulis capti, & occisi. Justinus 36, 4.

⁷³ Jugurtha] Hic & ipse spurius, fratribus legitimis Adherbale, & Hiempiale, Massiva quoque cognato Romæ, dum fide publica ibi moratur, per summum scelus occisus, legatis, & exercitu, & primoribus e senatu pecunia corruptis, exercitu quoque sub jugum missio, misericordiam omnem perdiderat. Flor. 3, 1. (Vide Livium, Epit. 67. Eutropium, IX. 1. J. B.)

⁷⁴ Artabasdo] Non Romæ, neque ex auctoritate senatus, sed Alexandriæ, & M. Antonii scelus appellat Tacitus 2, annal. 3. (Vide Vell. Pat. II. 82.)

⁷⁵ Persea] Macedonum.

⁷⁶ Syphax] Maæsulorum Numidarum.

⁷⁷ Gentius] Illyrici. (Vide Livium, XLV. 43.)

⁷⁸ Juba] Numidiæ. (Vide Plutarch. Vit. Cæs. pag. 733. Appian. Bell. Civil. Lib. II. pag. 491. J. B.)

⁷⁹ Caractacus] Britannicæ regulus. Tac. 12. ann. 37.

alii tale supplicium evaserunt, ut appareat, + & belli causas, & gerendi modum spectata à Romanis, quos tamen æquo ⁸⁰ asperiores in victoria fuisse, Cicero, atque alii agnoscunt. Itaque M. Æmilius Paulus apud Diodorum Siculum ^a non male in Persei causa Romanos senatores monet, εἰ μὴ τὸν ἀνθράπτιον Φόῖσσαν ἐνλαβεῖνται, τὸν γε τὰς ὑπερφανῶς ταῖς ἔξτοις χρωμένης μετερχούμενην Νέασσην, αἰδεῖσθαι· si humani nihil metuerent, at divinam vindictam timerent, iūs immimentem, qui victoria insolentius utuntur. Et ^u Plutarchus notat, bellis inter Græcos ipsos etiam hostes regibus Lacedæmoniis manus abstinuisse reverentiâ dignitatis.

4. Hostis ergo, qui non id, quod humanæ leges permittunt, sed quod sui est officii, + quod fas, & pium est, volet respicere, parcet etiam hostili sanguini: neminique mortem irrogabit, ⁸¹ + nisi quo mortem, + mortive simile quid evitet, + aut ob peccata personæ propria, quæ ⁸² ad capitalem mensuram devenerint. + Et tamen quibusdam id meritis aut omnem, aut mortis poenam condonabit, + sive humanitatis intuitu, + sive ob alias probabiles causas. Egregie idem, quem dixi, ^b Diodorus Siculus:

^b Lib. XVII. 38. εἰ τὸν πόλεων πολιορκίαν οὐ παρατάξεις οὐ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα τὰ πλείονες διὰ τύχην ή διὰ φρεγὸν ἐπιτυχήνεται· οὐ δὲ ταῖς ἔξτοις εἰς τὰς ἐπτακότας ἔλεγον μερξόμενοι διὰ μόνης τῆς Φρονίσεως γίνεται: urbium expugnationes, secunda prelia, Οὐ si quid aliud in bello prosperum, saepe fortunæ magis, quam virtuti debentur. At in summo imperio viciis misericordiam impartiri, solum prudentie opus est.

^c Lib. IX. Cap. I. Apud Curtium ^c legimus: Alexander quanquam belli auctoribus jure poterat traxi, tamen omnibus venia data.

VIII. De ⁸³ nece autem eorum, qui casu non destinato occiduntur, + tenendum quod supra diximus, si non justitiæ, + misericordiae tamen esse + non nisi magnis, & ad multorum salutem perventuris causis tale quid aggredi, unde innocentibus imminere pernicies possit. Idem nobiscum sensit ^d Polybius, qui libro V. ^d sic loquitur: οὐ γάρ ἐπ' ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ αφαινομένης ταῖς ἀγνώμοσι πολεμεῖν τὰς ἀγαθὰς ἀνδρας, αλλὰ ἐπὶ διορθώσι οὐ μεταθέσει τῶν ἡμερησιμένων γένεται τὰ μηδὲν ἀδικεντα τοῖς ἀδικητοῖς, αλλὰ συστάξειν οὐ συνέκειται τοῖς ἀνυποτίοις (male editur ἐντοτιος) τὰς δοκεντας ἀδικεῖν: bonorum virorum est, etiam cum minus probis non internecinum gerere bellum; sed hacenus, ut delicta sarcinatur, atque emendetur: neque insontes cum fontibim una pena involvere, sed insontium causa etiam fontibus parcere.

+ IX. I.

G R O T I I.

^e Plutarchus notat] Agide. (Pag. 804. D.)

G R O N O V I I.

⁸⁰ Asperiores in victoria] Nonnisi in una Corintho, de offic. I. II. quam tamen ad destruendam habuerunt gravem cauam, violatos legatos. Justin. 34, I. 2.

⁸¹ Nisi quo mortem] Præterquam si quo videt incolumi se salvum esse non posse.

⁸² Ad capitalem mensuram] Mortis supplicia digna sint.

⁸³ De nece] In tentanda aggressione, vel inferenda quamvis iusta vi, per quam multi innoxii, & quos lædendi nullam propriam cauam, nec consilium habemus, fuit perituri.

G R O-

* IX. i. His cognitis, de his, quæ magis specialia sunt, non difficilis erit definitio. * *Puerum etas excusat, feminam sexus*, ait Seneca ^a libris, ^{a Lib. III.}
 84 quibus iræ irascitur. Deus ipse in bellis Hebræorum ^b etiam post pacem oblatam, & repudiata parci vult feminis, & infantibus, ^c extra paucas gentes speciali jure exceptas, adversus quas quod erat bellum, ^d non erat hominum, ^e sed Dei, atque ita appellabatur. Et cum mulieres Medianitidas vellet occidi ob proprium ipsarum crimen, ^f exceptit virgines intactas. Immo cum Ninivitis ob gravissima peccata ^g internectionem severa admodum minatus esset, retrahi se passus est ^h miseratione multorum millium ejus ætatis, quæ honesti, & inhonesti discrimina ignoraret.

^{c Num.}^{XXXI,}^{i 18.}^{d Jon.}^{IV, II.}

l. 1. §. 2. Sicar. homicidium fieri posse,
nec tamen esse pro homicida, verb. qui ho-
minem occidit, absolvit posse; & contra,
homicidium sine homicidio, verb. qui ho-
minem non occidit, pro homicida damna-
ndus: illud scil. si absit propositum malitia,
verb. si non occidendi animo hoc admisit;
hoc si adsit, verb. si vulneravit, ut occi-
dat.

Et denique in casu l. pen. Adult. viola-
tum est matrimonium, quod adhuc subsi-
stebat: est ergo hic actus lege prohibitus;
non tamen qui mulierem duxit adulterer est,
quia nescivit, repudium jure nullum esse,
adeoque absuit animus delinquendi, d. l. pen.
Neque vero quicquam ad rem respondes,
quod saltem sit adulterium ratione mulieris
scientis. Etsi enim quod mulier vitium repu-
dii sciverit, d. l. plane non dicatur, adeo-
que hoc quoque gratis abs te fingatur, quia
immo mulier multo minus intellexisse videa-
tur ius, & vitium ex lege, quam mas; ta-
men hoc quoque, quod fingis, posito, id sal-
tem sequitur, quod mulier si scivit, etiam
perfectum adulterium commiserit, quia &
malum actus, & animus concurrunt: in
viro autem, qui ignoravit, idem quidem

est malum actus, at in agente animus abeft,
per §. 2. & 3. h. diff.

Incas, si malus est actus quando quis ca-
su hominem occidit, idem quoque erit si te-
gula ex adibus cadens occidit hominem. Nihil
minus. Leges actibus hominum posse sunt,
non lapidum: homo lege prohibitus est homi-
nem occidere, non tegula; adeoque prohibi-
tio legis, in qua consistit malum actus, per
§. 3. h. diff. non inest actui lapidis, sed
actui hominis, et si animus male agendi in
eo non sit. Denique diximus, malum actus
humani inde esse, quia concurrit cum ani-
mo ad perfectum delictum, §. 3. non autem
concurrit actus lapidis, non magis, quam
actus naturae, qua morte naturali hominem
tolit.

Leviora enim sunt] » De quo vide l. 2. c.
» 20.

Qua necessitas si non defendit, tamen ex-
cujus] » Necessitatem jus non tribuere, ali-
bi dictum est. 7

Apud Deum quoque paratam esse veniam] »
Supra L. 2. c. 4. §. 7. n. 1. Auctoris
sententiam, quasi etiam Dei leges tacitam
exceptionem summae necessitatis habeant,
refutavimus. Locus autem Thucydidis non
loquitur de qualibet necessitate, sed quæ
ex injuria alterius oritur, adeoque de ne-
cessitate defendendi juris: talis necessitas
autem non saltem veniam meretur, sed
& justa est.

Ne appellarent consilium] » I. e. ultro
cum intentione, & deliberata volunta-
te.

Justinus] » L. 8. c. 1. Ipsi tamen Pho-
censes ideo a scelere non erant immunes.
Atque hinc dux eorum Philomelus sacrif-
legii pœnas impio sanguine luisse dicitur
eidem Just. Conf. Diod. Sic. l. 16. c. 31.
& Pausanias in Phocis, ubi in fuga præ-
cipitem se e rupe dedisse, refert.

Salutis causa predatur] » v. g. famis,
& sitis causa. Vid. §. præced.

Difficilia tempora excusationem aliquans
dant] » Ad pœnæ mitigationem: at pro-
positum adest.

Mera infornitia nec pœnas merentur] 8

» Quia animus delinquendi cessat.

Nec ad restitutionem danni obligant] »
» Quia res, quæ casu perit, perit suo de-
mino.

Injusta actiones ad utriusque] » Et ad
D d 2 restitu-

» restitutionem damni injuria dati, quia do-
» lo alterius alii aliquid abest; & ad patien-
» dum tantundem, quantum malitia mere-
» tur.

Culpa media] » Scilicet, inter infortu-
» nium, & injuriam.

Ut restitutioni obnoxia est] » Quia dum
» providere potuit, & non providit, causa
» est damni dati.

Ita panam sepe non meretur] » Nam
» propositum, seu malitia deficit: at jure
» naturæ etiam ob culpam poenas dari, ali-
» bi probavimus.

Præsertim capitalem] » Jure divino pœ-
» nas quoque capitales ob culpam gravio-
» rem statutas, legimus. Idem quoque ju-
» re civili obtinet. *Vid. Differt. proxem.*
» XII.

Si fors seva premat miseror] » Si culpa
» lata occiderunt.

Hos variis mens ipsa modis] » Cum enim
» imprudentia occiderint, adeoque provide-
» re potuerunt, conscientiæ tormenta pati-
» untur.

A D §. V.

Themistius] » In laudibus Valen-
» tis Imperatoris, §. præced. n. 7.

Distinguendos qui auctores belli fuerunt] » Idem fecit Titus. *Vid. §. præced. n. 8. Ad-*
» de *Liv. l. 8. c. 20. l. 28. c. 29. l. 29.*
» c. 3. *Juslin. 11. c. 4. Curt. 6. 6. Appian.*
» bell. *Hijp. n. 274. Tbucyd. l. 3. Frof-*
» sard p. m. 105. *Tesm. b.*

A D §. VI.

I *Sed tamen tales, ut non improbis pos-
» sunt imponere*] » I. e. ut justos quoque, &
» probos fallere possint: ut si pro cognati-
» sis, pro sociis, &c. bellum suscipiant.

Phocenibus] » Quos Romani suis legibus
» restituerunt victo Philippo, *Liv. l. 33.*
» c. 18. Cum vero defecissent, *Liv. l. 37,*
» c. 9. expugnati a Romanis, *l. 37. c. 32.*
» sed finito bello denuo suis legibus restituti-
» sunt. *Liv. l. 38. c. 39.*

Chalcidenibus] » Chalcidenses socii Ro-
» manorum Eubœam insulam tenentes victo
» Philippo itidem libertati pristinæ restituti-
» sunt. *Liv. l. 33. c. 18.* imminentे postea
» cum Antiocho bello præsidium recuperant
» Romanum. *Liv. l. 35. c. 38.* At defece-

» runt postea ad Antiochum cum exercitu
» adventantem. *Liv. l. 35. c. f.* Victo An-
» tiocho omnes civitates, quæ partium ejus
» fuere, adeoque & Chalcis, Eumeni ve-
» ctigal pendere jussæ, & Chalcidensium
» duces Eubulidas, & Philo dediti sunt.
» *Liv. l. 38. c. 38.*

Qui non crudelis] » Qui non odio, ne-
» que crudelitate commoti fecerunt.

Quibus imperii gloria proposita est] » Si
» præterea alia causa non accedit, talia
» bella injusta esse, diximus. *Vid. supr. l.*
» z. c. 22. §. 7.

A D §. VII.

Auctor ait, generosius esse etiam au-
» toribus belli, scilicet regibus, & ducibus
» parcere; idque hic late exemplis probat.
» *Add. Appian. bell. Syr. n. 112.* Et late
» loca congeta a Tesmoro b.

Ubi justitia hoc non exigit] » Ubi etiam
» jure in victos sævire licet.

De ducibus] » Vide Paralipomena Dem-
» steri ad Rosini Antiq. l. 10. c. 29. in f.
» Pontium] Regum enim nomen promiscue
» sæpius sumi, vidimus l. 1..c. 3. §. 10.n. 1.
» *Et belli causas, & gerendi modum, spe-* 3
» *data a Romanis*] » I. e. sæviisse Roma-
» nos saltem in eos, qui sine causa bel-
» lum intulerunt, vel qui durante bello
» insolentes in Romanos fuere.

*Quod fas, & pium est, voleat respicere, parceret
» etiam hostili sanguini*] » Hostem occidere non
» leges demum humanæ, sed & divinæ,
» permittunt.

*Nisi quo mortem, mortive simile quid
» evitet*] » Idem in bello privato obtainere,
» dixit supra l. 2. c. 1. §. 3.

Mortive simile] » Scilicet, pro conserva-
» tione membra, pudicitia, rei nostræ:
» nam ex his quoque causis bellum priva-
» tum licitum esse, dixit d. c. 1. §. 6. 7.
» 10. & 11; adeo ut nec charitas lege di-
» vina, & humana seposita obstat, d. §.
» 11. At lege Evangelii res etiam majoris
» momenti deserit potius, quam bellum
» ideo inchoari debere, dixit d. c. 1. §. 13.

*Aut ob peccata personæ propria, que ad
» capitalem mensuram devenerint*] » Atqui o-
» mnes hostium subditæ, qui factum prin-
» cipis defendunt, ejusque judicium se-
» quuntur, morte digni sunt.

Et

Et sarmen quibudam id moritis aut omnem aut mortis pœnam condonabit] » Vir-tutis, ac generositatis id est, non juris.

Sive humanitatis intuitu] » Adeoque ex perfectionis regulis.

Sive ob alias probabiles causas] » Ob periculum, quod nobis, & nostris incumbit. l. 2. c. 23. §. 6. & c. 24. §. 4; ob metum majorum incommodorum, d. c. 24. §. 1. & §. 10. c. 25. §. 9. n. 3. L. 3. c. 3. §. 6. n. 3; ob dubium exitum, d. c. 24. §. 7; si nulla spes singularis utilitatis inde redundet, d. c. 24. §. 4. & §. 8. Sed hæc omnia ad regulas prudentiae, non juris, pertinent.

AD §. VIII.

T E N E N D U M *quod supra diximus] » L. 3. c. 1. §. 4. n. 1. Nimurum, ad jus agendi multa consequi indirecta, & extra agentis propositum, ad quæ per se jus non esset. Unde concludit Auctor dicto loco, domum piratis plenam tormentis peti posse, etiam si infantes, aliqui innocentes ibi reperiantur.*

Misericordia tamen esse] » Adeoque iustitia laxioris. Vide d. c. 1. §. 4. n. 2.

Non nisi magnis, & ad multorum salutem perventuris causis tale quid aggredi] » D. c. 1. §. 4. n. 2. Immo jure naturæ sufficit, quod quis jus suum privatum aliter reparare non possit. Nam omnis culpa tunc est in latronibus, qui reparationi juris resistunt. At generosius est dimittere nocentes, ne innocentes violentur.

Polybius] » Idem ait Seneca l. 4. benef. 28. Satius est prodeesse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos.

AD §. IX.

A U C T O R quærerit, an etiam fœminas, & infantes occidere in bello liceat. Equidem jure gentium voluntario id permisum esse in bello solenni, afferuit Auctor super l. 3. c. 4. §. 3. & 9. at juxta justitiam internam iis parcendum esse, contendit b. §. Nos dicimus, etiam fœminas occidi jure belli posse, quia illæ quoque factum principis sui approbant, ejusque partes sequi tenentur, & ex familiaz, in

qua sunt, bonis ea, quæ ad perniciem hostis pertinent, contribuunt. De infantibus res altioris indaginis est: tutior est sententia eorum, qui infantes occidi non posse, afferunt. d. c. 4. §. 3. & 9. Aliud obtinet i. si aliter jus nostrum reparari non possit. Vid. l. 3. c. 1. §. 4. 20. si Deus id jubeat, d. l. 3. c. 1. §. 4. n. 3. cap. 4. §. 9. & b. §. 9: an 30. jure talionis? Vid. l. 3. c. 4. §. 13.

Extra paucas gentes speciali jure exemptas] » Quas damnatas vocant; quæ nimis intra fines promissæ possessionis continebantur. Deut. c. 20. v. 15. & 16.

Non erat hominum, sed Dei, &c.] » Qui suo jure gentes expellere, ac vitam adi-mere potuit.

Excepit virgines intactas] » Nam eas, quæ deceperunt filios Israel, eo:que præ-varicari fecerunt, i. e. quæ neverunt viros in coitu, ob crimen commissum jugulari jussit. Num. 31. v. 16. 17. & 19.

Miseratione multorum millium] » Qui neciunt quid sit inter dextram, & sinistram suam. Jon. c. 4. v. 11.

Rerum discrimina] » I. e. quid justum, quid injustum sit, adeoque uti delicti, ita & pœnae sunt incapaces.

Si bac Deus fecit, ac statuit] » Auctor argumento a majori probat, homines abstiner a cæde fœminarum, & infantium debere, quia ipse Deus eis abstinere jussit, auctor vitæ, & necis.

Quibus ille nullum jus tribuit in homines, quod non ad hominum salutem ac societatem conservandam esset necessarium] » Homo ergo hominem non perdere, sed conservare debet: at id non ex jure humanæ societatis oritur, utpote qualis non existit, sed sequitur ex eo jure naturæ, quo quisque saltem jus in suas res, actiones, & corpus, non alterius habet.

Quibus fas maxime valuit] » I. e. jus naturæ. v. Gron. b.

Inter bellum iura, naturalia scilicet] » Nam ex hypothesi Auctoris iura gentium voluntaria plura permisere l. 3. c. 4. §. 3. & 9. At saepius jam dictum est, tale jus gentium non dari.

Apud bonos, ut iuu hoc ab eo, quod in moribus, & impunitate positum est, discriminare] » Quasi Plutarchus hic opponat iustitiam internam iustitiae externæ, quam Auctor

„ Auctor in bello solenni obtinere, statuit,
„ ad impunitatis effectum. Verius est, Plu-
„ tarchum opponere usum juris naturæ, ab-
„ usui quarundam gentium barbararum.

Salva integritate] » Scilicet conscientia,
» ac animi.

*3 Semper] » Sive aliquid peculiariter vin-
dicandum admiserint, sive non; sive viri-
lia officia usurpent, sive non: quia judi-
cium, adeoque delinquendi animus defi-
cit.*

*Id in foeminas plerumque] » Loquitur de
foeminis rationis usum adeptis; nam eo
deficiente non magis, quam pueri teneri
possunt.*

*Nisi aliquid peculiariter vindicandum] »
Virgilius ait apud Tefm. b.*

*Etsi nullum memorabile nomen.
Feminea in pena est, nec habet victoria lau-
dem,
Extinxisse nefas tamen, & sumissæ merentis,
Laudabor penas.*

*Aut virilia officia & ipsæ usurpent] » Uti
si arma sumferint. Cujus rei exempla sunt
apud Liv. l. 28. c. 19. Thuan. l. 31. p.
631. seq. l. 49. p. 1017. l. 18. p. 367. l.
22. p. 441. l. 33. p. 666. l. 46. p. 938.
, Tefm. b.*

*4 Munatii Flacci] » Qui erat a partibus
Pompeji, & mœnibus Attingicensium in
Hispania inclusus a Cæsare foeminas, &
liberos eorum, quos studiosiores Cæsar is
sumferat, in conspectu parentum, & ma-
riorum trucidavit. Val. Max. l. 9. c. 2.
, §. 4.*

*De senibus] » At hi consiliis suis, ac bo-
nis tuentur causam principis sui, eoque
reparationi juris nostri resistunt. L. 19.
, in fin. ff. captiv. Unde jure naturæ occidi
possunt: adeoque id non demum ex jure
gentium voluntario licet, uti putat Auctor
l. 3. c. 4. §. 9. n. 2.*

„ in foeminas, & infantes savire licere;
„ diximus.

*Idem statuendum] » Scilicet, ut ubique
injuria occidi nequeant.*

*Quorū vita genus ab armis abhorret] »
Uti sacerdotes, Monachi, litterati, agrico-
lae, &c.*

*Jure belli in armatos, repugnantesque
cædes] » Ubi Livius opponit hanc fragem
, foedæ trucidationi, quæ in urbe fiebat,
, ubi turbam foeminarum, puerorumque im-
bellem, & inertem occidebant.*

*Eo iure, quod nature congruit] » Que
vim vi repellere licet.*

*Camillus] » Apud. Liv. l. 5. c. 21. Add.
Curt. l. 4. c. 11. Senec. benef. l. 5. c.
16. Liv. l. 5. c. 27. L. 4. c. 19. & 59.
l. 6. c. 3. l. 6. c. 10.*

*In bac clausæ] » Eorum scilicet, quorum
vitæ genus ab armis abhorret.*

*Ut bi ab armis abstinerent, mos ab anti-
quo fuit gentium omnium] » Vid. Quintil.
, decl. 304. Sacerdotium pacis res est, &
mox: Sacerdos castra vindico: disce te
, vindicare tempora.*

*Atque ideo vicissim vi in illos tempera-
batur] » Immo sacerdotes hortantur, &
monent subditos ut bellum gerant; quin
olim eorum demum consilio bella susci-
pientur: adeoque illi quoque reparatio-
ni juris nostri resistunt, eoque occidi tan-
quam hostes possunt.*

Ubi simile erat collegium] » In Nagoth.

*A sacerdotibus] » Hi enim utrique sacræ
erant, & neutrius partes sequebantur.*

*Proverbiū illud Græcum] » Neque va-
tes relictus est.*

*In alta pace vixisse] » Quia sacerdotes
neutrius sequebantur partes in hoc bello
intestino, & sacra utrique communia
erant.*

*Ut monachi] » Eadem ratio hic obtinet,
que in sacerdotibus; nam hi quoque se-
quuntur alterius partes: adeoque hostium
loco haberi possunt.*

*Addas bis merito eos, qui studiis] » Vid.
Gron. b. At hi quoque sequi partes ho-
stis tenentur, atque contribuendo ex bo-
nis, vel consilio saltē, reparacioni ju-
ris nostri resistunt.*

A D §. X

*Q U A R A I T U R, an in sacerdotes, Mo-
nachos, & litteratos, quorum vita genus
ab armis abhorret. jure belli savire liceat?
Affirmatur; et si enim ipsis non lædant,
tamen sequuntur partes eorum, qui læ-
dunt, consiliis suis, & bonis eos adju-
vant, eoque reparacioni juris nostri resi-
stant, l. 19. §. fin. ff. captiv. Idque mul-
to magis verum est in casibus, ubi etiam*

A D . §. X I.

AGRICOLAS] „ Immo hi & partes „ hostis sequuntur, & opibus suis hostem „ juvant, adeoque merito hostium loco ha- „ beri possunt.

Canones] „ In Capitulo 2. X. de Treuga, „ & pace. Vid. l. seq. §. 4. n. f.

Diodorus Siculus] „ Sed hoc saltem in „ bellis intestinis verum esse, ait *Arrian.* „ de reb. Ind. p. 531.

Et Cyrus] „ Sed sub conditione id nun- „ ciari jussit, si idem quoque id facere pro- „ miserit; uti promisit. Hinc *Xen. Inst. l.* „ §. p. 147. ait: *pactis initis convenit ut* „ *cum agricolis pax esset, cum armatis bel-* „ *lum. Conf. c. seq. §. 4.*

De Belisario Suidas] „ Id prudenter fe- „ cit, non juris necessitate. Nam ducum „ omnino interest tueri eos, qui terras co- „ lunt, ut nostris quoque necessitatibus sub- „ venire possint.

A D . §. X II.

ADDIT canon] „ D. c. 2. X. de Treu- „ gis.

Mercatores] „ Euntes, & redeuntes, d. „ c. 2.

Qui temporariam in hostio moram agi- „ tant] „ Ideoque qui pacati in hostico pe- „ regrinantur; hos enim nullo jure lædi „ posse, contra Auctorem probavimus supra „ c. 4. §. 6.

Sed & de subditis perpetuis] „ De his „ solis agit dictus canon.

Nam & borum vita ab armis aliena est] „ At sequuntur judicium, & causam hostis, „ eamque opibus suis defendunt, adeoque „ hostium loco merito veniunt.

Alii opifices, ac artifices] „ Immo ex „ eadem ratione hi quoque tanquam hostes „ lædi, & interfici possunt.

A D . §. X III.

QUERRITUR, an captos occidere li- „ ceat? Affirmat Auctor ex jure Gentium „ voluntario in bello solenni quoad effectum „ impunitatis. *Vid. l. 3. c. 4. §. 10.* Ne- „ gat autem hic *juxta iustitiam internam.* „ *Vid. §. b.* Nos supra probavimus, ho-

„ stem, ex quo in nostram venit potesta- „ tem, ob injurias ex judicio civitatis no- „ stræ commissas jure puniri posse: quan- „ quam abstinere virtuosius sit, d. c. 4. §. 10.

Arma gererunt] „ At nunc amplius non „ resistunt.

Pudore, id est, æqui respectu] „ Dixi- „ mus, de virtute id potius intelligendum „ esse.

Necessitas perimat] „ Sensus est, hostem „ non interficiendum esse nisi ex necessi- „ tate, & quatenus resistit; non vero ex „ sola voluntate nostra, ubi necessitas de- „ ficit.

Belli fas] „ I. e. jus.

Contra æqui naturam, & morem mitius 2 „ **viventium**] „ Nam jure gentium voluntario „ licitum id omnino esse, alibi docuit.

Jus commune] „ Scilicet hominum, que „ intelligit jus naturæ.

Senecam] „ *Vid. supra c. 10. §. 1. n. 3.*

A D . §. X IV.

QUERRITUR, an eorum, qui vitam „ sibi salvam paciscantur, deditio repudiari „ possit? Auctor jure gentium voluntario „ & in bello solenni, id affirmit *L. 3. c.* „ 4. §. 11: at *juxta iustitiam internam* id „ negat hoc §. Nisi crimen commiserint mor- „ te dignum. *Vid. §. 16. infra Conf. c.* „ 4. §. 11. & 12.

Easdem ob causas] „ Ob pudorem, seu „ æqui respectum, æqui, bonique naturam.

Sive in pælio] „ Ubi arma dejiciunt.

Non repudianda deditio] „ Immo hoc de- „ pendet ab arbitrio hostis: cum enim is, „ qui reparationi juris nostri resistit, inju- „ riam faciat, ac tot cædium, aliarumque „ injuriarum causa, eoque, ut Auctor alibi „ loquitur, mortem meritus sit, nec evitare „ captivitatem possit, ejus non est condi- „ tiones praescribere, sed eas potius a cle- „ mentia victoris expectare tenetur.

In deditos] „ Arrianus agit de deditis „ qui sine conditione se dederunt; de qui- „ bus §. seq.

Mos autem Græcorum est] „ Non ergo „ de jure loquitur, sed de more Græcorum. „ Mores Romanorum contrarii fuere. *Vid.* „ *l. 3. c. 4. §. 12.*

Magni

- Magnus animo dignum*] „ Generositatis ergo id est, at non juris.
- Moris est*] „ Apud Græcos.
2. *Antequam murum aries percussisset*] „ Vid. Gron. b. Formam exhibet Daniel Histoire de la milice Gauloise.
- Se eorum civitatem conservaturum*] „ Dixi, hoc meri arbitrii esse. Is, qui ob-sidet oppidum, deditio[n]em conditionatam semper repudiare, & injuriæ reparatio[n]em armis querere potest.
- Antequam machine ignaria explodantur*] „ Sinan Barbarus apud Thuanum l. 7. p. 154. dixit, post tormentis verberatum murum conditiones deditio[n]is facere, info-lens esse; quare sine conditione se derident.
- Antequam in mœnia impetus fiat*] „ Immo hodie prostrata tormentis mœniorum parte (*Wann eine Breche gemacht ist*); adeoque quoties obsessi pertinaciter, citra omnem spem resistendi, ad extrema pro-cesserunt. (Cujus rei exemplum est apud Liv. l. 7. c. 29.)
- Qui armis positis ad imperatorum fidem consergiunt*] „ Cicero loquitur de eo, quod officii, & virtutis est.
- Partem liberam relinquenter effugere voluntibus*] „ Morem hunc Hebræorum refert Seldenus de jur. nat. l. 6. c. 15. in f. ex Mose Mikotzi. Idem fecit Cyrus Xen. Exped. Cyr. l. 4. p. 345. Tefm. b.
-
- A.D. §. X V.
- Eadem aquitas*] „ Eadem boni, & æqui natura, idem pudor, seu æqui re-spectus, quem juri gentium voluntario perpetuo oponit, & de cuius licentia egit supra l. 3. c. 4. §. 12.
- Qui sine conditionib[us]*] „ Immo qui arbitrio victoris se submittit, æque ejus severitatem metuere, quam clementiam expectare debet: exempla, ubi sicutum est in ejusmodi deditos, vide d. c. 4. §. 12. & l. 3. c. 20. §. 50. n. 5. & §. 51. Deditio[n]is apud Israëlitas servitutem personalem servire cogebantur l. 2. c. 13. §. 4. n. 3.
- Campsanis*] „ Sallustio Capsanis. Sallust. bell. Jugurt. l. 1. c. 89. seq.
- Facinus fuisse contra ius beli*] „ Non aliud sensere Romani Imperatores. Vid. d. c. 4. §. 12. Sed & ratio ab ipso Sal-
- „ lustio addita justum hoc factum reddit: genus, ait, hominum mobile, infidum, ante neque beneficio, neque metu contra citum.
- Naturale scilicet*] „ Quod distinguit a licentia juris gentium; de qua l. 2. c. 4. §. 12:
- Diximus*] „ Supra §. 10. n. 1.
- Alibi*] „ Conf. Liv. l. 7. c. 27. in fin. L. 30. c. 7. l. 38. c. 32. L. 37. c. 32: Ut potius metu ad deditio[n]em cogantur] „ Duxi jam, haec ab arbitrio hostis pen-dere.
- In Bruto*] „ Apud Plutarchum: sed le-quitur de bello civili.
-
- A.D. §. XVI.
- ÆQUITATIS, ac juris naturalis præcepta*] „ Dixi j.m., deditos absque conditio[n]e servos fieri, eoque interfici posse.
- Minime justa*] „ Immo justissimæ.
- Si talio exigatur*] „ De qua egimus l. 3. c. 4. §. 13. Exempla refert Gron. b.
- Adeoque tunc erit species necessariæ defensionis.
- Si terrore opus sit*] „ Vid. Gron. b. Nam tunc quoque id pertinet ad juris nostri reparationem.
- Non sufficere ad justam cædem*] „ Immo sufficiunt jure naturæ.
- Periculum non est*] „ Dixi alibi, jus occidendi non saltem a periculo esse, sed & injuria ab hoste nobis illata, et si hostis esse definat.
- Oportet crimen antecedat*] „ An velio magis enorme crimen committi potest, quam illud, quod ab hoste committitur: qui cives nostros necavit, res eorum absitulit, vel vastavit, & quidem ex judicio nostræ civitatis summa injuria.
- Si qui de injustitia belli convicti tamen in armis perfidissent*] „ Idem dicendum, et si de justitia belli convictus sit; quia id non dependet a judicio, & convictione captorum. Sufficit enim, victorem assertare, hostem jam captum, & deditum, injuria egisse, indeque poenam, cum ini-potestate ejus sit, meritum esse.
- Aut aliud gentium ius, ut legatorum*] „ Exempla vide supra l. 2. c. 18.
- Si transfuge essent*] „ Tunc ex duplice capite puniri possunt, tum quia perfidi sunt, & perjuri, tum quia hostes sunt.
- Talionem.

2 *Talionem natura non admittit nisi in ipso, qui deliquerunt*] „ Vid. l. 2. c. 20.
 „ Delinquent autem etiam, qui delinquentium factum approbant, aut opibus, vel
 „ consilio adiutunt: quales sunt subditi omnes, qui factum principis defendere tentantur. Quæ plenius examinavimus supra l. 3. c. 4. §. 15.

Neque sufficit quod hostium unum quasi corpus fictione quadam intelligatur] „ Talionis æquitas non ex facta aliqua unitate originatur, sed quia subditi factum civitatis approbant, & defendunt, adeoque deliti sunt participes. Quod late probavit B. Parens in disp. de Sacros. talionis jure §. 47. & seq.

Quæ accuses, & prave facta dicas tanquam recta velle imitari] „ Male hic applicatur Aristidis locus; non enim imitatur qui talionem exigit, sed potius justas poenas statuit delinquentibus.

Plutar. buss] „ Locum hunc, & factum Syracusanorum examinavit B. Parens in d. disp. §. 48.

3 *Ad ius dandum cædis non pertinet*] „ Si differetur victoria per resistantiam, & utilitas ex terrore oriatur, jam id ad necessitatem reparandi juris pertinebit: sed negari nequit, alteri tantundem licere, non saltem fure talionis, sed & jure belli.

Sed si subdit ius] „ Si scilicet factum alii quod poena dignum commisit is, qui pertinaciter resistit.

Ob quas ius non remittatur] „ Senfus est, quod gravius in tales resistentes consulere vixit possit, forte remissurus ponam meritam si non restitissent.

4 *Supplicium non meretur*] „ Iisdem fere verbis Auctor haec exposuit supra l. 3. c. 4. §. 13. n. 2; ubi dictum est, iure belli in omnes, qui hostilia agunt, senviri posse,

Nos debet ad mortem pervenire] „ Jure naturæ id licet; at generosius est eo abstinere.

E'νόμις τιμωρίας] „ Inusitatas poenas.

Dum tamen civium nomine] „ Lucanus enim loquitur de bello civili.

Sed communis illius ex humano genere constantis cives] „ Supponit Auctor societatem generis humani, & civitatem aliquam communem; qualem non dari, diximus.

5 *Dolor ex accepta clade*] „ Immo eo ma-

„ jor est injuria, quo plures cædes committit is, quem per scelus arma in nos vibrare assertimus; adeoque eo major vinclista esse debet
Parentasse legimus] „ Conf. Curt. 9. §.

A D S. XVII.

A u c t o r ait, misericordia esse, dedicatio, eti morte dignum aliquid commis- rint, parcere ob multitudinem, quia mul- ti infantes in tanta multitudine esse pos- sint; indeque tutius esse, plures fontes servare, quam unum infontem damnare.
 „ At cum saepius dictum sit, neminem in civitate hostili infontem esse, quia omnes reparacioni juris nostri resistunt, causant principis sui sequuntur, eamque operis, opibus, & consilio defendant. Etsi igitur propter speciale crimen puniri non pos- sint, postulant tamen ob injuriam, quam tanquam hostes nobis intulerunt,

Ob multitudinem eorum] „ Vid. supra l. 2. c. 21. §. 7. & b. c. §. 5. Conf. Flor. l. 4. c. 6. Seneca. l. 3. de benef. c. 16. Lucan. 5. v. 260. Plin. l. 10. ep. 97. Cand. p. 4. p. 802. August. de Civ. Dei 6. 10.

A D S. XVIII.

Q U A R T Auctor, an obsides iusta juri sicut internam interfici possint? Evidem de iustitia externa, i. e. iure gentium voluntario, id affirmavit Auctor supra l. 3. c. 4. §. 14; at iure naturali id negat. „ Nos ius gentium non dari, toties diximus; iure natura obsides omnino occidi posse, iure belli certum est, si hostis fidem datam violat: factum enim hostis approbat, & approbare tenetur, adeoque hostis est ipse.

Olim cum vulgo] „ Late mentem Au- „ etoris explicavimus supra l. 2. c. 21. §. „ 11. & diximus, ius in obsides non ve- „ nire ex eorum pacto, sed ex eo, quod „ judicium hostis fidem datam violantis se- „ quantur, illudque approbent, vel proba- „ re teneantur.

Quod in res alias, quæ in proprietatem veniunt] „ Si fidejussiones a non hoste pro- pter

„pter crimen morte dignum dantur, certum est, occidi fidejussorem non posse; & hactenus verum est, non idem jus fidejussori in vitam competere, quod in res suas. At aliud est in fidejussore hoste, qui ipse ut hostis mori meretur.

Atque id ius consensu aut tacito, aut expresso a singulis pervenisse ad civitatem] „Sensus est, quod civitas quoque obsides, invitatos dare, eorumque vitam obligare possit; quia dum cives sunt, facultatem eos pro utilitate publica dedendi in civitatem transtulisse videntur, l. 3. c. 4 §. 14. l. 3. c. 20. §. 54.

Aut expresso] „Si scilicet consentiunt, d. §. 14.

Si obsides privatim innoxios] „Diximus, non esse innoxios, quia hostes fuere, & fide, in quam obsides dati sunt, violenta, hostes manent.

Ex suo peculiari consensu] „Quia ulti se obtulerunt, d. §. 14.

Sive tanquam ex publico cui suum includeretur] „Dum enim se civem constituit, arbitrio civitatis omne jus suum subiectum videtur. Conf. Supra l. 2. c. 5. §. 17.

Postquam verior sapientia nos docuit] „Immo gentes quoque ex lumine rationis, idem senserunt; neque ex ea ratione obsides morte multatos esse, vidimus.

Deo exceptum] „Deus enim concessit, saltem homini jus ad conservandam vitam, non ad perdendam. Vid. l. 2. c. 17. §. 2. n. 1. c. 21. §. 11. n. 2. L. 3. c. 2. §. 6. l. 2. c. 20. §. 43. n. 2. Jus autem auferendi vitam sibi Deo reser- vatum esse, alibi demonstravimus. Vide l. 1. c. 3. §. 3. n. 1. L. 2. c. 19. §. 5. n. 4. L. 2. c. 21. §. 14. n. 1.

Solo consensu] „Hoc verissimum est. At obsides non tenentur ex solo consensu, sed ut hostes.

De aliis alii] „Vide l. 2. c. 21. §. 11. l. 3. c. 20. §. 52.

Nec ab inermi, sed armato hoste] „Conf. §. 9. §. 14. l. 15. supra.

Ex recentioribus, JCtis non ignobiles] „Immo Menochius, quem Auctor allegat, contrarium statuit, arb. qu. 284. & late auctoritates Dd. colligit. Conf. Barbosa,

„in loc. com. voce *Membra*. Unde nec in criminibus pro alio fidejubere licet. Vivo. 2. dec. 215.

Conventiones tales] „Quibus vita pro aliis obligatur.

Si jus vocant solam impunitatem] „Quia scil. id, quod lege civili permititur, in foro soli poenæ subjectum non est.

Sin a peccato immunes putant] „i. e. Jure naturæ, seu juxta iustitiam inter nam.

Est, aut ante fuit in numero graviter delinquentium] „At ex judicio nostræ civitatis semper est è delinquentium numero, quatenus ut hostis consideratur.

Aut postea fidem a se datam in re magna fefellit] „Tunc ex duplice capite pñri potest, tum ut hostis, tum ut per fidus.

Cœlia] „Historiam exhibet Florus l. 1. c. 10. l. 2. c. 13. Factum hoc examinavimus L. 3. c. 4. §. 14, l. 2. c. 20. §. 54.

Non sua sponte] „Questionem, an fuisse liceat obsidi, ex professo tractamus infra lib. 3. c. 20. §. 54.

A D S. XIX.

O M N E S commissiones, que ad ius consequendum, &c. nullius sunt usus] „Utī dimicationes singulares; de quibus supra c. 3. §. 20. 43. & c. 23. §. 10. l. 2. c. 1. §. 10. l. 15.

Virium ostentationem] „Exempla sunt apud Liv. l. 8. c. 7. Thuan. l. 15. p. 316. 2 Sam. 2. v. 14.

Et cum officio Christiani hominis, & cum ipsa humanitate pugnare] „Quia nihil faciunt ad reparationem juris nostri.

Rationem reddituri ei, cuius vice gladium gestant] „Nimirum, summo numini.

Sallustio] „De republ. ord. c. 1.

Incruento exercitu] „Similia vide apud Plinium l. 2. ep. 7. Ovid. amor. 2. Eleg. 12. Appian. belh Mitbr. n. 219. Liv. 3. 28. Tisin. b. Conf. ea, quæ dicta sunt supra l. 2. c. 23. §. 7. 8. l. 10. item l. 3. c. 1. §. 6. l. 17.

C A P U T X I I.

Temperamentum circa vastationem , & similia.

- I. Quæ vastatio justa sit , & quatenus. V. Si res ipsa ad bellum fovendum
 II. Abstinendum a vastatione , si res nullius sit usus.
 nobis fructuosa sit , & extra ho- VI. Hoc maxime locum habere in his ,
 sis potestatem. que sacra sunt , aut sacris accedunt :
 III. Si magna sit spes celeris victoriae : VII. Item religiosis :
 IV. Si hostis habeat aliunde quo se VIII. Utilitates , que ex tali mode-
 sustentet :

* I. 1. R E s + alterius ut perdere quis sine injuria possit , + horum trium unum antecedat necesse est : aut + necessitas talis , quæ in primi ¹ dominii institutione excepta debeat intelligi ; ut + si quis tertii gladium , quo usurpus sit furiosus , periculi sui evitandi causa in amnem projiciat , quo ipso tamen casu + manere obligationem damni resarcendi , ex veriore sententia alibi ^a diximus : + aut debitum aliquod procedens ² ex inæqualitate , nimirum + ut ³ res perdita imputetur in illud debitum quasi percepta , + alioqui enim jus non esset : + aut ⁴ meritum aliquod malum , + cui poena talis par sit , aut cuius mensuram poena non excedat : nam , ut recte notat ^b sani judicij theologus , ut propter pecora abacta , aut domos aliquas incensas + totum regnum vastetur , æquitas non fert : quod & Polybius ^c vidit , qui in bello + non in infinitum vult vagari poenam , sed usque eo , ut delicta æquo modo expientur . + Et hæ quidem causæ , & intra hos duntaxat fines faciunt ⁵ ut absit injuria .

2. Cæterum , + nisi causa utilitatis suadeat , stultum sit , nullo suo bono

^a Lib. II. c. II. §. 9.
 L. III. c. I. §. 5. n. 3.
^b Vici. de jure belli n. 52. &
 56.
^c Lib. V. c. II.

G R O N O V I L.

¹ D omini*s* i*nstitutione* - excepta] Neque enim privatis dominii institutis præsumuntur voluisse gentes , si quis veniat in mandatum periculum pereundi , & quidem non suo peccato , isque servari possit arrepta , aut corrupta re aliena , tum quoque valere strictum ius privati dominii , & potius abstineri re aliena , quam hominem innoxium servari . sed hunc casum excepsisse præfumuntur , & ei homini regressum dedisse ad primavam facultatem usurpandi quidvis ad sui conservationem : præfertim si qui aliena re abutitur , eamque consumit , sciat habendum sibi , habeatque propostum illius rei , quandoque possit , domino restituenda , ac sarcienda .

² Ex inæqualitate] Ex eo , quod quis mecum contraxit , & plus accepit , quam ei debebatur , me fraudato , & minus habente , quam habere debo .

³ Res perdita] Ut quod ego de alterius bonis corrumpo , procedat pro eo , quod mihi debetur , & detrahatur possessori , quasi ego percepimus , & ille mihi tradiderit , tanquam partem ejus , quod mihi debet .

⁴ Meritum aliquod] Facinus in meam vitam , famam , bona , aut eorum , quos mei officiis efft defendere .

⁵ Ut absit injuria] Ut vastemus , & vexemus alienas res sine peccato .

⁶ Nisi causa utilitatis] Magnum inde commodum ad nos , aut Incommodeum ad hostem perveniat .

a Strat. bono nocere alteri. Ideo qui sapiunt, utilitatibus moveri solent, quam
 c. 6. præcipua est illa, quam annotavit ^a Onofander : τὴν γῆν τῶν πόλεμον.
 b In Plat. Φθιρέτω καὶ κακίτω καὶ τεμέτω. ξημία γὰρ χρημάτων καὶ καρπῶν ἐιδεῖα μειοῦ πόλεμον, ὥσπερ καὶ
 de Republ. pag. 389. ξτια τρέφει. Hostium terram perdere, urere, populari meninierit. Nam εἰς α
 c. Liv. IV. pecuniarum, εἰς frugum penuria bellum minuit, quantum auget copia. a quo
 c. 9. n. 8. d Herod. non discrepat illud ^b Procli : σφαγηκὸν τὸ τῶν ἀγανάκτων περικόπτειν τὴν ἐνποίησαν,
 l. 1. c. 17. e Polyb. boni est Imperatoris, hostium copias undique accidere. De Dario ^c Curtius :
 lib. IV. c. credebat inopia debellari posse nihil habentem nisi quod rapiendo occupasset.

45. f Frontin. 3. Et illa quidem populatio ferenda est, ^d + quæ brevi ad pacem pe
 Strat. III. tendam hostem subigit : quo genere belli usus ^e Halyattes in Milesios,
 c. 4. n. 1. Thraces ^f in Byzantios, Romani ^f in Campanos, ^g Capenates, Hispanos,
 g Liv. lib. b Ligures, Nervios, ⁱ Menapios. At si recte rem expendas, plerumque
 V. c. 12. b Idem admittuntur talia ^g + odio magis, quam prudenti ratione. Ferme enim
 Lib. evenit, + ut aut causæ illæ suadentes cessent, + aut ut aliæ sint validiores, quæ dissuadeant.

XXXIV. 17. XL. 39. ⁱ Cæs. de + II. 1. Id + eveniet primum, + si nos ipsi rem frugiferam ita tenea
 bello Gal. mus, ut hostibus non possit esse in fructu. Quo proprie spectat ^k lex
 lib. VI. c. 3. 6. divina, quæ in ^j vallum, bellique opera vult impendi arbores feras, fru
 geras vero + asservari ad victimum, addita causa, quod non ut homines,
 k Deuter. XX. 19, ita & arbores + adversum nos in prælium consurgere possint : quod ex
 20. ⁱ De creat. ma
 gistr. p. 734. C. rationis similitudine ^b Philo ^l etiam + ad agros frugiferos producit, legi
 hæc

G R O N O V I I.

7 Quæ brevis ad pacem] Qua videmur effectu
 ri, ut hostis citius de bello finiendo, & pace
 reducenda cogitet.

8 Odio magis quam] Dum saepius indulgemus
 iræ, aut prædæ cupiditati, quam ut in summa
 re aliquid profligemus.

9 Vallum bellique opera] Aggeres, & machi
 nas.

G R O T I I.

a Pecuniarum, εἰς frugum penuria bellum mi
 nit] Philo de vita contemplativa : οἱ πολέμους
 καὶ φροντίους ἡ δεοφορίας τὴν τῶν αὐτιπάλων χώραν,
 ἵνα σπάνει τῶν ἀνχυμαίων πιεσθέντες ἐνδοῦ πο
 lent hostes ταφτure, εἰς arborinū nudare terram
 hostilem, ut hostes ea facilius se deculant rerum
 necfariarum penuria. (Pag. 891. D.) Idem in
 Dīris : διττάν ἐγκαίσμενοι συμβοσάν, λιμὸν μὲν
 φίλοις, ἐχθρὸν δὲ πειθασιαν duplex sibi malum
 acquirunt, inopiam amicū, copiam hostibus. (Pag.
 930. A. init. lib.).

b Philo] Alter ejusdem scriptoris locus de
 humanitate dignus & ipse qui hoc transcriba
 tur : ἐπιδιψιλεύμενος τὸ ἐπιτεκνες, πάλιν πλε
 σιως αυτῷ κατασθόντας χρῆσαι, μετών αἴσι
 μὲν τῶν λογικῶν ἐπὶ τὰ αἰλοντα, αἴσι δὲ τῶν
 ἀλόγων ἐπὶ τὰ φυτὰ, περὶ αὐτίκα λεκτέον,
 ἐπειδήπερ περὶ τῶν πρότερον αἰδηψῶν, καὶ τῶν στο

ψυχῆς μεμοράσαι, λέλεκται. ἀπείρηκε τοίνυν
 ἀντικρυς μήτε δεοφορομεῖ δικα τῆς ἡμέρας ὅλης, μήτε
 κείειν ἐπὶ λυμῇ ταχυοφερούσαν πρὸ καὶ πεδίζε
 δα, μήτε συνόλως καρπὸν διαφεύξειν, ἵνα περιγ
 σίᾳ μὲν τροφῶν αἰθέρων χορηγῆται τὸ τῶν αὐ
 θράπτων γένος, περιπτικὴ δὲ μὴ μόνον τῶν αὐ
 ηχυκαίων, αἰδά καὶ τῶν πρός τινας αἰθροδικίων
 βίον. αναγκαῖον μὲν γάρ δὲ τὰ εἰτά καρπὸς εἰς
 τροφὴν αἰθράπτων ἀποκεῖται. τρόπος δὲ τὸν αἰθρο
 δικίων βίον, αἱ τῶν αἰθροδικῶν αἰμάτητοι ποικι
 λίαι. γίνενται δὲ ἐν ἐνδείσις πολλακίς ὅτε καὶ τροφὴ δεύ
 τεραι. καὶ περισυπερβάλλων, ἕτε τῶν πολεμίου
 χώρων τέλμενοι ἐστι, παραγγέλλει δὲ αἴσιον δεύ
 δροτομῶν, αἴδιον ὑπελαμβάνειν τὸν πρέπειον αἰθέρω
 πος ὄργην ἀποκηπτεῖν εἰς τὰ μήδενος αἵτια κα
 κοῦ. ἔπειτα δὲ αἴδιον μὴ μόνον τὸ παρὸν προσεχ
 οῦσα, μηδὲν ἐν ὄμοιῳ μένοντος, αἰδά πειτῶν
 τροπῶν καὶ μετεβολῆς χρωμένων, ὡς εἴκος εἰναι
 τὰς τέως θυμεῖς ἐπιπροκευτεμένες καὶ συμβατε
 σίων ἀρέσκαται, ἐντονόρες αὐτίκα γενέσθαι. Φίλος
 δὲ τροφῶν αναγκαίων ἀποσερεῖν χαλεπέν, μηδὲν
 ταμείωσαμεν τῶν εἰς ἀτρέλειαν, διὸ τὸν τὸ
 μέδοντος αἰθροδικία πάντα γάρ εἰκεν καλῶς εἴ
 έποιει τοῖς πατεροῖς, διτι καὶ Φίλοις κακωντάσιν,
 μὴ ἀπογινώσκοντας ἐχθρῶν, καὶ προσκρυπέοντας ὡς
 Φίλοις ἔσομεν, ἵνα ἐκεῖσθαι εἰς τὴν ἑαυτῆς Φύσει
 ταμείωται τι τῶν εἰς ἀτρέλειαν, καὶ μὴ αἴσι
 γυμνωθεῖς ἐν ἔργοις καὶ λόγοις, μετών τῆς ἀγαν
 εὐχερεῖας, διτι ὀδεν οὐφελος, αἰτιώμενος ἑαυτῶν
 τὸ λογιον τύτο καὶ θυλάττειν καὶ τὰς πόλεις,
 εἰ μὲν εἰήντη προνομένας τῶν κατὰ πόλεμον,

hæc verba affingens : *quid rebus inanimis, quæ & mites sunt, & mites frumentis ferunt, irasciri? an vero in morem hominum, qui hostes sunt, inimicitia significationem arbores produnt, ut pro his, quæ faciunt, aut facere minantur, stirpibus evellendæ sint? quin profundit victoribus, præbentque copiam rerum, quas necessitas exigit, immo & ad voluptatem; non soli homines tributa ferunt, sed meliora arbores statim temporibus, ac talia, ut sine iis vivere non detur.* Josephus vero^a ad eundem locum, si vocem edere possent arbores clamaturas, ait, + inique se, cum belli cause non sint, perferre belli poenas. Neque aliunde, ni fallor, originem habet illud Pythagoricum apud^b Jamblichum : ἡμερον Φυτὸν καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθίσειν mansuetam, frugiferamque arborem nec laderet, nec excindere fas esset.

2. c Porphyrius vero mores Judaicos describens libro de non edendis

^a Ant.
Jud. IV. 8.
p. 130. B.

^b De Vit.
Pyth. Cap.
XXL §.
99.

ἐν δὲ πολέμῳ τῶν κατ' εἰρήνην, καὶ μήτε τοῖς συμμάχοις αὐδίδην προσπισεῖν, ὡς οὐ χειρομένοις μεταβολῇ πρὸς τὸ ἀντίταλον, μήτε τοῖς πολεμίοις εἰσῆκαί απίστειν, ὡς οὐ δυναμένοις ποτε μεταφεύσκασθαι πρὸς τὸ ἐντονόν. ἐν μέντοι καὶ μηδὲν υπὲρ ἔχετε προκατέτω δι’ εἰλπίδην κατέλασθαι, οὐδὲν ἔχετον Φυτὸν, ἀλλὰ πάντα ἔνσπονδον καὶ ὠφέλιμα, τὰ δὲ ἡμέρα καὶ διαθέροντας αναγκαῖα, ὃν οὐ καρπός οὐ τροφὴ ἐστιν, ηὐστοιμον τροφῆς κτημάτων οὐ δεῖ πολεμεῖν πρὸς τὰ μη ποτέμια, τεμνοντας οὐ καίσοντας οὐ βίζους αὐτοῖς ἀντοπώντας, ἀπειρ ἀντὶ οὐ πάτησιν οὐδέταν ἐπιφοίνις οὐ δέρεται ἐνεργειαῖς ἐγέλειογόντε, δασομάς ἐπιτρίπτεις αἰσοντα αὐθαδύποις οὐκ βεστιλεύντες ἐμέλσος δὲ αὐτῷ καθάπερ ἀγαθὸν προσοῦντον ἀληπτον είναις μὴ μόνον ἕδοις, ἀλλὰ καὶ Φυτοῖς ιχύντε καὶ δώμασι, καὶ μάλιστα τοῖς ἡμέροις, ἐπειδὴ καὶ πλειονθάριον φροντίδη τοῦτο, οὐδὲν οὐδίσιος τοῖς ἀγροῖς εγγονα, γεωργικῆς ἐπιτημῆς δεομένα πρὸς προταστέραν δύναμεν. *Equitatem suam etiam largius dispensans Moses, valde ea ubertim, ac liberaliter uitit, descendens ratione uentibus ad muta animantia, ab his vero ad ea, quæ et terra nesciuntur, de quibus nunc dicendum est, quando de hominibus ut præstantissimis, & aliis, quæ animam sentientem naecti sunt, jam egimus. Diferte itaque vetust, aut excindere arbores mites, aut existialiter ante tempus demetere frugiferas terras, aut ullos omnino fructus corrumpere, ut abundantia alimentoorum instruatur huminum genus: abundant autem non modo necessaria, sed & quæ ad vitam delicatorem faciunt. Necessaria enim fruges, ad homines nutritiæ scapostru res; ad delicias vero omnium de arboribus nascientium varietas, quæ sapientia, ubi alia deficiunt, succedunt in alimentorum locum. Ultra procedens, terram etiam hostilem vafari non finit: præcipue vero excidiū arborum absinieru bet, iniquum existimans, iram in homines conceputam erogari in ea, quæ causa malis nullius sunt. Hoc ipso & illud docet, non præsens tempus spectare tantum, cum nibil in suo statu maneat, sed omniā, vicibus, ac mutationibus subiecta sint,*

ita ut facile sit eos, qui nunc sunt hostes, ubi ad colloquia, & pacata ventum erit, rursum fæderatos fieri. At amicos necessariis fraudare, dum, quibus ob futurum incertum etiam assertari debuerant, quæ usui esse possunt. Vcrißime enim dictum antiquis, ita amicis utendum, ut non putentur nullæ supervenire posse inimicitiae; & ita tractandas offensas, ut amicitia speretur, nimirum, ut quicunque intra animum aliquid recordat, quo tutus sit, & non eo nimium nudato per verba, & facta, mox penitentiam agat nimis sua vehementia; seque accuset, ubi res sunari amplius non potest. Oraculum hoc & civitatibus observandum est, ut pacis tempore parent quæ ad bellum sunt opus, in bello vero, quæ ad pacem: ac neque amicis supra modum fidant, tanquam qui non possint in contrarium verti; neque hostibus ita diffidunt, quasi nunquam possint ad amicitiam reduci. Quod si etiam pro hoste nihil faciendum esset in spem conciliationis, certe nihil eorum, quæ terra fert, hostile: quis amica omnia, utilia omnia, mitissima vero, vel maxime necessaria, ut quorum fructus, aut alimentum sint, aut par aliquid alimento. Non oportet bellum inferre bellī nesciis, non secare, non urere, non extirpare radicibus, quæ natura aquarum irrigationibus, & astatum sereno tenere educavit, ut tributa hominibus velut regibus ferrent. Cura autem ei ut communī rerum omnium, & optimo præsili fuit, illasam præstare non animantibus tantum, sed & terræ fætibus vim, ac robur, præsertim vero matibus, quia majoris tutelæ indigent, nec ad sylvestrium morem secundam sunt, sed peritam culturam desiderant, ut firmitatem consequantur. (Pag. 712, 713. Edit. Paris.)

c Porphyrius vero] Verba ejus sunt: Φειδεθαὶ δὲ καλεῖται καὶ τὴ πολεμίᾳ τῶν συνεργαζομένων ζῶν καὶ μὴ φονεύσι. parcī etiam jubet lex in terris quæcumque hostili animantibus operum sociis, ita ut ea occidere non licet. (Pag. 394. Edit. Lugd. 1620.)

dis animalibus quarto, legem hanc, ^{io} consuetudine ut puto interprete, etiam ad ⁱⁱ animantia ruris operi inservientia producit: nam his quoque ut in bello parceretur, a Mose praeceptum ait: Thalmudica vero scripta, & Hebræi interpres addunt, ^d legem hanc porrígendam ad rem quamvis, quæ ^b sine causa peritura sit, ut si ^c ædificia comburantur, esculentæ, ac potulenta corrumpantur.

^{a Strateg.}
^{Lib. III.}
^{c. 10. n. 5.}
^{b Pag.}
^{470, 471.}
^{Zom. I L}
^{Ed. H.}
^{Steph.}
^{c Off. I.}
^{c. II.}
^{d Pro domo sua}
^{ad Pont.}
^{c. 23.}
^{e Lib.}
^{XXVI.}
^{Cap. 16.}
^{f Tradit.}
^{bis: vers.}
^{274, &}
^{f Senecam :}

Consentit cum hac lege ducis Atheniensis Timothei prudens moderatio, qui narrante ^a Polyxeno, ἐν ἱερέων ὅτε οἰκιαν ἔτ' ἐπαυλην καθαιρεῖν, καὶ μὴ ἀδὲ ἡμέραν δένδρον ἵκιστεν: non patiebatur aut domum, aut villam dirui, aut arborem frugiferam exscindendi. Extat & lex Platonis de republica ^b quinto: μήτε γῆν τέμνειν, μήτε οἰκίαν ἀκτυπάναι, ne terra vastetur, ne domus incendantur.

3. Multo vero magis hoc locum habebit ^c post plenam victoriā.

+ Corinthum excisam non probat ^c Cicero: ubi tamen ^d foede tractati erant Romanorum legati: idemque alibi ^d horrificum, nefarium, omni im-

butum odio dicit bellum, quod parietibus, tectis, columnis, postibus fit.

Laudat Livius ^e Romanorum lenitatem victa Capuā, quod non fævitum sit incendiis, ruinisque ^f in tecta innoxia, murosque. Agamemnon apud

seq.

Evident

G R O N O V I I.

^{io} Consuetudine interprete] Unius, & alterius bonum exemplum imitantibus aliis, ut ita res in perpetuum morem abiret.

ⁱⁱ Animantia ruris] Boves, agricolæ, & jumenta rustica.

ⁱⁱⁱ Sine causa] In nullum usum nostruim.

G R O T I I.

^d Legem hanc porrígendam] Contra vero restringendam, addita exceptione, nisi arbores in suburbanis locis impediāt jaculatorēs. (Vide SELDEN. de Jure Nat. & Gent. Lib. VI. c. 15. J. B.)

^e In tecta innoxia, murosque] Egregia est hujus argumenti epistola Belisarii ad Totilam apud Procopium Gotthicorum III. πρότερον μὲν κατέληπτα ὄντα ἐργάζονται, αὐτούσιαν ἀνθρώπων φρονιμων εὑρισκαταί εἰναι τῷ πολιτικῷ βιωτεύειν ἐπιχειρεῖν. ὄντας δὲ ἀφανίσθαι τῶν γε ἀξινέτων εἰκόνων, καὶ γνώρισμα τοῦ τῆς αὐτῶν Θύσεως ἐκ αἰχνυνθεῶν χρόνῳ τῷ θύεσσιν ἀποκτῖν. Ρώμην μὲν τοις πόλεων απαστῶν, στρατιῶν ὑφὲ τυρχάνεσσι εἴσαι, μεγίστη τε καὶ ἀξιολογωτάτη αἰματογόνοις εἶναι, οὐδὲ γέροντος ἐνὸς ἀρετῆς εἰργαζεῖν, οὐδὲ χρόνου βεβαῖον δινάμει εἰς τοτοῦ μεγέθεις τε καὶ καθόπιτοι αὖτε βασιλέων μὲν, πλατῶν, αὐτόρων δὲ αριστῶν ἐνυπορίαις πολλαῖ, χρόνος τε μάκρων καὶ πλευτεροῖς ὑπερβαθή, ταῦτα ἀλλαχαντα εἰς πάσης τῆς γῆς, καὶ τεχνίτας ἀνθρώπες ἵνταντα ἔντονας εἰσυσταντες τε τὴν πολιτειαν τακτην, οἰκισπερός δέρεις, κατὰ βιβλικὴν τεκτνάμενοι, μητεῖα τῆς πατρών αἵρετης τοῖς ἐπιγενησάμενοις επεδίλλοντο. ὥστε καὶ εἰς ταυτα ἐπίκτεια, εἰκότας

ἄν οδίκημα μέγας εἰς τὰς ἀνθρώπους τῷ παντὸς αἰῶνι. ^Θ δέξεται εἶναι αφαιρεῖται γάρ τὰς μὲν προγεγενένες τῆς τῆς αρετῆς μητρικαν, τὰς δὲ ὑπέρ τοις επιγενησάμενας τῶν ἐργασιῶν Σέαν. τέταντας δὲ τοιστὰς ὄντας, ἐκεῖνο ἐν ιδίᾳ ὡς δυσὶν αντικεῖν τὸ ὄτερον εἴναι. Ηγέροντος δὲ ποστούθηστο τὸ βασιλέως ἐν τῷ δὲ τῷ πόνῳ, η περίστοι, ἀντὶ ετούχαι. Πᾶν μὲν γάρ νικαῖς Ρώμην γε καθελών, την ἔρες σθ, ἀλλὰ τὴν σαυτὸν απολογεῖνος ἀν, ὡς Βελτίστη, εἴη. καὶ διαφυλάξας, κτήματά τι, ὡς τὸ εἶκον, τῶν παντων κατέλιπον πλατητεῖς. Πᾶν δέ γε τὴν χειρὸν σοι τύχην κληροῦσθαι ἔκτισιν, σώσαντο μὲν Ρώμην, χάρις ἀν σώζοντο παρὰ τῷ νεκτικότει πολλα. διαφειραντο δὲ, φιλανθρωπίας τε πόλεις ἔτι λειψετος λόγων, καὶ προσέσται τὸ μηδὲν τῷ ἐργασίαν απόνασαι. καταληγεται δὲ σε καὶ δέξαι τῆς περικέναις ἀξία πρὸς πάνταν αἰθρώπων, ὑπὲρ ἐφ ἐκάτερον σοι τῆς γηραικός ἐτίμως ἐπικεν. ὅποια γάρ σὸν τῶν ἀρχόντων τὰ ἐργασία εἰν, τοιστον ἀνάγκην καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ὄνταις Φίρεδοι. Ante huc sic existimatūst, speciosa lūbre opera, sapientum esse, Et civilius vita scientum: stricula demoliri, stultorum, Et recordis animi signa ad posteros transmittere non erubescuntum. Romam constat urbium, quas sol adspicit, maximam esse, ac spectatu dignissimam. ea non uniuers labore houstitis, nec brevi tempore ad id magnitudinis, splendorisque processit, sed plurimi reges, atque Imperatores, virorum eminentium immensa series; multa scula, divitiarum stupenda congeries, tum alia, tum artificum primos buc traxere. ita illi, tunis urbe paulatim effecta monumenta sua virtutis post futuris reliquere. Quare in eam seire id vero injuriam sit facere humano generi omnis eroi, eripiendo iis, qui olim fuisse, debito

*Equidem fatebor (pace dixisse hoc tua
Argiva tellus liceat) affigi Phrygas,
Vincique volui: ruere, & aquari solo,
13 Etiam arcuissim.*

4. Sane, docet nos sacra historia, urbes & quasdam a Deo + damnata excidio: etiam contra legem illam generalem ¹⁴ + arbores Moabitarum ^b jussas exscindi. Verum, non factum id odio hostili, + sed in justam detestationem facinorum, quae aut publice erant cognita, + aut Deo judice tanti æstimata.

^a Ios. VI.^b II. Reg. III., 19.

III. 1. + Secundo ¹⁵ eveniet quod diximus etiam + in dubia agri possessione, + si magna spes sit celeris victoriæ, cuius præmium & ager, & fructus futuri sint. Sic Alexander Magnus milites, narrante ^c Justino, a populatione Asie prohibuit, ^f + parcendum suis rebus præfatus, nec perenda ea, quæ possessori venerant. Sic Quintius, Philippo Thessaliam transcurrente populabunda manu, ipse hortatus est milites, ut Plutarchus ^d loquitur, iter facere tanquam ¹⁶ per concessam, & ipsorum jam factam regionem. Croesus Cyro suadens, ne Lydiam populandam militi daret, ^e non meam, inquit, urbem, non res meas diripies: nihil enim ad me jam ista pertinet; tua sunt; tua illi perdent.

^c Lib. XI.
^c 6.^d Vita
Flamin.
pag. 371.
D.
^e Herodot.
Lib. I. c.
88.

2. Aliter qui faciunt, in eos non male quadrant illa Jocastæ ad Polynicem verba ¹⁷ Thebaidibus Senecæ, (vers. 558, & seq.)

*Petendo patriam perdis: ut fiat tua,
Vis esse nullam: quin tue causa nocet
Ipsum hoc, quod armis uris infestis solum,*

Segetesque

debita laudis memoriam, venturis vero spectaculi voluntatem. Hec cum eum in modum se habeant, cogita de duobus alterum necessario futurum, ut aut in hoc bello vincaris ab Imperatore, aut tua fortuna sit superior. Si tu vicit, eversa urbe, non aliena, sed tua perdis? eadem servata, possessione frueris omnium speciosissima. si adversa tibi fors ceciderit, Roma per te incolumi, reperta tibi erit apud victorem gratia: eadem jacenti, jacebunt extra omnem spem misericordiae res tue. Neque tantum nullus ad te facti frater redibit, sed & digna facta fama te ab hominibus universis sequetur. Ea, in utram velis partem, tibi parata est: nam potentum quales sunt actiones, talis existimatio. (Cap. 22.) Vide & legem Friderici I. apud Conradum Abbatem Urspergensem, & de Friderico comite Palatino chronica Melancthonis.

go lib. I, cap. 66. *Nomine terra, quam devasta-
muis, terra nostra est, & populus, quem expu-
gnamus, populus noster est? quare ergo inveni-
musr hostes nostrum, & dissipatores vicitigilium
nostrorum? cum his convenient, quæ Bembra
habet libro IX. (fol. 149. vers. Edit. Venet.
1551.) Paruta vero contra Germanos libro hi-
storiae VI.*

G R O N O V I I.

¹³ *Etiam arcuissim*] Adde Sen. Hippoly. 805. Vetussem, vel prohibuissim, si potuisse.

¹⁴ *Arbores Moabitarum*] Hoc factum credibile est odio idolatriæ, quæ in lucis exercebatur.

¹⁵ *Eveniet quod diximus*] Ut rationes suadeentes cessent, vel sint validiores, quæ disuadent, ubi nondum quidem in potestate nostræ res sunt hostium, sed credimus, & speramus, alibi brevi dijudicatum iri, & res eas nostras fore.

¹⁶ *Per concessam*] Deditam, & ipsorum protestati permissem.

¹⁷ *Thebaidibus*] Phœnissis.

G R O-

Segetesque adutas sternis, & toto fugam
Edis per agros. Nemo sic vastat sua.
Quæ coripi igne, quæ meti gladio jubes,
Aliena credis.

^a Lib. IV. Par sensus apud Curtium ^a illis verbis : *quicquid non corrupissent*, ^{18 + ho-}
^{e. 14.} *stium esse confessi*. Unde non longe abeunt ea, quæ ^b Cicero in literis ad
^{b Ep. 7, 9.} Atticum disputat, adversus Pompeji consilium ¹⁹ fame patriam necandi.
^{c. 10.} Lib. Atque hoc nomine Alexander Iius culpat Philippum libro ^c Polybii XVII,
^{d Cap. 3.} cuius verba latine hunc in modum vertit ^d Livius : *in bello non congregredi*
^{d Lib.} ^{XXIII.c.} [*Philippum*] *equo campo, neque* ²⁰ *collatis signis dimicare, sed refugientem in-*
^{33.} *cendere, ac diripere turbes, & vincentium præmia viæcum corrumpere. At*
non sic antiquos Macedonum reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere,
quantum possent, quo opulentius imperium haberent. Nam ²¹ *de quorum pos-*
sessione dimicetur tollentem, nihil sibi præter bellum relinquere, quod con-
silium esse?

IV. i. ^{+ Tertio} idem fiet, si hostis habere ²² possit aliunde, quo se
sustentet : puta ⁺ si mare, si fines alii pateant. Archidamus apud Thucy-
^{e. Lib. I.} didem ^e in oratione, qua Lacedæmonios suos a bello in Athenienses de-
^{e. 80, 81.} hortatur, querit, quas belli gerendi spes habeant, an forte, quod mili-
tum copia valeant, sperent, Atticum agrum a se facile posse vastari : at-
qui, inquit, habent illi & terras alias suæ ditionis, (Thraciam, & Jo-
niam intelligens) & maritimis advectionibus adipisci possunt ea, quorum
indigent. Tali ergo statu optimum factu, ^{+ ut agricultura etiam in ipso}
collimitio tuta maneat : quod sub tributo utriusque parti præstanto factum
diu, ²³ in Belgico Germanico bello nuper vidimus.

2. Estque id consentaneum mori veteri Indorum, apud quos, ut ^g
Diodorus Siculus loquitur, τῶν γεωργῶν ἵερῶν καὶ ἀστύλων οἱ πλοιοῖς τῶν παρα-
τάξεων γεωργοῦται, ἀνεπαιδητοὶ τῶν κατόνων εἰσὶ^r agricole intacti sunt, ac veluti sa-
crofani, immo prope castra, & agmina opus faciunt sepositi a periculo.
Addit, τὰς χώρας τῶν ἀντιπολεμέντων ἐτέ έμπυρίζονται, γέτε δενδρομούσον^s hostium agros
^{f Cap. 40.} neque urunt, neque exscindunt arbores. Po/tea f : ὑδεῖς ἀν πολέμῳ περιτυχόν
^{ejusdem}
^{Lib. II.} γεωργῶν κατὰ τὴν χώραν αἰδούσειν, αὐτὸν τοις εὐεργέτας πηγέμενοι πάσοις αἰπίχονται
hostis

G R O T T I.

^g Diodorus Siculus] Libro II. (cap. 36.)

G R O N O V I I.

¹⁸ Hostium esse confessi] Prodentes despera-
tionem de victoria: nam si sperarent, se posse
vincere, ac tenere loca illa, non vastarent.

¹⁹ Fame patriam] Prohibendo subvectiones
frumenti, & aliorum utensilium, quia mare clas-
sus tenebat.

²⁰ Collatis signis] Acie aperta.

²¹ De quorum possessione] Perditio præmio,
propter quod bellum geratus, verbis Jusitini
^{22, 3.}

²² Posset aliunde] Quam ex eo agro, quem
nobis urere, ac vassare licet.

²³ In Belgico-Germanico] Germanizæ Belgi-
æ consociatae adversus Hispanos. Pauci enim
inter se sunt belligerantes, ut agricultæ in con-
finio hostilium terrarum extra præsidia siti,
utrimque tuti, & inviolati essent, modo pen-
derent modicum tributum ex parte Belgarum
Hispanis, ex parte Hispanorum Belgis.

G R O -

hostis nemo cuiquam agricole damnum dat, sed id hominum genus, ut in communi beneficium, ab injuriis omnibus innuere praestatur.

3. Inter Cyrus quoque, & Assyrium convenisse, ait ^a Xenophon, ut *cum agricolis pax esset, cum armatis bellum.* ^b Sic Timotheus partem agri maxime frugiferam elocabat colonis, ut ^b Polyænus narrat: immo, quod ^c Aristoteles addit, ipos etiam fructus vendebat hostibus, & ex ea pecunia stipendum præbebat militi: quod a Viriato etiam factum in Hispania, testis est ^d Appianus. Idque ipsum ^e in eo, quod diximus, Belgico-Germanico bello: summa cum ratione, & utilitate fieri vidimus exteris minoribus.

4. Hos mores humanitatis magistri ^f canones Christianis omnibus, ut majorem cæteris humanitatem debentibus, ac profitentibus, imitandos proponunt, ideoque ^g non agricultores tantum, sed & animalia, quibus audent, & semina, quæ ad agrum portant, extra belli periculum ponunt; nimis ob causam, ex qua civiles, & quæ ad arandum usui sunt, ^h vetant in pignus capi, & apud Phrygas, & ac Cyprios olim, postea ⁱ apud ^b Atticos, & Romanos, bovem aratorem occidere nefas erat.

V. ^j Quarto evenit, ut res quædam ejus sint naturæ, quæ ad bellum faciendum, aut ducendum ^k nihil momenti habeant: quibus rebus parci etiam, manente bello, ratio vult. Huc pertinet ^k ^l Rhodiorum oratio ad Demetrium ^m urbicum pro pictura Ialyssi, sic a Gellio ⁿ latine expressa: *qua malum ratio est, ut tu imaginem istam velis incendio aedium facto disperdere? nam si nos omnes superaveris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra, & incolimi per victoriam poteris: fin vero nos vincere obsidendo nequieris, petimus consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris Rhodios vincere, bellum ^o cum Protogene mortuo*

ⁱ Lib. XV. c. 31.

^g effi-

G R O T I I.

^h Sic Timotheus] De Megarensibus idem prodidit Plutarchus questionibus Græcis. (Qu. 17. p. 295. B.) de Totila. cum Romam obsidebat, Procopius Gothicorum III. τὸς μὲν τοις γεωγράφοις οὐδὲ ἄχαρι αὐτὰ πάστοι τὴν Ἰταλίαν εἰπόντο, αἴδε την γῆν ἵδενεν εὖτες πρεπεῖσθαι, ισαὶ γεωργεῖν, τοὺς Φέρες αὐτῷ αναγέννετος, agricultū interim per omnem Italiām mali intulit, sed jussit eos, ita ut soliti erant, terram perpetuo securos colere, modo ad ipsum tributa perferrent. (Cap. 13.) Cassiod. XII. 5. Defensorum maxima laus est, si, cum illi videantur predictas regiones protegere, iñi vos definant patrioticas possessiones excolare.

ⁱ Apud Atticos, & Romanos] Etiam in Peloponneso. Varro II. de re Rustica, (cap. 5.) Columella principio libri VI. His alde Plinius VIII, 45. Aliam de historia animalium II, capite ultimo. Porphyrium II. de abstinentia, (pag. 173, & seq.) Vegetius III. de Arte Veterinaria.

^k Rhodiorum oratio ad Demetrium] De hac re vide Plinius historias naturalis VII, 38. & XXXV, 10. & Plutarchum Demetrio. (pag. 898. E.) Sensus idem in epistola Belisarii modo a nobis recitata.

Tom. IV.

G R O N O V I I.

²⁴ In eo, quod diximus] Quod apparet non tantum ex eo genere vestigialis, cui Licenten nomen (est autem de mercibus, quæ in hostiles regiones hinc, præter arma, portabantur,) sed quod constat, integras bellicas naues Amstelzadami emtas, instructasque cum dissimulatione magistratum, quibus hostis adversus Batavos uteretur: ne scilicet, cum sat esset aliorum locorum, ubi parari possent, hinc incolæ eo lucro fraudarentur.

²⁵ Canones] Synodales, vel conciliorum veterum.

²⁶ Rhodiorum oratio ad Demetrium] Ut parceret, Rhodo obseissa, ei parti murorum, prope quam erat ea nobilissima Protogenis pictura, neque eam labefactaret machinis: et si facilius inde capi urbs potuisset, teste Plinio 7, 38. 35, 10. Fuerat autem Jalyssus iste inter conditores Rhodiorum gentis.

²⁷ Urbicatum] Polioreeten Antigoni Coelitis filium.

²⁸ Cum Protogene mortuo] Protogenis mortui opus nobile hostiliter lacerasse. Sic Gellius. At Plinius etiam tum vixisse Protogenem, & id opus tractasse, scribit.

F f

G R O -

^a Lib. V. *gesisse*. + Polybius a rabiosi esse animi, ait, ea perdere, quæ nec hosti
^b s. II. perita vires adimant, nec perdenti emolumenitum adferant, qualia sunt
^b In Verr. IV, 54. tempa, porticus, statuæ, & similia. Marcellus, laudante ^b Cicerone, *adi-*
ficiis omnibus Syracusarum, publicis, & privatis, sacris, & profanis + sic pe-
percit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda venisset. Idem
^c Ibid. c. ^c postea: *majores nostri relinquebant ius, quæ jucunda victus, + nobis 29 le-*
^{60.} *via videbantur.*

VI. I. Hoc vero sicut + in aliis ornamentis valet + ob eam, quam
 jam diximus, causam: ita + specialis ratio accedit in iis, quæ sacris usi-
 bus dicata sunt: quanquam enim & hæc, ut ^d alibi diximus, + publica
 suo modo sunt, + atque ideo impune per jus gentium violantur, tamen
 + si nullum inde periculum sit, conservari talia ædificia, & quæ eis ac-
^d Syl. de
^b bello p. 3.
^c n. 5. cedunt, + suadet rerum divinarum reverentia, ^d + inter eos maxime,
 qui eundem Deum ex eadem lege colunt, + etiam si forte sententiis quibus-
 dam, aut ritibus dissideant.

^e Lib. IV. 2. Thucydides ^e jus, ait, fuisse inter Græcos sui temporis, ^{τοτας}
^{c.} 97. ^{ιν ταν αλληλων, ιερων των ενότων απέχεσθαι, ut, qui in hoſticum impetum face-}
^f Lib. I. ^f locis sacrī abstinerent. Alba a Romanis diruta Deūm templis tem-
^{c.} 29. peratum, ait ^f Livius. De Romanis Capua capta sic Silius libro XIII.,
 (vers. 316, & seqq.)

Ecce

G R O T I I.

1 *Suadet rerum divinarum reverentia*] Polybius in excerptis Peirescianis: (pag. 45.) τὸ γὰς τοῖς ἀνθεώπις ὄργημενον, εἰς τὸ Θεῖον απεβεῖν, τῆς πάσης αἰδογείας ἐξ ἡμεῖον· cum hominibus irasciū, ob id impie in Deos agere, summae stultitiae signum est. Merito sane; nam & Severus refūgit, melius eſe, ut quonodo- cunque illuc Deus colatur, quam popinariis de- datur, Lampridio referente, (cap. 49.) Sa- guntinae Diana temple pepercit religione inductis, ait de Annibale Plinius naturalis historie XVI., 40. Ιεφὼν δὲ τὸς ἀλλοφύλων παλαιὸς ἀφηγε- μένα. tempa hoſtibus, nec externis eripimus. Appianus id habet civilium III. (Pag. 516.) De Agesilao scriptor latinus vita ejus: neque hoc solum in Græcia fecit, ut tempa Deorum sancti baberet, sed etiam apud Barbaros summa religione simulacra, aræque conservavit. Itaque prædicabat mirari se, non sacrilegorum numero baberi, qui supplicibus eoram nocuissent: aut non gravioribus penitentiis, qui religionem minuerent, quam qui funa spoliarent. (Corn. Nepos, cap. 4.) De Agesilai sanctimonia in hac re etiam Plutarchum vide (pag. 606. A.) Idem multos pariter Romanos ejus laudis participes facit in Sulla (Pag. 459. C. D.) εἰς μνήμην ἐβάλοντο τέτοιο μέν τοι τὸν Φλασινίουν, καὶ Μά- νιον Ἀκύλιον, τέτοιο δὲ Αιμίλιον Παῦλον, ἢ ὃ μὲν Αιτίοχον ἔξελσας τῆς Ἐλλάδος, οἱ δὲ τὰς Μακεδόνων βασιλεῖς κατέκεπτο λευκότερος, ἢ μό- τον ἀπέχοντο τῶν ιερῶν τῶν Ἐλληνῶν, αἷλα καὶ

δῶρα καὶ τιμὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προ- σεῖσθαι in memoriam revocabant alii Flamine- nium, alii Munium Aquilium, & Ἐμiliū Paulum, quorum ille, Antiochο ejeto à Græcia, bi vero, debellatis Macedonum regibus, non modo Græcanicū templis pepercérant, sed & donis ea, multoque honore, ac junctimonia auxerant. Adi & Vitruvium lib. II. (Cap. 8.) Dionem XLII. (pag. 234. A. Ed. H. Steph.) Plutarchum Ca- fare (pag. 720. E.). Brodun V. miscellaneo- rum c. 29. Gabao Maurus ipse, non Christianus, honorem volebat haberi Christianorum ec- clesiis, contra, quam facerent Vandali, quibus sperabat iratum fore, quisquis ille esset, Christianorum Deum. Tettatur hoc Procopius Van- dalicorum I. (Cap. 8.) qui & Perlicorum II, (Cap. 9.) Chosroës Perfam, non Christianum, ecclæsias Antiochensis Christianorum, ait, pe- percisse. Justinianus etiam, ut idem refert Vandalicorum II, (Cap. 9.) retinere apud se non ausus est res illas, quas Hierosolymorum templo Vespasianus abstulerat Romam, Romæ autem repertas in Africam asportaverat Gize- richus. De sanctimonia a Mahumetis servata loco, in quo Ezchielis, & trium Danielis fo- ciorum ossa erant condita, testis est in itinera- riorum Judæus Benjamin.

G R O N O V I I.

29 *Levia*] Vana, parvi momenti, nec tanti, ut illis ea invidcremus.

30 *Alibi diximus*] 3, 5. 2.

G R O -

*Ecce repens tacito percurrit pectora sensu
Religio, & sevas componit numine mentes,
Ne flamمام, tadasque velint, ne templis sub uno
In cinerem (aa) sedisse rogo. ——————*

Adversus Q. Fulvium Censem dictum narrat ^a Livius: obstringere eum ^b Idem ^c XII. c. 3. religionem populum Romanum ^d ruinis templorum tempora adificantem, tanquam non iidem ubique Dii immortales sint, sed spoliis aliorum alii colendi, exornandi. At Marcius Philippus, ^b ad Diuum cum venisset, ^e metari sub ipso templo, ne quid in loco sacro violaretur, jussit. Narrat Strabo, ^f Tectofages, qui cum aliis ^g pecunias Delphicas rapuerant, placandi numinis causa domi easdem cum additamento consecrassent.

3. Ad Christianos ut veniamus, commemorat ^a Agathias, Francos templis pepercisse, ^b ut qui cum Græcis essent ejusdem religionis. Immo & ^c hominibus ob tempora parci solitum, quod (ne profanarum gentium, quæ multa sunt exempla, adferam, quippe cum morem hunc ^d novâ rûm ^e Exāwv ^f in Gothis Romæ captoribus sic laudat ^g Augustinus: ^h testantur hoc martyrum loca, & basilicae Apostolorum, que in illa vastatione viatos ad se configuentes suos, alienosque receperunt. hucusque cruenter seviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidationis furor: illo ducebantur a miserantibus ⁱ hostibus, quibus (^j malim, qui, nam distinguit mitiores a durioribus) etiam extra ipsa loca pepicerant, ne in eos incurserent, qui similem misericordiam non haberent: qui tamen etiam ipsi alibi truces, atque hostili more sevientes posteaquam ad loca illa veniebant, ubi fuerat

G R O T I I.

^m In Gotthi Roma captoribus] Sub Alarico Ariano: cuius & hoc factum memorabile apud Cassiodorum XII, 20. Rex Alariebus apostoli Petri vase suis deferentibus cum exceperet, mox, ut rei causam habita interrogazione cognovit, saevis liminibus deportari diripientium manibus impetravit, ut cupiditas, qua deprædationis ambitu admirerat scelus, devotione largissima deleret excessum.

ⁿ Testantur hoc martyrum loca] Exscriptis hunc locum Isidorus in Chronico Gothicis Æra CCCXLVII.

^o Malum qui ^p omnino sic legendum ostendit Orofius, eandem historiam referens lib. VII. c. 28. (Nihil mutant tamen postremi Editores, è familia Monachorum Benedictinorum. J. B.)

^p Posteaquam at loca illa veniebant] Eisdem apostolorum basilicis Gotthi sibi Vitige Roman obdientes pepicerunt, teste Procopio Gothicorum II, (Cap. 4.) Etiam barbaris, & non Christianis jus configui in talia loca profuit, vide Zosimum libro IV. (Cap. 40. Ed. Cellar.) de Tomitanis barbaris. Addit Helvetiorum legem apud Simlerum: (Pag. 302. Ed. Else-

^{sir.}) Nicetam Alexio, Manuelis filio: (Cap. 4.) eundem lib. I. de Andronico, ubi Siculos culpat ob violatas Antiochienium ecclesiastas, (Cap. 9.)

G R O N O V I I.

³¹ Ruinis templorum] Male omisum: tempora adificantem.

³² Metari] Castra ponit.

³³ Pecunias Delphicas] Harum pars aurum Tholosanum. Justin. 32, 3.

³⁴ Hostibus, quibus] Nihil mutandum, sed intelligendum; iti, quibus pepicerant, nempe in profanis locis. Significat, quosdam hostium tam fuisse misericordes, ut Romanos captos in illis locis, quorum nulla erat religio, sponte ducerent in templo, ne si in alios vincentium non tam misericordes incidissent, irrita foret prior clementia.

(aa) Traxisse habent MSS. & ex illis nuperi, atque adcurata Editio: unde fecerant transisse. Necio unde suam lectionem sedisse habeat noster: quamquam, post illum, ita quoque locum laudat G. Graevius, Vir Eru- diissimus, in CIC. Verr. IV. 55. J. B.

fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuisset, tota sacerdandi refranabatur
immanitas, & captivandi cupiditas frangebatur.

VII. 1. Quod de factis dixi, + idem de religiosis intelligendum est,
etiam de iis, 35 quae in honorem mortuorum structa sunt; nam & haec,
+ quamquam 36 jus gentium impunitatem irae in ista exercendae indulget,
+ violari non possunt nisi contemta humanitate. 37 Summam esse ratio-
^{a L. 43.} nem, ajunt ^a jurisconsulti, quae facit pro religione. Tam pro religiosis,
^{D. de Religiosis.} quam pro sacris, pia exstat Euripidis sententia Troadibus, (vers. 95, & seqq.

*Mᾶς θεὸν δὲ θυτῶν θύεις ἐκπορθεῖ πόλεις,
Ναϊς τε τύμβους θεού, ἵερα τῶν κεκηρυχότων,
Ἐφημίσεις δέσ, αὐτός ὁλεῖς ὑπερον.*

*Homo quisquis urbes vastat, + & Diis Manibus
Sedes sacratas, templaque, haud recte sapit:
Nam similis ipsum pestis excidii manet.*

^b Philostrat. Lib. V. c. 16. Apollonius ^b Tyanæus ^a de cœlo a gigantibus oppugnato fabulam sic interpretabatur: οὐ πότε εἰς τὰς νεάς αὐτῶν ή τὰ έδη, vim eos intulisse Deorum Ed. Olear. templis, ac sedibus. Statio Annibal sacrificatus (bb), qui Deum ^c face miscuit aras.

^c Punic. pag. 83. Scipio, capta Carthagine, milites donis ornat, ^d λάγειον ἀμαρτόντων, inquit ^e Appianus, exceptis, qui in Apollinis templum pec-^f a Lib. XLII. pag. 234. caverant. Trophaeum a Mithridate structum Cæsar, ut narrat ^f Dio, καθελεῖν ὡς ἱτόλην τοὺς ἐμπολεμίους Θεοὺς ιεράμενον, tollere autem non est, ut bellum Diis sacratum. Marcus Marcellus, quae ^g 39 victoria profana fecerat, religione impeditus non attigit, ait Cicero ^g Verrina quarta: & ibidem ad-^h Cap. 55. dit, (cc) hostes esse aliquos, qui in bello + religionis, & consuetudinum ⁱ De Di-^j vin. I. 37. jura retineant. Idem Malibi Brenni bellum ^k fano Apollinis illatum, ne-^g Lib. XIV. c. 64. farium dixit. ^l Pyrrhi factum, qui Proserpinæ thesauros spoliasset, fö-^m dum vocat Livius, & in Deos superbium. Simile Himilconis ⁿ + Diodorus ^o αὐτοῖς εἰναι,

G R O T I .

^q De calo a gigantibus oppugnato fabulam sic interpretabatur] Ut & alteram de Eopoëo Diodorus Siculus. (Excerpt. Peiresc. pag. 221. ^h Lib. VII.)

G R O N O V I I .

35 Quae in honorem] Cenotaphiis, aut monumbris, in quibus ipsa corpora defunctorum collocata non sunt.

36 Jus gentium impunitatem] Jure gentium ea impune diruere, ac corrumpere licet.

37 Summam esse rationem, quae facit] Religionis primam, & maximam rationem habendam.

38 Face miscuit] Incendit, & in cineres

confusos, ac deformia rudera redegit.
39 Victoria profana] Sacra, que, urbe per vim expugnata, reverentiam apud victores non habebant, & in preda duci poterant.

40 Fano Apollinis] Delphico. Justin 24, 7. 8.
41 Pyrrhi, qui Proserpinæ] Livius 29, 18.

(bb) En ipsa verba Poëtae:

*Præcipue quum sacrificatus face miscuit arces
Ipsius (Herculis) immertiaque domos, ac
tempa Sagunti
Polluit, & populis furias immisit honestas.*

Sylv. Lib. IV. Sylv. VI. vers. 82, & seqq. J. B.
(cc) Hoc paullo ante legitur: Non ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionum, & consuetudinis jura retineret, &c. Caput in oratione libri indicavimus. J. B.

G R O-

αὐτίβειαν, & εἰς θεὸς αἰμάργησαν. Philippi bellum idem ille Livius ^a nefarium, quasi Diis superis, inferisque illatum: etiam furorem, ac sceleram. Florus ^{a Lib. XXXI. c.} de eodem, ^b *Philippus ultra ius victoriae in templo, aras, sepulchra sa-* ^{b Lib. II. 26. 30 31.} *vitt.* Eandem historiam tangens Polybius hoc addit ^c judicium: τὰ μέτε ^{c. 7. n. 4.} τοῖς ιδίοις πράγμασιν ἐπικεφαλαίων μέλλοντα μὴ προνέν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἔχθροῖς ἐλάσσων ^{c Lib. V. c. II. v.} πρός γε τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, ἐκ περιττῆς τῇ ναὶς, ἀμαὶ δὲ τέτοιος ἀνδριάντας τῇ πᾶσαι δῆ τὴν *supra §. 5.* τοικύτην κατασκευὴν λυκανικῶν, πῶς ὅτι ἔτιποι τις εἶναι τρόπος τῇ θυμῷ λυττῶντος ἔργον;

quæ neque nobis ad bellum futura sunt usui, nec hostibus incommodatura, ea ire perditum, templo maxime, & quæ in iis simulacra, & similia ornamenti, quis neget male mentis, & præ ira furibunde esse opera? atque ibidem talionis non admittit excusationem.

+ VIII. I. Quanquam vero proprie ⁴² instituti nostri hic non est, + quid ex usu sit, inquirere, + sed laxam bellandi licentiam adducere + ad id, quod natura licitum, + aut inter licita melius est; tamen ⁴³ ipsa virtus, + vilis hoc saeculo, ignoscere mihi debet, + si, quando per se contemnitur, ex utilitatibus ipsi pretium facio. Primum igitur moderatio ista in servandis rebus, + quæ ⁴⁴ bellum non morantur, + magnum hosti telum eripit, desperationem. Archidami dictum est apud ^d Tucydidem, μὴ γὰρ ^{d Lib. I.} ἄλλο τι νομίσῃ τὴν γῆν τῶν πολεμίων, οὐ δύπλον ἔχειν, οὐ ὅτι τὸσσον δῶρον ἀμείνον ἔξεργασαι, οὐ Φειδίδης τι χρὴ ὡς ἐπιπλεῖσον, οὐ μὴ ἐις ἀπόνοιαν κατασκήνωντας αὐτὸς ^e 45 ἀληπτοτέρους ἔχειν. terram hostilem non aliud, quam ^f obſidem censete, tantoque meliorem, quanto magis exculta est: quare ⁴⁶ ut plurimum ei parcendum est, ne desperatio hojies reddat ⁴⁷ invictiores. ^g Idem Agesilai consilium ^{e Xen.} cum Acarnanibus, contra, quam sentiebant Achaei, ⁴⁸ liberam reliquit sementem, ajens, ^{hifl. Gr. 1.} IV. C. 6. quo plus fevissent, eo ⁴⁹ pacis cupidiores fore. Hoc est quod dicit ⁱ satyra: ^{n. 13.} *spoliatis arma supersunt.* Livius narrans ^j captam a Gallis urbem: ^{f Juven.} placuerat, inquit, *principibus Gallorum, non omnia concremari tecta, ut quod-* ^{m. VIII.} *cunque supereffet urbis,* ^l ^{124.} ^k *id pignus ad flectendos hostium animos haberent.* ^{g Lib. V.} ^{c. 42.}

2. Adde

G R O T I I.

^r *Philippus ultra ius victoriae in templo, aras, sepulchra saevit*] Simile Prusia factum detestatus Polybius, cuius verba Suidæ servavit in vocabulo *Prusia*, & excerpta Peiresciana. (pag. 337.)

^s *Idem Agesilai consilium*] Meminit & Plutarchus Agesilao. (Pag. 608. B.)

G R O N O V I I.

⁴² *Instituti nostri hic non est*] Quippe quod τὰ πολιτικά.

⁴³ *Ipsa virtus vilis*] Non debet alienum, aut putidum videri, si, quod honestum est, & per se sine ulla mercede probandum, id studeam persuadere, & commendare per commoda, quæ secum trahit, quando eo saeculo vivimus, quo nihil, nisi quod utile est, appetitur.

⁴⁴ *Bellum non morantur*] Impedimentum non afferunt rebus gerendis.

⁴⁵ *Ἀληπτοτέρους ἔχειν*] Forte, αλεπτοτέρους, nam ἀλειπτος. αἰθερος, ακαταγώνος. Silmas. ad hist. August. p. 333.

⁴⁶ *Obſidem*] Nam qui agros hostium tenent, perinde est, ac si obſides eis extorſiſſent: quorum recipiendorum ſpe ad ſaniora confilia cogi poſſunt: eo autem facilius cogentur, quo cultriores agri conſervati fuerint.

⁴⁷ *Invictiores*] Difficiliiores.

⁴⁸ *Liberam reliquit sementem*] Vetus, dum in arando, ac ferendo occupati eſſent, ullam vim a ſuo exercitu fieri.

⁴⁹ *Pacis cupidiores*] Promtiores, & procliviores ad legem pacis accepientam, ne meſſera hostis intercipiant.

⁵⁰ *Spoliatis arma*] Cum ſupereffet nihil praeter arma, acrius eis utuntur.

⁵¹ *Id pignus*] Lenocinium pacis, per quam ea erant recuperaturi.

2. Adde quod ⁵² + speciem hoc præfert, manente bello, magnæ de victoria fiduciæ : & quod ⁺ clementia apta per se frangendis, & conciliandis animis. Annibal apud ^a Livium in Tarentino agro nihil violat : ^{appa-}
^{a Lib.} ^c XXIV. rebat, ait, non id modestia militum, aut ducis, ⁵³ nisi ad conciliandos Tar-
^{20.} rentinorum animos fieri. Simili de causa Augustus Cæsar de Pannoniis ra-
^{b Lib.} ^b XXIX. p. rebata abstinebat. Causam ^b Dio ad fert : ἔλειξεν τὰς ἑθονας αὐτὸς ἐπάκεδων spe-
^{XLIX.} ^c 472. D.E. + supra narravimus, præter alia πόλεις τὴν Ἑρμοῦ τῶν πολευτῶν ὕδησεν, ait ^c
^{c Lib.} ^c III. Polyænus, magnam ab hostibus ipsis benevolentiam captabat. ^t De Quintio,
^{c. 10. n. 9.} & qui cum eo erant, Romanis, Plutarchus ⁺ cum quæ supra diximus com-
^{d pag.} 371. D. memorasset, ^d addit : hujus modestia non multo post fructum cepere ; nam
^{f. It. Flam.} ut in Thessaliam perventum est, defecerunt ad eum urbes. Tum vero ^E qui
^{e Lib. IV.} intra Thermopylas habitabant Græci Quintium ardenter votis desiderabant :
^{e. 3. n. 14.} Achæi vero, renuntiata Philippi amicitia, societatem adversus eum cum Ro-
^{38.} manis invierunt. De Lingonum civitate, quæ bello, quod ductu Cerealis,
^{auspiciis autem Domitianus, in Civilem Batavum, ejusque socios gereba-}
^{tra exspectationem inviolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redi-^{ta}}

ē septuaginta millia armatorum tradidit ei.
^{f Lib.} 3. + Consiliis contrariis contrarii quoque eventus : exemplum dat Li-
^{XXVI.} vius ^f in Annibale : Præceps in avaritiam, ^E crudelitatem animus, ad spo-
^{38.} lianda quæ tueri nequibat, ut vastata hosti relinquenter, inclinavit. Id fæ-
^{31. dub. 7.} dum consilium cum incepto, tum etiam exitu fecit : neque enim indigna pa-
^{nus. 127.} tientium modo alienabantur animi, sed caterorum etiam : quippe ⁵⁴ ad plu-
^{res exemplum, quam calamitas pertinebat.}

4. Verissimum autem sentio, quod ^a theologis & quibusdam notatum est, & summarum potestatum, & ducum, ⁺ qui Christianos se & a Deo, & ab hominibus haberi volunt, officium esse, violentis urbium direptionibus, & si quid his simile est, ⁺ intercedere, ⁺ ut quæ abire non possint sine gravissimo multorum innocentium malo, ⁺ & sæpe ad belli summam parum proficiant : ita ut ⁺ bonitas Christiana fere semper, ⁺ ipsa quoque justitia plerunque ab ipsis abhorreat. ⁺ Majus sane est Christianorum inter se vinculum, quam olim Græcorum fuit, quorum bellis ne qua (dd) urbs Græca exsinderetur, cautum erat ⁺ Amphictyonum decreto. Et Ale-
^{31. dub. 7.} xandrum Macedonem, ⁺ narrant veteres, nullius rei a se actæ magis du-
^{nus. 127.} ctum poenitentia, (ee) quam quod ⁺ Thebas evertisset.

G R O T I L.

^t De Quintio] Nempe T. Quintio Flaminie.

G R O N O V I E.

⁵² Speciem hoc præfert] Parcere illis, quæ in potestate sunt, est signum judicantis hæc fini esse, sperantisque se obtinere illa posse, univerbi belli victoria.

⁵³ Nisi ad conciliandos] Nisi pro sed.

⁵⁴ Ad plures] Plures simile quid metuebant, quam ipsam calamitatem sentiebant.

(dd) Testis est AESCHINES: Εν αἷς ἔνο-
^{xxv} ρον ἦν τοῖς ἀρχαῖοις, Μηδεմίαν πόλιν τὴν Αυ-
^{31. dub. 7.} Φιλιπποῦν διατάσσετον ποιήσει &c. Orat. de ma-
^{nus. 127.} le obita legit. pag. 262. A. Edit. Basili. 1572.
^{J. B.}

(ee) Vide inter alios, PLUTARCHUM,
^{Vit. Alexandr.} pag. 671. B. J. B.

H E N R I C I

HENRICI DE COCCEII
COMENTARIUS
 IN
HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. XII.

• **G**rotius in præcedente capite V.
 • supposuit, gentes in bello solenni
 • (i. e. quod inter duas summas potesta-
 • tes geritur, & indictum est) præter li-
 • centiam interficiendi hostem etiam indul-
 • sisse facultatem vastandi res hostiles in
 • infinitum, & nulla habita ratione justitiae
 • causæ, ex qua bellum geritur, d. cap.
 • 3. §. 1.

• Atque hanc licentiam gentes quoque
 • extendisse, ait, ad res sacras, & religio-
 • das, d. c. 5. §. 2. & 3. ad effectum, ni-
 • mirum, impunitatis: i. e. ne tanquam
 • devastator temerarius ab aliis gentibus
 • puniri possit.

• Hanc licentiam juris gentium hoc ca-
 • pite temperat, tum ex jure naturæ, tum
 • ex præceptis virtutum, tum ex utilitatib.
 • rationibus. Add. supr. c. 10. §. 1. n. 1.
 • Jure naturæ enim vastationem illicitam
 • esse, ait, si justa causa non adsit, vel si
 • ultra debiti, & poenæ modum vastatio sit.
 • L. 3. c. 1. §. 2. seq. b. c. §. 3. Præterea
 • etiam in justo bello abstinentum esse,
 • ait, ab arboribus frugiferis, quæ in no-
 • stra sunt potestate, cap. b. §. 2. nec non
 • ab iis rebus, quæ mox in potestate no-
 • stra futuræ sunt, §. seq. 3. item si ho-
 • stium vires ex ea devestatione non minu-
 • untur, §. seq. 4. Secus si populatio tendit
 • ad pacem brevi procurandam, §. seq. 1.
 • n. f. vel si nostræ non inde augentur,
 • §. seq. 5: uti si res sunt sacræ, vel re-
 • ligiosæ, §. seq. 6. & 7.
 • Vera principia exposuimus supra c. 5.
 • §. 1. & quæ circa Grotii hypothesin obser-
 • vanda sunt, monuimus cap. 1. §. 1.

A D §. I.

Res alterius ut perdere quis sine injuria posse] Secus, ac jure gentium voluntario, ubi ex hypothesi Auctoris perdere res hostiles licet in bello publico solenni, et si injuria bellum geratur, l. 3. c. §. 1.
Horum trium unum antecedat necesse est]
 Immo vastatio rei hostilis semper licita est in poenam: cum enim hostem injuria reparacioni juris mei resistenter tandem quam criminis reum occidere possim, multo magis licitum erit capere res ejus, & vastare; idque in infinitum, donec reparetur injuria.

Necessitas talis, quæ in primi dominii institutione excepta debet intelligi] Cum ex hypothesi Auctoris omnia ab initio inter homines communia fuerint, supposuit super pra, ubi de hac communione egit, mentionem eorum, qui primi ab hac communione recesserunt, & singularia dominia introduxerunt, talem fuisse credendum esse, ut quam minime ab æquitate naturali recederet: indeque concludit, in gravissima necessitate reviviscere jus illud commune. *Vid. l. 2. §. 6.* Quam fabulam late refutavimus ibidem.

Ex hoc principio Auctor hic ait, ob gravissimam demum necessitatem, ob quam jus commune rerum reviviscit, adeoque quæ a primis dominis excepta videtur, vastari res hostiles posse. Nos jam diximus, vastari eas in poenam semper possit, & in infinitum.

Si quis tertii gladium, &c. projiciat]
 Quia aliter periculum evitare non potest.
 At tale periculum semper imminet ab hoste, adeoque semper res ejus perdere possumus.

Manere

Manere obligationem damni resarcendi]
» Inimo furioso non sit injuria : ego meo
» jure defensionis utor.

*Aut debitum aliquod præcedens ex inaequa-
litate]* » Ex hypothesi Auctoris nulla
» obligatio oritur, nisi ubi contractus æqua-
» lis est. *L. 2. c. 12 § 8*; adeoque ob in-
» æqualitatem ei, qui læsus est, jus dat re-
» petendi. Si proinde læsus intra hos fines
» res alterius, qui repetitioni resistit, per-
» dit, putat Auctor, id lictum esse per
» modum compensationis. *At d. §. 8. proba-
» vimus, verum non esse, alterum contra-
» hentium ex inæqualitate obligari ad resti-
» tuendum. Præterea applicari hoc exem-
» plum ad perditionem rerum hostilium,*
» quæ in pœnam sit, nulla ratione potest.

*Nimiron, ut res perdita imputetur in
illud debitum]* » Per modum compensatio-
» nis; quod verum non esse, modo dixi-
» mus.

Alioquin enim jus non esset] » Immo ci-
» tra compensationem jus est vastandi res
» hostiles in pœnam.

Aut meritum aliquod malum] » Quod
» talionem meretur, seu pœnam.

Cui pena talis par sit] Quia ex hypo-
» thesi Auctoris in hostem nihil licet, nisi
» intra modum debiti, & delicti; quod su-
» pra c. 5. refutavimus. Pœna in hostem,
» qui nostro iudicio infinitas cædes, rapi-
» das, &c. injuria committit, in infinitum
» licita est: neque ulla proportio est inter
» res hostiles, quæ vastantur, & inter vi-
» tam subditorum nostrorum.

Totum regnum vastetur, aquitas non fert]
» Cur non, si alter pecora abacta restituere,
» & domos incensas reparare nolit? Sane,
» hostis ipse est causa damni, si rem illam,
» quam injuria detinet, restituere detrectat,
» & cum internecione civium nostrorum in-
» juriam defendit.

Non in infinitum vult vagari pœnam]
» Polybius supponit, delicta æquo modo
» expiata esse: at expiata dici non possunt
» quamdiu hostis injuriam illam defendit.

*Et ha quidem causa, & intra hos dun-
» taxat fines faciunt ut absit injuria]* » Scil.
» si res hostiles perduntur vel ob necessita-
» tem, vel ob debitum præcedens ex inæ-
» qualitate, vel ob delictum.

*2 Nisi causa utilitatis suadeat, stultum sit,
» nullo suo bono nocere alteri]* » Immo stul-
» tum non est, si reo criminis jus quæsi-

» tum in pœnam auferatur, i.e. res ejus va-
» stantur, et si mihi nulum inde bonum
» eveniat.

*Qua brevi ad pacem petendam hostem sub- 3
igit]* » Immo omnis populatio.

Odio magis, quam prudenti ratione]
» Tunc imperfectio est, non injustitia.
» Ut aut cause ille suadentes cessent]
» Quæ nobis utiles videntur, vel quæ ho-
» stem ad pacem petendam adigere pos-
» sent.

*Aut ut alie sint validiores, qua dissua-
» deant]* » Ut 1°. si res illæ frugiferæ (quo
» Judæi omnia referunt, quæ sine causa
» peritura sunt) in nostra jam sint pote-
» state, §. 2; quod fit per ultimam victo-
» riæ, §. 2. n. 3: 2°. si res quidem non
» fit in nostra potestate, sed magna spes
» sit celeris victoriarum si vastator, §. 3: 3°. si
» hostis vires inde non minuerentur; uti
» si aliunde se sustentare potest, §. 4: 4°. si
» res plane nullum usum in bello habet,
» ut picturæ, res Deo dicatae, &c. §. 5. 6.
» & 7. At omnia hæc gratis asseri, dixi-
» mus. Sane, omne jus quæsumum hosti,
» qui mori meruit, in pœnam auferri potest.

AD §. II.

*Auctor hic querit, an res frugiferæ
» hostiles vastari possint? Equidem jure gen-
» tium voluntario id omnino licere, dixit
» supra c. 5. §. 1. At jure naturæ, seu
» juxta justitiam internam, ait, lictum id
» tantum esse intra modum debiti, & pos-
» nœ, vid. §. 1. b. c. nisi aliae causæ vali-
» diores dissuadeant, d. §. 2. n. 3. Atque hinc
» abstinentum esse, putat, si res frugifera
» est in nostra potestate; ac eo refert legem
» divinam, de qua mox.*

*At repetendum hic est, semper, & in
» infinitum res hostiles vastari posse; idque
» verum est, sive res frugifera in hostis, si-
» ve in nostra sit potestate.*

Id evenit] » Ut adsit causa alia validior,
» quæ impedit ne vastetur.

Si nos ipsi rem frugiferam ita teneamus]
» Noceretur enim alteri nullo nostro bono,
» §. præced. n. 2.

Affervari ad viclum] » Vix enim est ut
» quis velit perdere rem, unde utilitas ei
» oriri potest.

Adver-

Adversum nos in prælium consurgere pos-
sunt] » Adeoque reparacioni juris nostri non
» resistunt. At alibi dixi , hanc legem re-
» spicere terras Canaan, quas propediem occu-
» paturi erant Israëlitæ , ne sibi ipsis damnum
» inferrent. Zigl. b.

Ad agros frugiferos] » Quia ad sustenta-
» tionem nostram faciunt.

Inique se , cum bellum cause non sint , per-
» ferre bellum panas] » Adeoque contra quas
» defensionis necessitas cestet.

Etiam ad animantia ruris operi inservientia] » Nam ea quoque utilitati nostræ
» inservire possunt.

2 Ad rem quamvis , qua sine causa peritura sit] » Stultum enim esse autumat , nullo
» suo bono nocere alteri. Vid. §. præced. n. 1.

Edificia comburantur , esculenta , ac po-
» tulenta corrumpantur] » Res enim haœ uti-
» les nobis esse possunt.

3 Post plenam victoriam] » Immo tunc æ-
» dificia nostra fiunt jure belli ; adeoque de
» iis pro lubitu statuere possumus. Et cum
» singuli hostium occidi ; & in servitutem
» redigi possint , multo magis res eorum
» vastari a victore poterunt.

Corintium excisam non probat Cicero]
» Immo non improbat excisionem (Crito-
» lao duece factam , Cic. de nat. Deor. lib.
» 3. c. 21.) Nam ipse statim rationem uti-
» litatis addit : sed credo aliquid secutus
» oportunitatem loci , maxime ne posset ali-
» quando ad bellum faciendum locus ipse ad-
» bortari. Vid. Cic. l. I. off. c. II. §. l.
» 3. off. c. XI.

Fidei traxit erant Romanorum legati]
» Vid. supr. l. 2. c. 18. §. II. in not.

In tecta innoxia , murosque] » Adde
» Amm. Marc. l. 31. c. 18. Juſt. II. 4.
» Thuan. l. II. p. 229.

4 Damnatus exilio] » Ut Jericho apud
» Josuam c. 6. n. 17. §. 26.

Arbores Moabitarum] » 2. Reg. c. 3. v.
» 19. §. 25. Cur Deus id prohibuit in ar-
» boribus Cananæorum ? Rationem affert
» Ziglerus in not. ad h. §. quia terra Moa-
» bitarum non ita erat occupanda , ut vi-
» storum maneret. Vid. supr. ad rubr. 4.n. 1.

Sed iniustam detestationem facinorum]
» In poenam foedifragii , d. c. 3. v. 5.

Aut Deo judice tanti astimata] » Suffi-
» cit quod Deus id jussiter , utpote qui jure
» suo , quod in creaturas , earumque res ha-
» bet , talia jubere potest. Neque opus est
» cum Gronovio recurrere ad odium ali-

Tom. IV.

» quod idololatriæ , quæ in lucis exerceba-

» tur.

A D §. III.

SECUNDUO eveniet quod diximus] » Ut
» aliae sint causæ validiores , quæ diffuadeant
» vastationem , §. I. n. 3.

In dubia agri possessione] » Quid enim
» juris sit si res in nostra potestate est con-
» stituta , diximus §. præced.

Si magna spes sit celeris victoria] » Si spes
» sit mox vincendi hostem , quia utilitas tuta
» suadet ut rem , quæ mox nostra futura
» est , servemus.

Parcendum suis rebus præfatus] » Adde
» Diod. Sic. l. 36. Demetr. c. 8. Senec. in
» Pheriffæ v. 556. Xenoph. de expedit. Cyr.
» l. 3. p. 337.

Hostium esse confessi] Conf. Gron. b. Si
» milia vide apud Xenoph. exped. Cyr. l. 3.
» pag. 337. & Appian. Mithrid. n. 213.
» Tefm. b.

A D §. IV.

TERTIO idem fiet] » Ut rationes sua-
» dentes vastationem cessent , aut sint va-
» lidiores quæ diffuadeant , §. I. n. 3.

Si mare , si fines alii pateant] » Per ques
» advehi necessaria possunt.

Ut agricultura] » Quia utrique utilis esse
» potest.

Ut in commune beneficium] » Nam utri-
» que usu venire fructus possunt.

Summa cum ratione , §. utilitate] » Et
» proprium vectigalis nomen inventum est ,
» Licenter , quod ejusmodi mercibus , quæ
» ad hostes transportabantur , imponi sole-
» bat. Rationem addit Gron. b. ne cum
» sat esset aliorum locorum , ubi parari pos-
» sent , hi incolæ eo lucro fraudarentur.

Non agricolæ tantum , sed §. animalia] » 4
» De agricolis id vidimus capite præceden-
» ti §. II. §. 12. In animalibus , &c. ea-
» dem ratio est , quia utilitatem nobis af-
» ferunt.

Vetant in pignus capi] » Vid. l. 6. l.
» 7. lib. 8. ff. de pign. Diod. Sic. lib. 2.
» Quint. 7.

G g

A D

A D §. V.

Q U A R T O evenit] • Ut utilitas quædam
• vaftationem diffuadeat. *Vid. supr. §. 1. n. 3.*
Nihil momenti babeant] • Adeoque ut
• hostium vires inde non minuantur, nec
• nostras augeantur.

Polybius] • Loquitur de rebus, quæ u-
• trique belligerantium sunt sacrae, & re-
• ligiosæ.

Sic pepercit] • Cum urbem spoliasset.
Liv. l. 26. c. 31.

Nobis levia] • Quæ vires hostium non
• minuebant, nec nostras augebant; quod
• perfectionem infert, non necessitatem.

A D §. VI.

I N aliis ornamentis] • V. g. statuis,
• monumentis, &c.

Ob eam, quam diximus, carfam] • Quia
• ad bellum faciendum, vel duendum,
• nihil momenti habent, §. præced. pr.

**Specialis ratio accedit in iis, que sacris
usibus dicata sunt]** • Adeoque quæ hostium
• vires non minuant, quia ad usus profa-
• nos adhiberi non possunt; ut templa, &c.

Publica suo modo] • Adeoque hactenus
• in commercio esse putat.

**Atque ideo impune per jus gentium vio-
lantur]** • Intelligit jus gentium voluntari-
• um, quod in bello publico solenni re-
• ceptum, ait; & quale non existere, to-
• ties diximus.

Si nullum inde periculum sit] • I. e. si
• non impediunt juris nostri reparationem.

Suadet rerum divinarum reverentia] • Si-

milia vide apud Liv. 22. Quntil. decl.
• 265. Romani credebant, ideo pestilentiam

**urbi inimissam, quod multi cives res fa-
• cras tenerent. August. de Civ. Dei l. 3.**

c. 17. Cicer. de Arusp. Respon. De
• Pompeji in templum Hierofolomitanum

**reverentia vide Zonaram Annal. l. 1. ubi
• addit M. Crassum, quod templum spolia-**

**• verit, contra Parthos cum exercitu pro-
• fectum interiisse. Conf. supra l. 3. c. 5. §. 2.**

**Inter eos maxime, qui eundem Deum ex
• adem lege colunt]** • In his enim omnis
• excusationis ratio cessat. Neque enim uti-

• litas, neque necessitas hic allegari potest.

Neque jus hosti, sed Deo eripitur. At-

• que ex hac ratione in bellis Græcorum
• direptiones Templorum pro sacrilegio ha-
• bitæ sunt.

**Etiam si forte sententiis quibusdam, aut
ritibus dissentiant]** • Hinc nulla ratione
• probari possunt mutuae levitatem in sacra Pon-
• tificiorum, & Protestantium.

A locis sacris abstinerent] • Hinc Phocen-
• ses templum Delphicum diripientes sacri-
• legi dicuntur apud Justin. l. 8. c. 1. Si-
• milia vide de Gallis apud Eund. l. 24. c. 6.

Ut qui cum Gracis ejusdem essent religioni] 3
• Et si sententiis quibusdam, & ritibus diffe-
• rent. Similia vide apud Diacon. lib. 3.
• Sozom. 9. 9. Nicebp. 13. 35. Jornand. de
• reb. Gotth. c. 30. Cassiod. 12. 20.

Hominibus ob templo parci solitum] • Un-
• de mos confugiendi ad templo, & aras.

A D §. VII.

I D E M de religiosis intelligendum est] 1
• Nimurum, jure Gentium voluntario haec
• quoque diripi posse, dixit l. 3. c. 5. §. 3.
• Secus, ac jure naturæ, quia ad bellum fa-
• ciendum, aut duendum, nihil momen-
• ti habent. *Vid. supr. §. 5.* Nos d. c. 5. §.
• 3. nostram sententiam exposuimus. Sa-
• ne, cum religio illa circa locum ex sola
• lege principis oriatur, certum est, locum
• desinere esse religiosum ex quo ab hoste
• occupatus est; unde monumenta dirui
• omnino possunt. At rabiolum est, in cor-
• pora sepulturorum favire. Exempla furoris
• in cadavera exerciti vide apud Thuan. l.
• 30. l. 37. l. 42. Cambd. l. 1. p. 50.

**Quanquam jus gentium impunitatem ira-
indulget]** • Vid. l. 3. c. 5. §. 3. Sed jus
• gentium non existere, certum est.

**Violari non possunt nisi contenta hu-
manitate]** • Concedimus id de corpore hu-
• mano; at non de ornamentis, Cenota-
• phis, &c.

Ex diis manibus sedes sacras] • I. e. Se-
• pulchra.

Religionis, & consuetudinum jura] • I.e. 2
• qui ea violare non solent, quæ propter re-
• ligionem, vel ex usu longevo obtinuerunt
• in civitate.

Diodorus] • Vocat factum illud impium,
• & in Deos peccatum.

Talionis non admittit excusationem] • Di-
• ctum est supra §. 5. Polybium de vir-
• tute loqui, non de jure: deinde, lo-
• qui

- qui eum de rebus , quæ utrisque sunt
- sacrae , vel religiose.

A d §. VIII.

*Auctore postquam ea , quæ iustitia
interna circa jus vastandi res hostiles exi-
git , exposuit , rationes præterea suasorias
affert , quæ gentes moverent ne licentia
illa inter gentes introducta uterentur :
1. ne vieti per saevitiam ad desperatio-
nem redigantur , cum hosti potius per
clementiam telum eripiatur : 2. pacis eo
cupidores fore hostes , ne furori militum
diu exponentur : 3. magnam fiduciam vi-
ctoriae præ se ferre , res hostiles tanquam
suas servare : 4. clementiam conciliare
animos hostium , cum saevitia eos alienet.*

*Quid ex usu sit] » I. e. Quid juxta pru-
denter regulas fieri conducat; id autem
ad politicam spectat , prol. §. 57.*

*Sed laxam belli licentiam] » Jure Gen-
tium voluntario introductam ; quod saltem
impunitatem , & effectus quosdam dcimi-
pii extenuos tribuit.*

*Ad id , quod natura licitum] » Ad ju-
stitiam internam , quæ tutos nos reddit
in conscientia.*

*Aut inter licita melius est] „ I. e. virtuo-
sus , & generosius , si omittatur.*

Vilis hoc faculo] » I. e. neglecta.

*Si quando per se contemnitur , ex utilita-
tibus ipsi pretium facio] » Licet ea , quæ
virtutis sunt , per se , & remoto omni
emolumento expetenda sint , tamen quia
nudam , & destitutam præmiis vix aesti-
mari solemus , utilitatis quoque rationes
exponit , ob quas commendari quæ dicta
sunt debeant.*

*Qua bellum non morantur] » Quæ ad
bellum faciendum , aut ducendum , nihil
momenti habent. Vid. supr. §. 5.*

*Magnus hosti telum eripit , desperatio-
nem] » Omnia enim tentaturus est hostis,
ne in tam rigoresi victoris manus per-
veniat.*

*Id pignus] » Ut haberent quod reddere,
eoque pacem eo facilius conciliare pos-
sint.*

*Speciem hoc præsert magna de victoria &
fiducia] » Quod explicavit supra §. 3. n.
» 1. &c. 2.*

*Clementia apta per se frangendis , &
conciliandis animis] » Vid. Curt. l. 4. c. 11.
» Quint. declam. 3. Saadi Rosar. pol. c. 1.
» Lio. l. 5. c. 27. Frostin. 2. Stratag. II.
Supra] §. 4. n. 3.*

*Cum qua supra diximus commemorasset]
» Hortatus erat milites , ut iter facerent tan-
quam per concessam , & ipsorum jam fa-
ctam regionem. Vid. supr. §. 3. n. 1.*

*Conflitit contrariis contrarii quoque even-
tu] » Uti enim clemencia apta est frangen-
dis viribus , ita crudelitas exasperandis
animis.*

*Theologis] » Aliisque virtutum docto-
ribus.*

*Qui christianos , se &c.] » Doctrina
enim Servatoris eminentiori gradu clemen-
tiam commendat.*

Intercedere] » I. e. abstinere.

*Ut qua abire non possint sine gravissimo
multorum innocentium malo] » Alibi jam
dixi , hostium neminem esse innocentem.
Adeoque haec non ad regulas iustitiae ,
sed ad regulas perfectionis pertinent.*

*Et saepe ad belli sumam parum profi-
cient] » Immo aliquando ad accelerandum
urbis deditioinem promissio de diripienda
urba data , aliquid operatur. Vid. supr.
» l. 3. c. 6.*

*Bonitas Christiana] » De hac id facile
concedimus.*

*Ipsa quoque iustitia] » Immo jure na-
ture omnia in hostem licere , diximus.*

*Majus sane est Christianum inter se
vinculum] » Uno enim sanctissimo spiritu
reguntur.*

*Amphibolycon decreto] » Conf. supr.
» §. 6. n. 2.*

*Narrati veteres] » Vid. Suppl. Freins-
heim ad Curt. l. 2. c. 14.*

*Tbebas] » Similia habet Cicero de ever-
sione Corinthi , & Carthaginis , in libris de
officiis. Tbejm. b.*

C A P U T X I I I.

Temperamentum circa res captas.

I. *Res etiam hostilium subditorum bello captas retineri ad modum debiti:*

II. *Non etiam in penam alieni crimini.*

III. *Debitum hic intelligi etiam quod in bello subnascitur. Exempla.*

IV. *Humanitatis esse, summa jure hic non uti.*

* I. r. **S**ed + neque peccato vacare, aut a restitutionis onere immunitis censeri debet rerum hostilium + in bello justo capture.

Quippe ^a si id, quod recte fit, spectas, + non ultra licitum est capere, ^{a Vist. de jure belli n. 55. 56.} aut habere, quam ¹ causa subest debendi in hoste: ^a + excepto quod etiam extra eam ad ² securitatem necessariæ res possunt detineri, + sed restituendæ cessante periculo, in se, aut in pretio, secundum ea, quæ libro ^{b Cajetan. in sum. pecc. verb. bellii du-} II, cap. II. tractavimus; nam + quod & in re ³ pacatorum liceret, + multo magis in re hostium licet. + Hoc igitur est + capiendi quoddam jus, sine aquirendi jure.

^{vnnum. Co- varr. ad d. c. pecca- sum. p. II. §. II. Vist. de jure belli. 39. Molina II, tract. dip. 117.} 2. Cum autem deberi aliquid nobis possit + aut ⁵ ob inæqualitatem rerum, ^b + aut ⁶ ex poena, ^b + potest ex utraque causa acquiri res hosti- lis, + sed cum discrimine tamen: nam supra diximus, ex debito illo priori non res tantum debentis, + sed & subditorum ejus ex + introducto jure gentium quasi fidejussione obligari. + Quod quidem jus gentium alterius generis credimus, quam illud, ⁸ + quod in impunitate sola, + aut externa vi judiciorum consistit. Nam sicut in res nostras, ex consensu privato nostro, ei, quicum actum est, ⁹ + non externum modo, + sed & internum

G R O T I I.

a *S I id, quod recte fit, spectas]* Vide quod iudicavit Innocentius Romanus Pontifex apud Bembum I. (fol. 12. Ed. Venet. 1551.)

b *Auct ex pena]* Romani Prusiam Attalo jusserunt & damnum resarcire, & ponam insuper pendere. (Habet Auctor noster ex APPIANO ALEXANDRINO, Bell. Mitrid. pag. 172, 173. Ed. H. Steph. J. B.).

G R O N O V I I.

¹ *Causa subest debendi]* Donec nanciscamus id, quod nobis debetur.

² *Securitatem]* Ne noceant nobis, aut ne quis illis utatur nos levandi gratia.

³ *Pacatorum]* Eorum, qui non offendunt nos.

⁴ *Capiendi]* Apprehendendi, corripiendi, & tenendi aliquantisper, ita ut tamen tuum non facias.

⁵ *Ob inæqualitatem]* Ex contractu.

⁶ *Ex pena] Ex maleficio.*

⁷ *Non res tantum debentis]* Propter debitum principis, aut eorum, qui rem publicam tenuerint, ex contractu cum alio principe, populove inito, & principis patrimonium, & ejusnum bona hypothecæ loco sunt.

⁸ *Quod in impanitate]* Quod poenam remittit res alienas rapienti, & judicis officium præstat raptas defendantib[us] pro suis, quas alter debet, nec reddit.

⁹ *Non externum modo]* Non tantum, quod condonat poenam, aut interdictis defenditur, sed etiam, quod congruit juri naturæ; quale est quod potest introducta dominia, & salva conscientia exigitur.

G R O N O -

internum jus queritur, + sic & ex communi quodam consensu, qui singularum consensum vi quadam in se continet, quo sensu lex πόλεως συνθήκη κατί. (aa) + communis pactio civitatis dicitur. Atque id in + hoc negotii genere placuisse gentibus eo est credibilium, quia haec lex gentium + non (bb) solum majoris mali vitandi causa, + sed etiam juris cuique sui consequendi gratia introducta est.

II. + At in altero debendi genere, 10 + quod poenale est, + non video gentium consensu tale jus in res subditorum esse proditum; + odiosâ enim est talis rerum alienarum obligatio; + ideoque 11 latius produci non debet, quam actum appareat. + Neque vero par est utilitas in posteriore hoc, & in priore debendi genere: + nam prius illud 12 est in bonis + posterius hoc 13 non est, ideoque persecutio ejus sine damno omitti potest. Nec obstat quod supra + de jure Attico diximus. Nam + ibi homines obligabantur non ex eo proprie, + quod 14 civitas puniri poterat, + sed duntaxat ad cogendam civitatem id facere, quod facere debebat, id est, judicium reddere in scontem; + quod debitum ex officio, + ad 15 prius illud, + non ad 16 posterius debendi genus refertur: + aliud enim est debere punire, + aliud debere, aut posse puniri; 17 + quanquam ex cessatione circa illud hoc sequi solet, + sed ita ut distincta sit causa illa, & hoc effectum. + Ergo poenæ nomine acquiri res subditorum hostilium non poterunt, + sed eorum duntaxat, qui ipsi deliquerint, in quibus + & magistratus continentur, qui delicta non puniunt.

• Lib. III.
c. 2. n. 3.

III. Cæterum, + res subditorum & capi, & acquiri possunt, non tantum ad consecutionem 18 + debiti primarii, unde ortum est bellum, + sed & 19 subnascentis: secundum ea, quæ diximus + initio hujus libri. Et sic accipendum est, quod scribunt b theologi quidam, + capta in bello 20 non compensari cum debito principali: intelligendum enim hoc + usque dum 21 + secundum sanum judicium satisfactum sit de eo danuno, quod in ipso

b Silv.
verb. bell.
n. 10. Viel.
n. 51. Bart.
in l. si quid
bello. D. de
capt.

G R O N O V I .

10 Quod poenale est] Ex maleficio imperantis, & magistratum oritur.

11 Latius produci] Etiam ad poenam, cum videatur tantum placuisse ad satisfactionem, aut compensationem.

12 Est in bonis] Ita ut si persequi censes, tuo careras.

13 Non est] Spectat enim tantum vindictam, de qua remittere licet ita ut nulla re egeas.

14 Civitas puniri] Aliquid deliquerat noxam nocendo, sed quod negligentius egerat in alieno dolore testimando.

15 Ad prius illud] Ex inqualitate.

16 Ad posterius] Ex poena.

17 Quanquam ex cessatione] Si post quam ex officio punire oportebat, in eo cesseret, ipse pena sepe dignum reddat: atque adeo ex isto saepius hoc exoritur, & existit: haud quaque tam haec duo miscenda, & pro eodem habenda sunt.

18 Debiti primarii] In quo cœpit iniquitia.

19 Subnascentis] Ejus, quod ex ille sequitur, & provenit.

20 Non compensari] Non posse imputari ab eo, de cuius bonis, vel territorio rapta sunt, tanquam sufficientem retributionem pro injuryia, que dedit causam bello: sed ius esse victori super illa, que tenet, aut bello acquisivit, pro ea injurya, que locum bello fecit, novam satisfactionem poscere.

21 Secundum sanum judicium] Arbitratu prudentium, & bonorum virorum.

(aa) Vide supra, Lib. II. Cap. II. num.

3. J. B.

(bb) Omnes Editiones, etiam prima, habent heic sola, quæ vox manifesto mendosa est. Mutavimus igitur, ut sensus postulabat, quemadmodum & initio Capitis, ubi etiam in omnibus Editionibus hactenus legebatur: excepto quod etiam extra eam ad securitatem Necessarium res possunt detineri; pro, ad securitatem Necessaria res: quæ menda à nemine animadversa, mirum fare est.

J. B.

ipso bello datum est. sic in disceptatione cum Antiocho Romani, Livio
 XXXVII. ^{a Lib.} narrante, ^c + impensam, quæ in bellum facta esset, omnem præstare
^{e. 35.} regem, æquum censebant, cuius culpa bellum excitatum esset. Apud Ju-
 stinum ^b est, *impensas belli lege justa* (cc) *suscepturæ*: apud Thucydidem
 XXXIII. ^{b Lib.} ^c damnantur Samii *χρηματα τα ἀναρχεῖται αποδέουν, solvere belli impensas.*
^{c. I.} ^{c Lib. I.} Et ^{+ alibi} sepe. ^{+ Quod autem} *victis juste imponitur, idem & bello juste*
^{e. 117.} *extorquetur.*

^{+ IV. I.} Cæterum, sciendum est, quod & + alibi meminimus, ²²
 latius patere charitatis, quam juris regulas. Qui divitiis floret, immiseri-
 cordiae reus erit ^{+ si} inopem ²³ debitorem omnibus reculis suis excutiat,
 ut ipse ultimum quadrantem consequatur, multoque magis si is ipse de-
 bitor ^{+ in id} debitum venerit ²⁴ sua bonitate, ut si pro amico fidejusserit,
^{d Declam.} ^{373.} ipse autem nihil pecunia verterit in rem suam. ^{d 25} *Miserabile enim*
est, ut ait ^d pater Quintilianus, *sponsoris periculum*. Tamen ^{+ 26} tam du-
 rus creditor ^{+ contra} jus stricte dictum nihil facit.

^{e Xenopb.} 2. Quare ^e exigit humanitas, ut his, ^{+ qui} extra culpam sunt belli,
^f + quique ²⁷ non alio, quam fidejussorio nomine obstricti sunt, ^{+ relin-}
 quantur res istæ, quibus nos facilius, quam ipsi careamus, præsertim
 vero si satis appareat, ^{+ illos} ippos id, quod eo modo amiserunt, a civi-
 tate sua non recuperaturos. Huc pertinet quod Babylone capta Cyrus ^e
^{de Cyri.} militibus dixit: *Ἐκεὶ ἀδικίᾳ γε ἔκει ὁ, τι ἀ ἔχει, ἀλλὰ φιλαθρωπίᾳ σὺν αὐθαρίστεθε,*
^{Inst. Lib.} VII. c. 5. ²⁸ *τι εἴτε ἔχει αὐτός: injuste quidem non possidebitis quæ tenetis; sed si quid non*
^{a 26.} *aufferetis hostibus, id vestra erit humanitatis.*

3. Notan-

G R O T I E.

^e *Impensam, que in bellum facta esset*] Me-
 minit Polybius excerpto legationum 23. Sic &
 a Sulla damnati Asiatici, narrante in Mithri-
 daticis Appiano. (Pag. 213.) morem hunc pro-
 fe allegat rex Polonia, apud Thuanum libro
 LXXIII. anno M D LXXXI. Sic apud Home-
 rum Iliados Γ vocem τιμῶν scholastes inter-
 pretatur πρόσιμον τῷ πόλεμῳ λέγει δὲ τὸ ἄμεινον
 τῶν ἐν τῷ πόλει κτημάτων belli estimationem,
 dimidium nempe rerum, quæ in urbe erant. (Ad
 vers. 286.)

^d *Miserabile enim est*, ut ait pater Quintili-
 anus, *sponsoris periculum*] Addit, salvo pu-
 dore ad sponsorem non aliter creditorem veni-
 re, quam si recipere a debitore non possit. Be-
 ne salvo pudore. nam sponsores appellare, vi-
 detur habere quandam duxoriam, ut ait Cicero
 ad Atticum XVI, 15. (Vide Noodt, Jul. Paul.
 Cap. XI. J. B.)

^e *Exigit humanitas*] Ptolemaeus Demetrio
 Antigoni filio tabernaculum, & alia ad euram
 corporis ipsius pertinentia, pecunias quoque
 captas remisit, dicens, non de omnibus rebus,
 sed de imperio, & honore inter ippos certari.
 Narrat Plutarchus Demetrio. (pag. 891. A.)

Vile & factum Sancti Vasconum regis apud
 Marianam lib. XI. cap. 16.

G R O N O V I L.

²² *Latus patere*] Plus deberi humanitatⁱ,
 aut vinculo, quod omnem hominem nobis pro-
 ximum facit, quam legibus; ut quis plane,
 ac vere justus sit, non sufficere id tantum
 præstari, quo leges contenta sunt, & rece-
 pta jura.

²³ *Debitorem omnibus reculis*] Cic. pro Quin-
 tilio 16. *Viri boni, cum palam fraudantur,*
²⁴ *cum experiundi potestas non est, timide tamen,*
²⁵ *& pedetentib[us] hoc descendunt vi, ac necessitate*
^{coacti.}

²⁴ *Sua bonitate*] Non lucri, aut utilitatis
 studio.

²⁵ *Miserabile*] Dignum favore, ac misericordia.

²⁶ *Tam durus*] Qui acerbissime ad ultimum
 quadrantem sibi debita persecutur.

²⁷ *Nos alio, quam fidejussorio*] Hanc unam
 ob causam, quod tanquam sponsores intercesse-
 runt.

(cc) Est apud JUSTINUM, *belli lege*
wicti, nec ulla varietas lectionis notatur in E-
 ditione Græviana, nec in ultima V. Cl. Abr.
 Gronovii. J. B.

G R O -

3. Notandum & hoc , + cum 28 in subsidium introductum sit jus
hoc in bona subditorum innocentium , quamdiu spes est nos nostrum fa-
tis facile consequi posse + ab originariis debitoribus , + aut ab iis , qui jus
non reddendo sponte sua debitores se faciunt , ad eos venire , qui cul-
pa vacant , + etiamsi concedatur cum stricto jure non pugnare , + abire
tamen ab humanitatis regula .

4. + Exempla hujus humanitatis exstant passim in historia præsertim
Romana , ut cum + agri hostibus devictis ea conditione concessi b ut in
civitatem venirent , id est , victæ civitati cederent , aut cum ex agris
modicum , c honoris gratia , f + veteri possessori relinquebatur . Sic a Ro-
mulo d Vejentes agri parte mulctatos , narrat + Livius . Sic Uxiis e + A-
lexander Macedo agros , quos habuerant , dedit vectigales . Sic + deditas
urbes non diripi , saepe legas : + & supra diximus , non personis tantum ,
sed & rebus agros colentium cum laude , & ex pio canonum præscripto
parci , saltē sub tributo ; + & sub simili tributo solere & 29 mercibus
concedi a bello immunitatem .

G R O T I I .

G R O N O V I I .

f Veteri possessori relinquebatur] Appianus ci-
viliū II. τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατητούσι , ἐδὲ
τέτταν ἀπαντάν τὴν γῆν αὐθικόντο , ἀλλ' ἐπιζήντο
Romani veteres ne hostibus quidem vicitis omnes
agros adimebant , sed cum eis partiebantur . (Pag.
516.) Sic & Vandalo in Africa , & in Ita-
lia Gotthos fecisse , historiæ nos docent .

28 In subsidium] Κατὰ διέτροφον πλᾶνον al-
tero , vel repetito , aut mutato cursu , ut si
regia via nequeas , hoc velut transverso tra-
mite ad jus tuum perveniat .

29 Mercibus concedi] Permitti negotianti-
bus , ut merces in hostilia loca supportent .

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS IN HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. XIII.

Auctor supra capite VI. supposuit ,
jure gentium voluntario introductum
esse , ut hostis ab hoste prædam agere
possit , et si justam causam bellum geren-
di non habeat , eamque prædandi licen-
tiam in infinitum procedere , & ad res
subditorum innocentium , quin ad imperia
quoque acquirenda extendi . L. 3. c. 2.

* §. 2. c. 4. §. 4. c. 6. §. 1. num. 1. §. 2.
* Effectum hujus iuris gentium in eo con-
stituit , 1º ut verum quidem jus non det ,
* sed impunitatem apud alias gentes tri-
buat , adeo ut capiens ideo tanquam fur-
puniri non possit . L. 3. c. 4. §. 5. 2º. ut
is , qui rem hostilem cepit , & omnes ,
qui causam ab eo habent , a quoque magistra-

» magistratu in possessione tuendi sint , a-
» deoque dominium acquirant , sed tantum
» quoad effectus externos . L . 3 . c . 2 . § . 2 .
» c . 6 . § . 2 . b . c . 13 . § . 1 .

» Hoc capite Auctor hanc *juris gentium*
» licentiam temperat , tum ex jure naturæ ,
» tum ex officiorum regulis .

» *Jure enim naturali* omnem capturam
» rei hostilis illicitam esse , ait , nisi capiens
» justam belli causam habeat , L . 3 . c . 1 . § .
» 2 . c . 6 . § . 1 . c . 10 . § . 13 . c . 18 . § . 2 . &
» tantum intra modum debiti , & poenæ ,
» non vero in infinitum , l . 3 . c . 1 . § . 2 .
» c . 6 . § . 1 . b . c . 13 . § . 1 . c . 18 . § . 2 . adeo
» que nec subditos innocentes , neque eo-
» rum res capi posse , b . c . 13 . § . 1 . § . 2 .
» l . 3 . c . 2 . § . 1 .

» Effectum hujus juris naturalis hunc
» esse , ait , i . ut is , qui non ex justa cau-
» sa res hostis capit , vel ultra modum de-
» biti , & poenæ , nunquam acquirat pro-
» prietatem , seu dominium , L . 3 . c . 1 . § .
» 2 . c . 18 . § . 2 . Immo 2 . capientem a qua-
» libet gente tanquam furem , & prædonem
» puniri , & ad restitutionem rei ablatæ vi,
» & armis adigi posse . L . 3 . c . 4 . § . 3 .

» Quæ principia Grotii uberioris exposui
» supra L . 3 . c . 1 . § . 1 .

Sed restituenda cessante periculo , securi-
» dum ea , qua libr . II . cap . II . tractavi-
» mus] » Immo plane alia ratio est ejus ca-
» pturæ , de qua d . l . 2 . c . 2 . § . 10 . agitur :
» adeoque male ea ad capturam rei hostilis
» applicatur , uti mox videbimus .

Quod § in re pacatorum licet] » Au-
» tor supra c . I . § . 2 . n . 2 . § . 1 . 2 . c . 2 .
» § . 10 . statuit , rem alienam , & quæ pa-
» cati est , ex qua certum mihi periculum
» imminet , citra culpæ alienæ consideratio-
» nem invadi posse ; at occupantem domi-
» num non fieri , sed custodire posse ; do-
» nec securitatis ejus cautum sit .

Multo magis in re hostium licet] » Rati-
» ones differentiae in eo consistit , quod pacato-
» rum res capere possim non ex jure , quod
» in pacatum mihi competit , sed ex jure
» necessariae defensionis , quod omnia conti-
» net , sine quibus jus illud defendere non
» possum . At res hostiles capere possum ob
» injuriam ab hoste mihi illatam , adeoque
» ob jus , quod in ipsum hostem mihi com-
» petit , cuius effectus est , quod illo casu
» nuda custodia acquiratur , hoc casu do-
» minum quoque .

Hoc igitur est capiendi quoddam jus sine
» acquirendi jure] » Quia capere saltem li-
» cet ad effectum securitatis , non ut ac-
» quiratur dominium rerum captarum ; ni-
» mirum , quatenus excedit quantitatem de-
» biti : nam intra modum debiti etiam pro-
» prietatem acquiri per modum compensa-
» tionis , ipse Grotius statuit .

Aut ob inegalitatem rerum] » Forte 2
» quod æqualitas non fuerit in contractu ,
» quem hostis mecum init , & quam pro-
» inde corrigerre alter tenetur : quod exa-
» minavimus supra l . 2 . c . 12 . § . 8 . ubi si-
» mul diximus , obligationem non oriri ex
» inæqualitate , sed ex eo , quod alter vel
» rem nostram teneat , vel jus aliquod in nos
» transtulerit , vel locupletior factus sit no-
» stra jactura , &c .

Aut ex pena] » Quia hostis jus nostrum læsit .

Potest ex utraque causa acquiri res bo-
» stiliis] » I . e . capi potest res hostilis , aut
» ex debito , aut in poenam .

Sed cum discriminare tamen] » Quod dis-
» crimine in eo ponit , quod ob debitum
» etiam subditorum res capi possint , etiam
» juxta justitiam internam ; pena autem
» a subditis innocentibus exigi non possit .

Sed § subditorum ejus ex introducio jure
» gentium quasi fidejussione obligari] » Supra

c . 2 .

1 NEQUE peccato vacare , aut a restitu-
» tionis onere immunitis censeri debet rerum bo-
» stiliū captura] » Refutavimus hanc senten-
» ciam supra l . 3 . c . 1 . § . 2 . c . 6 . § . 1 . c . 18 .
» § . 2 . & diximus , jure naturæ personas ,
» & res hostiles in infinitum capi posse , tum
» ad reparationem juris , tum in poenam .

In bello justo] » In bello enim injusto
» omnes actus , adeoque & capturam inju-
» stam esse ; dixit supra c . 10 . § . 3 .

Non ultra licitum est capere] » Hic er-
» ror perpetuus est Auctoris , de quo vide
» l . 3 . c . 1 . § . 2 . c . 4 . § . 3 . L . 2 . c . 20 . § .
» 32 . l . 2 . c . 7 . § . 2 . L . 3 . c . 6 . § . 1 . n . 1 .
» c . 8 . § . 1 . § . 4 . c . 13 . § . 1 . c . 18 . § . 2 .

Excepto , quod etiam extra eam ad secu-
» ritatem necessariae res possint detinendi] »
» Vide l . 3 . c . 6 . § . 1 . c . 18 . § . 2 . § . 1 .
» § . 2 . i . e . ut jure pignoris retineri possint
» capta , etiam ultra quantitatem debiti ,
» donec satisfactum sit : at jam dictum est ,
» ipsam proprietatem jure naturæ acquiri
» capienti .

» c. 2. §. 1. & 5. demonstravimus , res sub-
» ditorum obligari pro debito principis , non
» demum ex dicto aliquo jure gentium , sed
» ex ipsa naturae ratione.

*Introductio jure gentium] » Jus hoc gen-
» tium ex necessitate quadam introductum
» fuisse , fingit , quia facilius bona sub-
» ditorum capi possunt , quam Principes ;
» & membra ejusdem societatis facilius a
» se mutuo jus consequi possint , dict. cap.
» 2. §. 2.*

*Quasi fidejussione] » Jure gentium enim
» introductum esse , ait , ut pro eo , quod
» debet praestare aliqua civilis societas , aut
» ejus caput , &c. teneantur , & obligata
» esse debeat bona omnia corporalia , &
» incorporalia eorum , qui tali societati sub-
» sunt , l. 3. c. 2. §. 2. n. 1.*

*Quod quidem ius gentium alterius gene-
» ris credimus , quam illud , quod in impun-
» itate sola , &c.] » Jus ergo illud gentium
» non ita naturae (qua alius pro alio non
» obligatur , l. 3. c. 2. §. 1.) repugnare ,
» ait , ut non more , & tacito consensu indu-
» ci potuerit , cum & fidejussiones sine causa
» ulla ex solo consensu obligentur. Et spes
» erat , facilius membra ejusdem societatis a
» se mutuo jus consequi posse , quam exter-
» nos , quorum multis in locis exigua ha-
» betur ratio : deinde commodum ex hac
» obligatione commune fuisse omnibus po-
» pulis , ita ut qui nunc eo gravaretur ,
» alio tempore sublevari indidem posset ;
» quæ sunt verba Grotii d. l. 3. c. 2. §. 2.
» n. 2. ubi sententiam hanc refutavimus ,*

*Quod in impunitate sola] » Adeoque non
» in vero aliquo jure. Ad quam impunita-
» tem in praecedentibus retulit jus interfi-
» ciendi quovis hostis in quovis bello , jus
» vastandi eorum res , easque capiendi , &c.
» Vid. l. 3. c. 5. §. 1. c. 6. §. 2. c. 10. §. 1.*

*Aut externa vi judiciorum] » Quia ex
» hypothesi Auctoris is , qui in bello folenni
» sine fine , modoque res hostiles capit ,
» apud alias gentes æque , ac is , qui cau-
» sam ab eo habet , in possessione tuendus
» est , adeoque dominium hactenus quod
» effectus externos acquirit , d. l. 3. c. 6. §. 2.*

*Non externum modo] » I. e. quoad im-
» punitatem , & vim externam judiciorum.*

*Sed & internum] » Quod tutum in con-
» scientia reddit.*

*Sic & ex communi quodam consensu ,
» qui singulorum consensum vi quadam in se
» continet] » Sensus est , quod jus illud ,*

Tom. IV.

» quo subditorum res obligantur pro debi-
» to civitatis , non sit contra jus internum ,
» quia id gentes communiter ita statuerunt ;
» ex quo communi consensu singuli cives
» obligantur. Vid. l. 3. c. 2. ubi fa-
» bulam hanc confutavimus. Vera ratio ,
» cur subditi ipso jure naturae ex debito
» principis obligentur , hec est , quod sub-
» diti omne suum judicium in principem
» transtulerint , indeque sequi judicium prin-
» cipis , ejusque causam defendere tenean-
» tur. Quia igitur hactenus causam hostis
» sequuntur , injuriam ab eo illatam defen-
» dunt , eoque reparacioni juris nostri refi-
» stunt , quævis quoque hostilia pati de-
» bent.

*Communis pacis civitatis] » L. I. ff. de
» Legibus. Conf. supra l. 2. c. 11. §. 1. n.
» 3. & c. 14. §. 9. & l. 3. c. 2. §. 2.*

*In hoc negotii genere placuisse gentibus ,
» eo est creditibus] » Quæ , quæso , gens ali-
» quo gentium placito obligari se credet ?
» quin quis populus ex eo , quod creditib
» est gentibus placuisse , obligationem oriri ,
» persuasum tibi habebit ? Vid. Diff. proœm.
» IV. §. 29. seq.*

*Non solum majoris mali vitandi causa] »
» Expressit autem hoc quædam necessitas ,
» (verba hæc sunt Auctoris supra l. 3. c. 2.
» §. 2. n. 1.) quod alioqui magna daretur
» injuriis faciendis licentia , cum bona im-
» perantium sæpe non tam facile possint in
» manus venire , quam privatorum , qui
» plures sunt.*

*Sed etiam juris sui cuique consequendi
» gratia] » Quia facilius membra ejusdem
» societatis a se mutuo jus consequi pos-
» sunt , d. l. 3. c. 2. §. 2. n. 2.*

A D §. II.

A T in altero] » Vid. §. præced. n. 2.

*Quod pœnale est] » Ubi nimurum magi-
» stratus ex maleficio tenetur.*

*Non video gentium consensu tale ius in
» res subditorum esse proditum] » Sensus est ,
» quod pro debito pœnali civitatis res sub-
» ditorum non obligentur fidejussionis ne-
» xu , neque consensus gentium eo extendi
» debeat. Diximus , tale ius gentium vo-
» luntarium non existere.*

*Odiosa enim talis rerum alienarum est
» obligatio] » Immo vera ratio est , quia*

H h

• talis gentium consensus , unde jus oria-
• tur , non datur.

Ideoque *latius produci non debet*] • Quod
• non est , produci non potest. Ceterum ,
• saepius dictum est , interpretationes tum
• favorabiles , tum odiosas esse ex mero
• jure civili.

Neque par est utilitas] • Ob quam fo-
• lana gentes jus statuere solent. At dixi ,
• in neutro casu jus gentium , quod non
• existit , aliquid statuere ; adeoque fructu-
• de discriminis ratione inter debitum ci-
• vile , & paenam , eo jure queri. Jure
• naturae subditi æque ex debito , ac ex de-
• licto principis tenentur , propter assensum ,
• quia factum principis , qui reparare inju-
• riā non vult , operis suis , ac opibus
• defendant , adeoque judicium , & causam
• hostis sequuntur , eoque hostes ipsi sunt.

Nam prius illud est in bonis] • Qui enim
• debitum ex contractu petit , ei aliquid ab-
• est ex bonis ; adeoque ejus persecutio
• sine damno omitti non potest : & pro-
• pter hanc utilitatem Gentes non tantum
• debitoris , sed & ejus subditorum bona
• obligari voluisse , ait.

Potius hoc non est] • Paenale debitum
• non est in bonis. Sane , ei , qui paenam
• ab hoste poscit , nihil ex bonis abest ; ne-
• que igitur damnum patitur si persecutio
• nem paenæ omittit. Atque hinc Auctor
• concludit , gentes voluisse quidem debi-
• torem obligare ad reparandam injuriam ,
• non vero ejus subditos , quia non agitur
• de reparando damno in bonis dato. At
• placita hæc gentium fabulam esse , passim
• probavimus. Subditi æque ex debito , ac
• ex injuria suæ civitatis tenentur , quia
• causam civitatis defendant , & defende-
• re tenentur.

De jure Attico] , De quo supra l. 3.
• c. 2. §. 3. ubi scilicet tres proximi agna-
• ti capi poterant , donec de delicto satis-
• fieret.

Ibi homines obligabantur non ex eo proprio] ,
• Sensus est : potuisse capi illas personas
• pro debito paenali ad eum effectum , ut
• civitas hoc modo adigeretur ad judicium
• reddendum in suentem : non vero ut ca-
• pi illi pro delicto puniri possint.

Quod civitas puniri poterat] , Nam ci-
• vitas nihil deliquerat , sed civis.

Sed duntaxat ad cogendam civitatem] ,
• Ad efficiendum ut civitas , si liberos esse
• velit cives captos , jus dicat in reum.

Quod debitum ex officio] , Officii enim
• pars est reos punire.

Ad prius illud] , Ad debita civilia.

Non ad posterius] , Ad debita , quæ ex
• delicto oriuntur.

Aliud enim est debere punire] , Hoc
• , enim supponit delictum ; subditi autem
• , innocentes non delinquent : at diximus ,
• subditos non esse innocentes.

Aliud debere , &c. puniri] , Debebat
• , autem saltē puniri civitas , non cives
• , innocentes.

*Quarquā ex cessatione circa illud hoc
• sequi solet*] , Ex cessatione igitur hujus
• debiti , & officii , sequitur , singulos ci-
• vates obligari , & puniri posse , quia fa-
• ctum civitatis probant , & defendant .

*Sed ita ut distincta sit causa illa , &
• hoc effectum*] , Rectius distinctæ sunt obli-
• gationum causæ . Nam causa principalis
• , est debitum , vel delictum civi . Si ma-
• gistratus extraneo requirenti negat judi-
• cium , tunc hic obligatur ex nova cau-
• sa , ex cessatione scilicet officii . Reliqui
• subditi ejusdem civitatis non obligantur
• , pro debito concivis ; sed ideo , quia fa-
• ctum , & injuriam magistratus officium
• , negantis defendant , & probant .

*Ergo pena nomine acquiri res subdi-
• torum hostilium non poterunt*] , Immo pe-
• na nomine acquiri possunt , quia causa
• , sunt injuriæ dum eam probant , ac de-
• fendent .

Sed eorum duntaxat , qui ipsi deliquerint] ,
• At delinquent quoque qui injuriam illam
• , defendant , & reparationi juris consilio ,
• opera , vel opibus resistunt .

Et magistratus continentur] , Qui ne-
• gando officium injuriam committunt , at-
• que ideo bello cogi possunt ad satisfa-
• ciendum . Sed & concives continentur ;
• at ex alio capite , quia scilicet injuriam
• , principis negantis officium probare , &
• defendere tenentur .

A D §. III.

*Rex subditorum & capi , & acquiri
• possunt*] , Scilicet , ex eo jure gentium vo-
• luntario , quo singulorum bona pro debi-
• tis civitatis obligari , dixit ; quod modo
• , refutavimus . Cives enim suo jure pro de-
• bito non obligantur ; nec jure gentium ,
• quale non datur , nec jure naturæ , quo
• nemo

„ nemo ex alieno debito tenetur. Adeoque
„ tunc demum obligantur si magistratus ne-
„ get iudicium ; hoc enim factum subditi
„ defendunt : adeoque ex hac approbatione
„ tenentur , & quia causam hostis defen-
„ dunt , hostes sunt.

Debiti primarii] „ Subditi in genero
„ tenentur ad reparationem injurie, quae
„ a magistratu committitur , & quam de-
„ fendent.

Sed & subnascentis] „ I. e. omnium
„ damnorum , quae ex bello sequuntur ,
„ quia subditi reparationi juris nostri resi-
„ stentes tenentur ad omne id, quod iate-
„ rest injuriarum factam non esse.

Initio hujus libri] „ L. 3. c. 1. §. 3. l. 2.
„ c. 1. §. 16. & infra c. 14. §. 1.

*Capta in bello non compensari cum debi-
to principali]* „ Omnino compensantur ,
„ quia persare est æquare , quando nimi-
„ rum debitor id , quod ipse debet , cum
„ eo , quod i. si debetur , pensat. Sed &
„ præterea in pœnam res hostium retineri
„ possunt , citra compensationem.

Usque denuo , &c. satisfactum sit] „ Ex
„ mente Auctoris igitur interim saltem se-
„ curitatis causa custodiri possunt res ca-
„ ptæ ; quod refutavimus §. 1. n. 1.

Secondum formam iudicium] „ Arbitratur
„ prudentum , & bonorum virorum. At
„ frustra ad id provocatur inter gentes , quæ
„ alieno iudicio non subfunt.

Impensam , que in bellum facta esset] „ Quia haec impensa ex injuria hostis mihi
„ absunt , indeque is restituere eas mihi
„ tenetur.

Ex alibi] „ Vide notas Auctoris. Adde
„ Just. l. 31. c. 7. Thuan. l. 22. p. 443.

*Quod autem viciis iuste imponitur , idem
& bello iuste extorquetur]* „ Immo capta
„ non ex ea ratione cedunt capientibus , sed
„ quia mediis his adiungunt hostes ad satis-
„ faciendum.

A D S. IV.

A U C T O R. hic ait , nec ea , quæ iustitia
„ interna licita sunt , semper admitti debe-
„ re , quoties charitatis lex obstat ; indeque
„ monet , 1. ne dives inopem debitorem
„ omnibus rebus exuat : 2. imprimis si ni-
„ hil ex debito lucratus sit , uti si fide sua
„ dari jussit : neque 3. eorum , qui extra-
„ belli culpam sunt , res capi debere , uti:

„ res subditorum innocentium : & magis
„ 4. si confest , illos a concivibus res suas
„ non facile recuperaturos ; vel 5. nostrum
„ satis facile nos consecuturos ab eis , qui
„ primario debent , vel a Principe , qui ju-
„ dicium negavit. 6. Humanitatis exempla
„ affert , ubi devicti hostes vel in civitatem
„ assumti , aut ex agris aliquid veteribus
„ possessoribus sub lege tributi relatum est.
„ 7. Denique urbibus captis parcendum , agros
„ que vel agrorum partem illis relinquen-
„ dam , & tributum potius eis , ut & aliis
„ mercibus imponendum , ait.

„ At cum haec tum ad prudentiae , tum
„ ad virtutis regulas pertineant , non opus
„ est iis inhærente cum hic saltem , quid jure
„ naturæ liceat , quæstio sit ; in sequentibus
„ igitur mentem saltem Auctoris explica-
„ bimus.

Aliibi] „ Vide lib. 3. cap. 4. §. 2. Lib. 2.
„ 2. cap. 17. §. 9.

*Si inopem debitorem omnibus reculis suis
„ excusat]* „ Hoc verum si inopia illa non
„ vitio debitoris supervenerit. Unde & le-
„ ges civiles tali debitori varia indulgent
„ beneficia , cessionem bonorum , indultum
„ moratorium.

In id debitum veneris sua bonitate] „ Non
„ lucri , aut utilitatis studio. Supponit au-
„ tem Auctor , hic quoque creditorem esse
„ divitem , fideiussorem vero inopem.

Tam durus] „ Qui ad peram , & fac-
„ cum usque debitum exigit.

Contra ius stricte dictum] „ Nam alibi
„ dixit , naturæ non repugnare , ut non
„ more , & tacito consensu induci potue-
„ rit , ut subditi factum principis præstare
„ debeant. L. 3. c. 2. §. 2. n. 1. Adeoque
„ stricto iure non peccare , ait , eum , qui
„ subditum inopem pro debito civitatis o-
„ mnibus reculis excutit.

Qui extra culpam sunt belli] „ Qui nec
„ suo jure debent , nec ipsi deliquerunt.

*Quisque non alio , quam fideiussorie no-
„ mine]* „ Qui non aliam ob causam , quam
„ quod fidem interposuerint , bello conve-
„ niuntur. Hoc nomine etiam subditos ex
„ introducto jure gentium obligari , dixit
„ supra §. 1. n. 2.

*Relinquantur res istæ , quibus non faci-
„ lius , quam ipsi careamus]* „ Adeoque quæ
„ nobis nullam , vel exiguum , subditis au-
„ tem maximam afferunt utilitatem.

Iste ipsorum id , quod eo modo amiserunt ,

B. h. 2. 4

a civitate sua non recuperaturos] „ Ex hypothesi enim Auctoris ideo gentes bona subditorum pro debito civitatis obligari volueret, quia membra ejusdem societatis faciliter a se invicem jus consequi possunt. Vide l. 3. c. 2. §. 2. n. 2. & supra §. 1. in fin. ibique not. Aliud ergo ex charitatem saltem regula statuit si ceteret illa spes.

3 *Cum in subsidium introducendum sit jus hoc] „ Tenentur enim saltem tanquam fiduciae iustiores. Vid. sfp. §. 1. n. 2.*

Ab originariis debitорibus] „ A principali debitor; nam tunc tota ratio constitutionis juris gentium cessare videtur, utpote quae ex hypothesi Auctoris ideo obtinuit ut creditores eo faciliter jus suum consequantur, l. 3. c. 2. §. 2. & supra §. 1. n. 2. in fin.

Aut ab iis, qui jus non reddendo sponte sua debitores se faciunt] „ Si difficilior sit recuperatio a debitore principali, sed facilis a magistratu debitoris, qui judicium negavit, tunc, ait, charitatem requirere ut hic potius excutiatur, quam reliqui subditi innocentes,

Etiam si concedatur, cum stricto jure non

pugnare] „ Vid. n. praeed. in fin.

Abire tamen ab humanitatis regula] „ I. e. non peccari contra jus, sed contra virtutem.

Exempla bujus humanitatis] „ Recte hic 4 monet Zigerius, exempla haec non convenire, cum ea specie humanitatis, quam hoc §. n. 3. commendat, scilicet, de ex-

cutiendo debito originario.

Agri hostibus devictis ea conditione concessi, ut in civitatem venirent] „ Vide supra l. 3. c. 6. §. 11. & infra c. 15. §. 3. & §. 9.

Veteri possessori relinquebatur] „ Exempla attulit Auctor supra L. 3. c. 6. §. 11. n. 2.

Livius] „ Conf. d. c. 6. §. 11.

Alexander Macedo] „ Conf. d. c. 6. §. 11.

Deditas urbes non diripi] „ Conf. l. 3. c. 4. §. 12. c. 11. §. 16. n. 1. c. 5. §. 1, c. 6. §. 18.

Et supra] „ l. 3. c. 12. §. 4. n. 4. & c. 11. §. 10. n. 2. & §. 11.

Et sub simili tributo solere & mercibus concedi a bello immunitatem] „ L. 3. c. 12. §. 4. n. 1.

C A P U T X I V.

Temperamentum circa captos.

I. *Quo usque capere homines liceat iustitia interna:*

II. *Quid interno iustitiae dominio in servum liceat:*

III. *Non licere occidere innocentem.*

IV. *Non punire inclementer.*

V. *Non operas nimium graves impone.*

VI. *Peculium quomodo domini, quomodo servi.*

VII. *An servis fugere liceat.*

VIII. *An e servis nati domino tercentur, & quatenus.*

IX. *Quid faciendum ubi captorum servitus in usu non est.*

*a Vite de Jure belli n. 41. Leff. l. II, c. 5. dub. 5. Co-
var. c. peccatum. p. 11, §. 11. Molina disp. 120. & 121. Valentia disp. 3. q. 16.*

+ I. I. *Q*uibus in locis + captivitas hominum, & servitus in more est, + si internam iustitiam respicimus, + limitanda primum est ad rerum instar, + ut scilicet eo usque licita sit talis acquisitionis. *E*o usque licita sit talis] Ad eum numerum,

tio, & pretium corporum, quo exequitur aut a principio nobis datum, aut a suborientibus postea profectum capitis damnum.

G R O.

G R O N O V I I.

tio, quo usque debiti aut primarii, aut + subnascentis quantitas patitur, + nisi forte in ipsis hominibus peculiare sit delictum, quod libertatis damno puniri æquitas ferat. + Haec tenus igitur nec ultra + justum bellum gerens in hostiis subditos captos jus habet, + idque ² in alios valide transfert.

2. Erit autem æquitatis, & bonitatis officium, hic quoque + ea adhibere discrimina, quæ, cum de interficiendis hostibus ageretur, supra annotata sunt. Demosthenes ^b in epistola pro Lycurgi liberis laudat Philippum Macedonem, ^a quod non omnes, qui inter hostes fuerant, servos fecisset: *καὶ γὰρ ἔτε δίκαια εἶναι πρὸς ἀπαντας τὰ αὐτὰ, ὅτε καλαὶ ποτέ τῆς ἀξίας προσόντων συλλογίζομεν· τὰ τοιαῦτα ἐπέχουν. neque enim, inquit, eadem in omnes aut aqua, aut honesta censemebat, sed rem exputans cum accessione ejus, quod quisque meruisset, etiam in talibus velut judicem agebat.*

II. 1. Sed primum notandum hic est, + jus illud, ³ quod quasi ex fidejussione pro civitate oritur, + neutiquam + tam late patere, quam jus, quod ex delicto nascitur in eos, qui ⁴ + pœnæ servi fiunt. Unde Spartanus quidam ^b ^c captivum se dicebat, (aa) non servum. nam si rem recte inspicimus, + jus hoc generale in captos ex bello justo par est ei juri, quod habent domini in eos, qui se paupertate coacti in servitatem vendiderunt, demto quod etiam magis + miseranda est eorum calamitas, qui non suo facto speciali, sed regentium culpa in eam fortuna deveniunt. *Δεινότατον δοριαλότερός γενέθαι res acerbissima est belli jure captivum fieri:* + teste ^c Ilocrate.

2. + Est ergo ⁷ servitus hæc perpetua obligatio operarum, pro ali-
mentis

^b Pag.
^{114. B.}

^c Platæ.
co. p. 300.
A. Ed. H.
Steph.

G R O T I I.

^a Quod non omnes, qui inter hostes fuerant, servos fecisset] Filius ejus Alexander Thebis captis exemit servituti & sacerdotes, & eos, qui decretis in se factis non addenserant. narrat Plutarchus in vita ejus. (Pag. 670. E.)

^b Captivum se dicebat, non servum] Philo: *ἐπεὶ οὐ πατέρες νιῶν τιμᾶς κατέθεσαν, οὐ νιῶν ποδαρίας πατέρων, οὐ κατὰ λύσεις ἀπαχθέντων, οὐ κατὰ πόλεμον αἰχμαλωτών γενομένων, οὐ οἱ τῆς Φύσιος νόμοι τῶν κατωθεν δύτες βεβαιότεροι γράφοσιν ἐλευθέρους, πατέρες & patres pro filiis, οὐ filii pro parentibus sāpē pretium pependerunt, aut vi latronum abrepti, aut belli more capti, quos quidem natura leges valentiores bis, quæ in terra fiunt, legibus, scribunt liberos.* (Lib. Quod omnis Probus liber, pag. 870. E.) Nimurum, ut apud Theodecten Helena loquebatur :

*Θεῶν ἀπ' ἀμφοῖν ἐκγόνον ἡξωμάτων,
Τίς ὁ προσπειν ἀξιόστειν λάτρην;*

*Utraque generis parte prognatam Deis,
Eritne servam nominare quis audeat?*

(Habet hoc Auctor noster etiam in Excerptis

ex Traged. & Comed. Græc. pag. 445. sed non docet, unde hauserit. Reperies apud ARISTOTLEM, Politic. Lib. I. Cap. 6. pag. 302. B. Ed. Paris. ubi legitur: Θεῶν δ' αἴτης &c. ut & in Heinſi Editione, cum Paraphrasi. J. B.)

G R O N O V I I.

² In alios] Alienandis captiuis.

³ Quod quasi ex fidejussione] De captiuis in servitatem redigendis hoc nomine gentibus placentes, quod singuli subjecti sint quasi sponsores & secundi debitores pro eo, quod debet civitas, ut ea non solvente quasi addici possint.

⁴ Tum late patere] Tantam vim habere.

⁵ Pœna servi] §. i. Instit. de cap. dimiss. Observ. I. 8. 77.

⁶ Captiuum se] Servire jure belli, non obnoxiam, aut malignos natales.

⁷ Servitus hæc perpetua] Ac si quis conduxit hominem liberum, ut, quoad vivat, sibi operas præstet, victus, & necessarium securus, cum jure cogendi si negligens sit.

(aa) Refert id PLUTARCHUS, Apoph. Lacon. pag. 234. C. Tom. II. Ed. Wechel. J. B.

^a *Sen. de mentis itidem perpetuis. Chrysippea* ^a *definitio huic generi servorum o-*
Benef. lib. ptione congruit : servus est perpetuus mercenarius. Et lex Hebræa ^{+ eum,}
^{III, c. 22.} *qui inopia coactus se vendidit, disertè mercenario comparat.* ^{+ (bb)} *Deut.*
XV, 18. 40. 53. & in ⁸ *redemtura ejus operas ita vult ipsi prodeffe,*
sicut fructus ex agro vendito percepti prodeffent veteri domino. *Deut.*
XVIII, 50.

^{3.} ^{+ Multum ergo distat id, quod impune} ⁹ *in servum fit ex gen-*
<sup>& I, de tium jure, + & id, quod naturalis ratio fieri finit. Ex ⁴ *Seneca su-*
^{Clem. c. 18.} *pra citavimus : cum in servum omnia licant, est aliquid, quod* ¹⁰ *+ in*
bominem licere, commune jus animantium vetet. *Philemonis illud codem*</sup>

^{a Apud} tendit ^a:

Stob. Tit.

^{62a}

Kαν δέλθοντες τις εδίνητον, διεπότα,
 Αὐθηπων οὐτός εἰναι ἀνθρώπον γένεται.

*Here, quisquis est homo natus, quamvis servias
 Is servitudem, tamen esse homo non desinit.*

^{a Ep.} ^{XLVII.} *Alibi item* ^a *Seneca : servi sunt, immo homines : servi sunt, immo contuber-*
^{c Saturn.} *nales : servi sunt, immo humiles amici : servi sunt, immo* ¹¹ *+ conservi. quæ*
^{I, II.} *& apud Macrobius* ^a *legas sensum plane eundem habentia cum Pauli*
^{f Colof.} *f apostoli dicto : Domini, ius* ¹² *quod aequaliter est servus præstare, gnari*
^{IV, 1.} *+ vobis quoque dominum esse in caelo.* *Et alibi* ^g *vult dominos cum ser-*
^{z Epb. VI,} *vis non minaciter agere, eo, quod jam diximus, argumento, + quod &*
^{2.} *ipsi dominum in caelo habeant, qui ad talia* ¹³ *qualitatum discrimina*
^{B Lib. VII.} *non attendat. In constitutionibus,* ^h *quæ Clementi Romano ascribi solent,*
^{c. XIII.} *legitur, ἐκ ἐπιτάξεις δέλτωσε. ἡ παιδίσκη καὶ παιδίσκης, cave servo, aut an-*
^{i Padag.} *cilla imperes acerbo animo.* ⁱ *Clemens Alexandrinus* ⁱ *servis nos uti vult*
^{Lib. III.} *tanquam alteris nobis, quando homines sunt non minus, quam nos, se-*
^{Cap. 12. p.} *cutus sapientis Hebræi* ^k *dicitum : εἰ εἴσι οἱ οἰνόμενοι, ὅτε αὐτὸν οἱ ἀδελφοί, ὅτε οἱ*
^{307. Ed.} *οὐρανοί σαντεῖσθαι si servum habeas, ut fratre utere ; talis enim est, qualis tu.*
^{Oxon.} *III. Jus ergo vitæ, & necis quod dicitur* ⁺ *in servum domino præ-*
^{k Syracid.} *stat, ut* ¹³ *domesticam habeat jurisdictionem, sed nimirum* ⁺ *eadem* ¹⁴ *re-*
^{Cap.} *ligione*
^{XXXIII.} *ewf. 12.*

G R O T E R.

^a *Ἐν παιδίσκης φυχῆς] Sic & in epistola Bar-*
nabo est : εἰ μὴ ἐπιτάξεις παιδίσκη η δέλτωσε
τὴ παιδίσκη, τοὺς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐπίγεος, μηκο-
τὸς οὐ θεωρήσῃ τὸν ταῦτα αὐτοτέρους θεούς, nolis
acerbe imperare servo, aut ancillæ tue in Christum
esperantibus, ne eo ipso ostendas non timere te com-
muniens tibi, & ipsi Dominum. (Cap. 19.).

G R O N O V I L.

⁸ *In redemtura ejus operas]* *Pretium redemturae* ¹⁵ *minui, prout multas, & magis utiles ope-*
ras edidit domino.

⁹ *In servum]* *In servilem personam*

¹⁰ *In hominem]* *In eundem, tanquam & ho-*
minem, ejusdemque sortis, cuius & domini sunt.

¹¹ *Confero] Omnes enim quodammodo ser-*
vimus, præfectis, tempori, illis, quorum gra-
tiam volumus, denique Deo, & naturæ.

¹² *Qualitatum discrimina] Qui omnes homi-*
nes uno ordine habeat, liberum a servo non
distinguat.

¹³ *Ut domesticam habeat]* *Ei mandare pos-*
fit iustum opus, & ad id modica coæctione
cogere.

¹⁴ *Religione] Moderatione:*

^(bb) *Heis mordosè omnes Editiones,* ^a *primæ usque, sese habent. Legendum, ut*
ad Pufendorfium obiter observavimus, Levit.
XXV, 40, 53. & postea, pro Deut. XVIII,
50. reponendum, Levit. XXV, 27, 50. Res
statim gatebit insipienti loca illa. J. B.

¹⁶ G R O -

ligione exercendam, ¹⁵ qua publica exercetur. Hoc voluit Seneca, ^a cum dixit : *in mancípio cogitandum non quantum illud + impune pati possit, sed quantum tibi permittat + aequi, bonique natura, quae parcere etiam captiuis, & pretio paratis jubet : qui & alibi, quid interest, ait, quali quis tenetur imperio, si summo tenetur ? quo loco + comparat subditum servo, & ait, ¹⁶ + dispari titulo ¹⁷ paria in illos licere : + quod certe ¹⁸ in hac parte vitae adimendæ, & si quid eo accedit, verissimum est. Majores nostri, ait idem ^a Seneca, *domum nostram pusillam rempublicam esse judicarunt ; & c* Plinius : *servis respublica quedam, & quasi civitas, dominus est.* Cato Censorius, narrante ^a Plutarcho, si quis servus capitali admisso videatur, de eo + supplicium non sumebat, nisi postquam damna-^b esset, etiam conservorum judicio. Quicum conferenda + verba Job. ^c 349. A. XXXI, 13. & deinceps.*

IV. Sed & circa minores poenas, puta verbera in servos, + adhibenda est æquitas, immo & clementia. *Non opprimes eum, & non dominaberis ei dure, + ait lex divina de servo Hebræo, quod nunc ¹⁹ + prolati vi proximitatis ad omnes servos debet extendi (cc), Deut. XV, 17. 45. 53. Ad quem locum sic ^f Philo : θεράποντες τύχη μὲν ἐλάττους κέχρηται, φύσεως δὲ τῆς αὐτῆς μεταποίησται τοῖς δεσπόταις· τῷ δὲ θεῖῳ νόμῳ κανῶν τῶν δικαίων εἰσι, & τῷ τύχοις, ἀλλὰ τῷ τῆς φύσεως ἴναγμόνιον. διὸ προστίθει τὸς κυρίου μὴ κατακόρως χρήσαι*

τύχη

G R O T I I.

^d Seneca] Epistola XLVII.

^e Non dominaberis ei dure] Vide Moses de *Kotzæ præceptis jubentibus* 147, 175. 178. & *collationem legum Mosis, & Romanarum*, titulo III. *Priſcus* in *excerptis legationum*, ubi Romanos barbaros praefert : ἀμεινον δὲ καὶ τοῖς οἰκτοῖς διατελέσθι Ῥωμαῖοι χράμενοι. πατέρων γαρ διδοσκάλων εἰς αὐτὸς ἔργα ἐπιδιδοῦνται. ἐφ' ὧ τῶν Φαῦλων ἀπεχομένες, μετίνειν ἀπερ αὐτοῖς Φαῦλος νενόμισαν, σωφρονίζειν σθοῖς ἐπὶ τοῖς αἱματηρίαις, ὥσπερ τοις οἰκείαις παιδεῖς. & δὴ γαρ δια αὐτοῖς θάνατον, ὥσπερ Σκυθαῖς, ἐπίγειη Θέμις. ἐλευθερίας δὲ τρόποι παθεῖσις πλεῖστοι, ἢν ωνον περινότες, ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες χαρέζονται, διατάττονται κατὰ τῆς πειρατίας διν βόλονται τρόπον. καὶ νόμος εἰσιν, ὥσπερ ἵκαστοι τελευτῶν τερπον προσποντεύονται μετανέστοιτο multo melius servos suos Romanis trahant, patrumque, aut magistrorum in eos funguntur officio. nam ut eos abstrahant ab iis, quae moribus ipsorum illicita habentur, ita eos delinquentes quasi filios suos castigant : neque enim ius est eos occidere, ut apud Scythas. Tum vero libertatis complura genera, quam non viventes tantum, sed in mortis tempore domini largiuntur : qui quidquid moriendi de re sua statuerint, id legis vim habet. (Pag. 47. Edit. Haeschel. Addit. legem Wisigotibicam lib. VI, tit. V. c. 12.

^f Philo] De specialibus legibus secundo.

(Pag. 793. C.) Cyprianus ad Demetrianum : nisi tibi pro arbitrio tuo serviatur, nisi ad voluntatis obsequium pareatur, imperiosus, & nimis seruositatis excitor flagellæ, verberæ, fame, siti, nuditate, ferro frequenter, & concere affigis, & non agnoscis miser Dominum Deum tuum, cum sic exerceas ipse in hominem dominatum. (Pag. 188. Edit. Fell. Breus.)

G R O N O V I I.

15 Qua publica] Qua civibus imperatur.

16 Dispari titulo] Magistratus, & domini.

17 Paria in illos] Nempe jure naturæ, non gentium, non civili.

18 In bac parte vite] Significat, quemadmodum magistrati, aut principi non licet occidere civem sine delicto capitali ejus, ita nec domino servum.

19 Prelata vi proximitatis] Ut sit aliqua cognatio omnium hominum inter se, quod docent S. Litteræ, unde scimus, nos omnes ex Adamo oriundos, sed maxime, ut Christus iussicerit, quemavis hominem pro proximo haberi.

(cc) Heic etiam voluit dicere Auctor, Le-
vit. XXV, 17, 43. 53. pro eo, quod habent omnes Editiones. Et hinc patet, non à Ty-
pographis ortum esse mendum illud, quoniam in duobus locis diversis ita constanter unus Liber *Mosis* pro alio laudatus fuerit, nume-
rusque Capitis eodem modo permutatus. J. B.
G R O -

ταῦς ἔξεστις κατὰ τῶν οἰκετῶν, ἀλλούσιοις καὶ ὑπερβόλοις καὶ δεινὸν ὀμορφαῖς ἐπιδεινωπίαις. ταῦτα γάρ εἰς δίγυματα φυγῆς εἰρηνικῆς, ἀλλὰ ἢντες ἀκρατος τὸν ὑπεύθυνον (male editum ἄνευθυνον) καλαζόντες κατὰ τυραννικὴν δυναστείαν. Servi fortuna quidem inferiores sunt: natura autem pares dominis: ac²⁰ divinae legi justi regula est, non quod fortuna, sed quod natura congruit. Ideo non oportet dominos potestate sua in servos proterve uti, nec eam materiam sumere superbia, & insolentia, & diræ feritati. Hac enim signa animi non placidi sed male temperati, & in subditos tyrannico quodam dominatu s̄vientis. Numquidnam aequum est, ait

^a De Cle- a Seneca, gravius homini, & durius imperari, quam imperatur animalibus
ment. I.
16. mutis? atqui equum non crebris verberibus exterres dominandi peritus magis-
ter: fiet enim formidolosus, & contumax, nisi eum tactu blandiente permul-

^b Cap. 17. seris. Et ^b mox: quid stultius, quam in iumentis quidem, & canibus erube-
scere iram exercere, pessima autem conditione sub homine hominem esse? Hinc

^c Exod. XXI, 26, est quod Hebræa lege ^c servo, aut ancillæ & non pro oculo tantum,
27. sed & pro dente excusso, per injuriam scilicet, libertas debebatur.

^d Exod. XX, 10. Sed & ^b 21 + operæ cum modo exigendæ sunt, * & valetu-
XXIII, 12. dinis servorum humane habenda ratio. Quod ipsum præter alia spectat
^e Deut. XVI. + lex Hebræa in sabbathi institutione, ^d nimirum, ut laboribus aliquod
14. daretur spiramentum. Et C. Plinii ^e epistola ad Paulinum, quæ sic in-
^f Lib. V. cipit: video quam molliter tuos habeas, quo simplicius confitebor tibi qua in-
Ep. 19. indulgentia meos tractens. Egit mihi semper in animo & Homericum illud
^g Ep. XLVII. ἔνερπος δὲ πατέρες αἱ 22 ἡπτ. & νεν., & hoc nostrum PATERFAMILIAS.

2. In eadem voce veterum humanitatem observat & ^f Seneca: ne
illud quidem videtis, quam 23 + omnem invidiam majores nostri dominis, om-
g Orat. I. nem contumeliam servis detraxerint? dominum patremfamiliae appellaverunt,
pag. 5. C. i servos familiares. Dion Prusæensis optimum regem & describens,
diēπότην

G R O T I I.

^g Non pro oculo tantum, sed & pro dente
excusso] Philo dicto loco: οὐτω γάρ ὁ μὲν αὐθ' ὁν ἔργοις, διττὸν ἐνδέστου ξυμίας, ἀμα τικῆ
καὶ τὸν ὑπέρτειον αὐθαιρεῖς καὶ τρίτον ἐκατέρης
τῶν λεχθέντων χαλεποτέρον, αναγκαῖον. ἐν
τοῖς μεγίστοις ἐνεργετεῖν ἐχθροῖς, ὃν τοις πύχετο
κακῶν αἵτινα δύνασθαι ὁ δὲ αὐθ' ὁν ὑπέμεινε πα-
γυρίσαν ἔχει διπλὸν, καὶ μόνον ἐλευθερωθεῖς, ἀλλὰ
καὶ σεγαδέεν καὶ ἀμὸν ἐδεσπότην ἐκφυγῶν. sic ille
pro facto duplacet pendet pœnam, amissis & a-
peris, & servi pretio. ad quas accedit & tertium
duobus istis gravium, quod cogitatur in rebus maxi-
misis bene facere homini exoso, & quem optat et
semper vexare posse; alter autem pro malo, quod
pertulit, duplex habebit solatum, non libertatem
tantum adeptus, sed & tam fero, & quoque domi-
no exsolitus. (Pag. 808. A. B.)

^h Operæ cum modo exigendæ] Vide c. 14.
in epistola episcoporum ad Ludovicum regem,
qua inserta est in capitulare Caroli Calvi. Se-
neca epistola XLVII. non tanquam hominibus,
sed tanquam iumentis abutimur. De Athenien-
sium vero in servos lenitatem vide Xenophontem

de republica Atheniensium. (§. 9, & seqq.
Ed. Oxon.)

i Servos familiares] Amicos Epicurus. Se-
neca epistola CVIL

G R O N O V I I.

²⁰ Divinae legi justi regula] Divina lege ju-
stum habetur, non quod existens forte casus
aut temporis iniurias aliquando permittit, sed
quod aeterna, & semper sibi similis ratio fancit.

²¹ Operæ cum modo] Quatenus salvis cor-
poribus sustineri possunt.

²² Ἡπτ. & νεν.] Aie. Helena verba de Pri-
amo id. w. 775. dicentes, affines ceteros, &
ipsam socrum sapientib[us] convicium fecisse, nun-
quam vero Hectorem, & Priamum socrum,
qui semper sibi fuerit quasi mitis pater. (Vo-
ces illæ, ἔνερπος δὲ, non leguntur apud Pli-
nium in illa Editione. Ex alio igitur loco re-
liqua potuerunt desumi; ut ostendunt Sebeni, &
Barnesi Indices. J. B.)

²³ Omnen invidiam] Ipso nomine ostende-
rint se nec dominos invisos, & odiosos, nec
servos viles, & contumeliis obnoxios velle.

G R O

διοκέτων δὲ οὐκέτως τῶν διεργάτων, αἰδεῖ μηδὲ τῶν δέλων χαίρειν καθάμενον· domini nomen adeo in homines liberos non usurpat, ut εἰς in servos eo abstineat.
 κ Ulysses apud ^a Homerum servos, quos fidos reperit, apud se ait futuros eo loco quasi Telemachi filii ipsius fratres essent. Tertullianus ^b: ^a Od. Φ. ver. 315,
^c seq.
¹ gratius est ²⁴ nomen pietatis, quam ²⁵ potestatis: etiam familiae magis patres, quam domini vocantur. Hieronymus ^c sive Paulinus ad Celantiam: ^b Apolog. e. 33.
 familiam tuam ita rege, εἰς constitue, ut te matrem magis tuorum, quam doniūnani videri velis, a quibus benignitate potius, quam severitate exige reverentiam. Augustinus ^d Domestica pax a iustis patribus ita olim administrata est, ^e Tom. I. pag. 114.
 ut secundum hac temporalia bona ²⁶ filiorum sortem a servorum conditione ^f Ed. Basil. ^d Lib. XIX. de Civit. Dei
 distinguerent, ad Deum autem colendum omnibus dominis sua membris pari dilectione consularent: quod naturalis ordo ita prescribit, ut nomen patresfamilias hinc exortum sit, εἰς tam late vulgatum, ut ²⁷ inique etiam dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias sunt, omnibus in familia sua, tanquam filii, ad colendum, εἰς promerendum Deum consulunt.

3. Similem pietatem in voce puerorum, + qua servos significabant, ^e Eccl. III. annotavit Servius (dd) ad illud ^f Maronis: claudite jam rivos, pueri. in f.
 nec dissimile quod Heracleotæ servos suos Mariandynos ^{in 28 Δωρόφόρους}, ^f Germ. id est, donatarios, appellabant, ἀφαιρεῖται τὸ πικρὸν τῆς προσνοερᾶς, parcentes ^{c. 25.}
 acerbati nominis, ut ad Aristophanem ²⁹ vetus interpres Callistratus nota- ^g Epist. 3.
 bat. Laudat Germanos ^f Tacitus, quibus servi tanquam coloni habebantur. Theano in ^g epistola: δικαῖα χρήσις ἡνακτή διὰ τὸν κόπον κάμηνος, κάτε αἱ δονατῶι διὰ τὴν ἑδειαν̄ iustis mancipiorum hic est usus, ut nec pra laborē deficiant, nec per egestatem impares sint ferendo.

VI. 1. Pro opera, ut diximus, ⁿ + alimenta servo debentur. Servis, ait

G R O T I .

κ Ulysses] Cujus paternam in se benignitatem prædicat Eumeus Odysseus §. (vers. 138, & seqq.)

¹ Gratius est nomen pietatis, quam potestatis] Notat & Cyprianus testimoniorum III, §. 82. ad Quirinum: dominos servis, cum crediderint, ministores esse debere; probatque id apostoli Pauli ad Ephesios verbis. Lactantius libro V, cap. 15. Nec alia causa est cur nobis invicem fratum nomen impertiamus, nisi quia parem esse nos credamus. Nam cum omnia humana non corpore, sed spiritali metiamur, tanquam corporum sit diversa coniunctio, nobis tamen servis non sunt: sed eos εἰς habemus, εἰς däcimus spiritu fratres, religione conservos. Augustinus de moribus ecclesiæ catholica I, 30. Tu dominis servos non tam conditionis necessitate, quam officii delectatione doces adhibere. Tu dominos servis, summi Dei scilicet communis domini confederatione, placubiles, εἰς ad consulendum, quam ad coercendum propensiones facis. Adde Isidorum Pelusiota lib. I, epistola 471. Repete quæ modo ex Prisco ponimus.

^m Δωρόφόρους appellabant] Atheneus VI, 18.

^a Alimenta servo debentur] Sirachides XXXIII,

²⁵ ἔχετε καὶ ταύταις καὶ ἕργα οἰκέτη· Panis, εἰς disciplina, εἰς opera servo.

G R O N O V I I .

²⁴ Nomen pietatis] Officii, curæ sanguinis.

²⁵ Potestatis] Juris, & imperii.

²⁶ Filiorum sortem a] Liberos liberalius tractarent, quam servos.

²⁷ Inique dominantes] Duriter, & tyrannorum more imperantes.

²⁸ Δωρόφόρους, id est, donatarios] Potius tributarios, seu qui dominis dona ferrent, ut operæ, quas præstarent, & mercedes, quas mererent, in alienum opus locati, haberentur pro munere, ac donis: nam apud Euphorionem est Δωρόφοροι καλέονται. Et huius generis compofita omnia activam habent significationem. Adde Terentium Phormione I, 1, 6.

²⁹ Veteris interpres Callistratus] Non ille, qui exxit, sed quem habuit Atheneus lib. 6. pag. 263.

(dd) Nihil tale video apud Servium, in hunc versum, qui est ultimus Eclogæ III. Hoc tantum alibi lego: Utrum ergo utate Pūeros, an ut nūniōs, εἰς familiæ servos committere Pūeros vobis? In Eclog. VI. vers. 14. J. R.

Tom. IV.

I

G R O-

^a De Off. ait ^a Cicero, non male præcipiunt qui ita jubent uti, ut mercenarius: operam exigendam, iusta præbenda. Aristoteles: ^b δέ φα μεδός τροφή, servo præmercede alimenta. Cato: ^c familiæ ut bene sit, provideto, ne algeat, ne ejuriat. Est aliquid, ait ^d Seneca ^e quod dominus præstare servo debeat: Rust. c. 5. ut cibaria, vestiarium. In cibariis erant ^f 30 quaterni modii frumenti in mensem, quos præstos servis ^g Donatus auctor est. + Martianus jurisconsultus ^f esse, ait, quæ dominus necesse habet servo præstare, ut tunicas, & similia. Damnatur ab ^g historiis ^h Siculorum crudelitas, qui captivos Athenienses fame necabant.

ⁱ Ad Phorm. act. I. sc. 1. vers. 9.

^f L. 40. D. de peculio. ^g Thuc. l. VII. c. 87. ^h Cap. 19. ⁱ Inst. quod in alt. pot. k L. 5. §. 3. D. de peculio.

^j Diod. libro XIII. c. 19. ^k Ulpianus peculium.

2. Insuper Seneca ^b dicto loco probat, ³¹ in quædam liberum esse servum, & ³² + beneficii quoque habere materiam, si quid fecerit quod servilis officii modum excedat, quod non ex imperio, sed ex voluntate p̄stetur, ubi ex ministerio in affectum amici transitur, quod late ex plicat. His consentaneum est, ut si quid servus, quemadmodum ^q apud Terentium est, suum defraudans genium comparsit, aut ³³ succisivi temporis diligentia quæsivit, + id aliquo modo sit ipsius. Non male Theophilus ⁱ peculium definit οὐσίαν φυσικὴν ^r 34 + naturale patrimonium, quasi contubernium definias + naturale matrimonium; sed & ^k Ulpianus peculium

G R O T I .

^o Seneca] Idem de tranquillitate: (Cap. 8.) familia vestiarum petit, vidumque. Romani ad Bellam apud Procopium Gotthicorum III. χρηγεῖτε τοὺς ὑμετέρους αἰχμαλώτους τροφὴν ἐπαρχίαν, ὅδε κατὰ τὴν χρείαν ἡμῶν ἀποχρωσίαν, ἀλλ' ὡς γε ἀποδῆν διακονίας ἔχοντα. date nobis saltem ut captiuis vestris alimenta, non dicams quæ sufficiant, quæ necessitas nostra desiderat, sed quo mortem arceant. (Cap. 17.) Chrysostomus ad Ephesios V. 21. ὅταν δὲ τὸν σωματικὸν διακονίαν παρέχῃ, σὺ δὲ τὸ σώμα τροφῆς καὶ θεραπεύσης καὶ τροφᾶς καὶ ἐνδυμάτου καὶ ὑποδημάτου, καὶ μὴ τῷ δυλεῖος ἐσὶ τροπῷ ὅτι ἔχει μὴ παρέχεις καὶ σὺ τὴν τὴν διακονίαν, γέδει ἐκποτῶν τὴν ἔκτιστην, ἀλλ' ἔσαι ἐλεύθερος, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἀναγκάσαι νόμῳ καὶ μὴ τρεφόμενον τῷτο ποιεῖν. ubi ille corporis ministeria exhibet, tu vero eum uis, curasque ut præter victimum habeat quo induatur, quo calceatum, est ^l hoc servitutis quoddam genus: nam nisi, ^m tu tuum hoc exhibeas ministerium, nec ille exhibebit suum, sed liber erit, neque ulli eum lex constringet, si non alatur, operas præstare. (Tom. III. pag. 860. Edit. Savil.)

ⁿ Apud Terentium est] Et Isaaci Angeli in Siculos captivos, memorante Niceta lib. I. qui & epistolam ponit ea de re regis Siculi ad Imperatorem Græcum. (Cap. 3.)

^o Apud Terentium est] Phormione actu I, 1. (vers. 10.)

^p Naturale patrimonium) Eumæus Odysseus ^z. (vers. 63, 64.).

Οἴδα τε φοιτῆσθαι αἴνας εὐθυμοῦ ἴδωκεν,
Οἴκιν τε κληρόν τε πολυμηνῆν τε γυναικα.

Qualia dat familiæ domini prolixa voluntas,
Fædera conjugii socialia, remque, domumque.

Ipse Ulysses Odysseus φ Eumæo, & Phylacte dicit. (vers. 214, 215.)

"Ἄξοναι αἰμοτέροις αἰλόχυς καὶ πτήσατ' ὀπόσσων.

Oixia τ' ἦγες ἵμεο τετυγκέντα.

Vestrum utrique thori socias dabo, largiar
Et rem,

Vicinæque domos noſtrae.

Varro de servis: studiosiores ad opus fieri liberialius tractando, aut cibariis, aut vestitu largiore, aut remissione operis, concessione ut pecuniae aliquid in fundo pufcere liceat. (De Re Rust. Lib. I. c. 17.)

G R O N O V I .

^q Quaterni modii] Seneca servo tragendo, quod genus honestius, quinque modios mensuos dari, scribit epist. 80.

^r In quædam liberum esse] Esse nonnulla, quæ homo servus agat tanquam liber.

^s Beneficii quoque] Posse domino beneficium dare.

^t Succifvi] Subsecivi.

^u Naturale patrimonium] Ut naturale dicitur, quod tantum est naturale, non etiam confirmatum civilibus legibus, eoque carens effectu, quem habent eisdem res ornatae foliennibus legum. Sic naturales liberi, qui non justis nuptiis nati.

G R O -

lum dixit + pusillum patrimonium. + Nec refert quod ³⁵ peculium dominus suo arbitrio adimere potest, aut minuere: + neque enim quod æquum est faciet, si sine causa id faciat. + Causam vero intelligo + non poenam modo, + sed & domini necessitatem: + nam servi utilitas utilitibus domini subest, magis etiam, quam + res civium civitati. Apposite ad hanc rem ^a + Seneca: "non ideo nihil habet servus, quia non est habitus, si dominus illum habere noluerit." <sup>a L. VM.
de benef. 4.</sup>

3. + Et hinc est + quod ³⁶ dominus non repetit, si quid servo in servitute debitum post manumissionem solvit: ^b quia (ut Tryphoninus ait). + debiti, vel non debiti ratio in condicione ³⁷ naturaliter intelligitur, + dominus autem servo debere naturaliter potest. Itaque + sicut ^c clientes in usum patronorum, + & subditos in usum regum, + sic servi in usus heriles contulisse legimus, ut + si filia dotanda, + si captivus filius redimendus, & si quid his evenisset simile. Plinius, ut ipse in epistolis narrat, ^d servis suis concedebat etiam + quædam quasi testamenta facere, id est, dividere, donare, relinquere ³⁸ intra domum. + Apud ^e aliquas gentes etiam plenius quoddam res acquirendi jus servis concessum legimus, sicut servitutis plures esse gradus, a nobis + alibi tractatum est. ^f Lib. II. ^g Lib. II. ^h Lib. epist. 10. ⁱ Lib. II. §. 30.

4. + Ad ³⁹ hanc internam, quam exponimus, iustitiam multos apud populos etiam + jus illud exterius dominorum leges ⁴⁰ retraxerunt. Nam & apud Græcos servis durius habitis licebat (ee) πράσινον αίτειν, ⁴¹ + ad venditionem proclamare, & Romæ + ad statuas confugere, aut ⁴² + præsidum implorare opem + contra fævitiam, ^f vel famem, vel intolerabilis injuriam. Illud vero jam + non ex jure stricto, sed ex humanitate, & beneficentia veniet, + interdum tali, quæ & debeatur, + ut post longas operas, aut valde magnas, libertas detur servo.

5. + Posteaquam jure gentium servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis, ait ^g + Ulpianus. Exempla sit illud ^b Terentianum:

fecit

G R O T T I.

^s Seneca] Ejusdem est, ibidem: Numquid du-
biū est, quin servus cum peculio domini sit?
Dat tamen domino suo munus.

G R O N O V I R.

³⁵ Peculium dominus] Dominus justam causam habet auferendi peculium servo, non modo si quid is committat, ob quod mereatur eo multari, sed etiam si eo ipse ad usus vita indigeat.

³⁶ Dominus non repetit ^h] Non consequitur actione indebiti. §. 1. Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio.

³⁷ Naturaliter] Potest aliquis debere naturaliter, qui non debet civiliter: ut si pupillus sine auctoritate tutoris contraxit, naturaliter obligatur ad implendum contractum; cellat

autem condicō indebiti, etiam si quis solvere, quod naturaliter debebat: non tantummodo si quis solvit quod debebat civiliter.

³⁸ Intra domum] Confervis, non servis alienis.

³⁹ Ad hanc internam] Ethicam, morum, humanitatis, conscientiae, ad quam non adiungimur legibus.

⁴⁰ Retraxerunt] Imminuerunt.

⁴¹ Ad venditionem] Adire magistratum, & petere, ut dominus favus, atque inexorabilis alii domino fe vendere compelleretur.

⁴² Præsidum.] Provinciæ alicui præfectorum.

(ee) Resert id JULIUS POLLUX, Onomastic. Lib. VII. Cap. 2. numi. 13. Ed. Amst. testimque laudat Aristophanem, in Οἰ-
αῖς, Dramate deperdito. Vide ibi KUHN IL
Notam. & adde POTTER. Archæolog. Græc.
Lib. L Cap. 10. J. B.

feci e servo ut essem libertus mihi
Propterea t quod servibus liberaliter.

- a Lib. III.* Salvianus * in usu quotidiano esse ait, ut servi, et si non optimæ, falso
Advers. tem non improbae servitutis, libertate donentur. addit, *& illa, quæ in*
Avarit. *servitute positi conquisiabant, + ex dominorum domo tollere non vetantur.*
Cap. 7. Cujus benignitatis multa exempla in martyrologiis apparent. Et hic quoque laudanda benignitas legis Hebrææ, *b quæ servum + Hebræum certi tempore exacto manumitti omnino jubet, + 43 nec sine donis: de cujus legis contentu graviter queruntur prophetæ.* Catonem majorem reprehendit + Plutarchus *c, quod servos senectute confectos venderet, immemor ejus, quæ est inter homines, + communis naturæ.*
- ad Silv. verb. servitus §. 3.* VII. Quæstio hic incidit, *d + an fugere fas sit ei, 44 qui bello*
Fortuniuu *justo captus est. non de eo agimus, + qui suo 45 proprio delicto poenam*
in l. 4. D. *eam est commeritus, + sed qui 46 publico facto in hanc fortunam decedit.*
de just. & *+ Verius est, fas non esse, + quia ex conventione, ut diximus, gentium*
jur. Ag. *communi operas suas civitatis nomine debet. Quod tamen ita est intelligendum, + nisi intolerabilis sævitia hanc ipsi imponat necessitatem. Videri circa hanc rem potest responsum Gregorii Neocæsariensis XVI.*
- Reg. de act. supern. dub. 31, 7. n. 119. Loff. I. II. c. 5.* VIII. I. * Movimus *47 alibi dubitationem, + an, & quatenus nati*
dub. 5. *ex servis domino teneantur interno jure, quæ hic ob specialem bello capitorum considerationem omitti non debet. Si parentes suo delicto + pœnam 48 mortis erant commeriti, poterunt eorum posteri, qui sperabantur, ob (ff) vitam servandam obstringi servitio, quia alioqui exstituri*
c. 5. §. 29. *non*

G R O T I L.

t Quod servibus liberaliter] Ita manuscripti recte. Varro narrat in Feronice luco dictum servis: bene meriti sedeant servi, surgant liberi. in quibusdam locis mos liberari servos, ubi octuplum pretii, quo emti erant, paraverunt. (Quod Auctor noster adferit heic, tamquam è VARRONE, habet id sine dubio à SERVIO, ad Æneid. VIII, 564. Sed Grammaticus ille ait: In hujus (Feronice) templo (non autem luco) Tarracinae scilicet lapidem fuit, in quo bic versus incipiunt erat: BENEMERITI &c. Quan libertatem (legendum libertatis) deam dicit Feroniam quasi Fidoni-am. Igitur non dicit Servius, verbum illum referri à Varrone, sed tantum ab illo etymologiam tradi vocis Feronia. Vide hunc, De Ling. Lib. IV. pag. 20. Ed. H. Steph. (Caterum de re ipsa confuse quæ habet V. Cl. Evg. A. Orto, Præfat. in Tom. II. Tresauri Juris, pag. 4. J. B.)

u Nec sine donis] Conscientia id interpretata ne minus XXX. fidelis detur. vide præcepto jubente 84.

G R O N O V I I.

43 Nec sine donis] Ut sit unde vivat in li-

bertate, cum defierit eum alere dominus.

44 Qui bello justo captus] Nam qui bello injusto, illis licere tradidit 3, 7. 6.

45 Proprio delicto] Aliquid præter ceteros flagitios, aut scelestè patrando.

46 Publico facto] Calamitate partium vicinarum.

47 Movimus alibi] 2, 5, 29. 3, 7. 5.

48 Mortis erant commeriti] Et sic non genuissent, nisi victor illos conservasset hac conditione, ut servirent: possunt videti & ii, quos gignunt postea, servitutem eandem debere ob suam vitam: neque enim aut nati forent, aut superflites essent, nisi genitoribus eorum pescisset communis dominus, & ipsos procreandi, educandi copiam fecisset.

(ff) In omnibus Editionibus, etiam prima, heic legebatur ad. Sed nos audacter posuimus ob, quod sensus manifesto postulat. Neque enim agitur de obligatione quadam vita servanda, quæ ipsis natis è Servo incumbat, sed de obligatione serviendi, quæ tenetur ob vitam à Victore servataam. Sic in sequenti periodo ob ait. nenta à Domino præstanta proles à Parentibus in servitutem dari posse dicitur. J. B.

G R O

non fuerant. nam & ob alimenta alioquin defutura prolem suam parentes + in servitutem vendere posunt; ut ibi diximus. Tale est jus, quod + in Canaanorum posteris Hebreis * Deus concedit.

2. Pro debito autem civitatis ii quidem, + qui jam nati erant, ut pars civitatis obligari poterant, non minus, quam parentes ipsi; + at in nondum natis non videtur haec causa sufficere, + sed alia requiri: + aut ex parentum consensu expresso, accidente alendi necessitate, + idque etiam in perpetuum: + aut ex ipsa alimentorum præstatione, idque duxat 49 + usque dum operæ totum, quod impensum est, expunxerint. + Si quid ultra juris in hos domino datur, id videtur + ex lege civili dominis plus æquo largiente (gg) procedere.

^{a Deut.}
XX, 14.

IX. 1. At + quas apud gentes jus illud servitutis ex bello in usu non est, + optimum erit permutari captivos: proximum + dimitti pretio non iniquo. Hoc quale sit, præcise definiri non potest: sed humanitas docet, + non ultra intendi debere, quam 50 deducto ne egeat captus rebus necessariis. nam & leges civiles hoc multis indulgent, + qui suo facto proprio in debitum inciderunt. Alibi hoc + pactis, aut moribus definitur: x ut apud (hh) Græcos 51 olim mina, + nunc inter milites mensuoro stipendio. Narrat Plutarchus olim inter Corinthios, & Megarenses bella gesta *τηνίποτες καὶ συρρεκόμενοι*, mansuete, *καὶ οὕτως* ita ut populos consanguineos decebat. Si quis captus esset, eum a captore habitum ut hospitem, & fide de pretio accepta dimissum domum: unde natum 52 *ἀποβάτειν* uomen.

^{b Quest.}
Gr. pag.
295. B.

2. Ex.

G R O T I I.

x Ut apud Græcos olim mina] Bello Gallicum cum Hispanis in Italia eques redempti quarta parte anni stipendii, non comprehensi qui ordines ducerent, eisque superiores: nec qui justo prælio, aut oppido per vim capto venirent in potestatem. Mariana XXVII, 18.

G R O N O V I I.

49 Usque dum operæ totum] Labore pro omni sumtu, qui in eos factus est, satisferent.

50 Deductio ne egeat] Ut captus non privat omni patrimonio, sed tantum ei relinquatur, quo se sustentare possit.

51 Olim mina] Centum drachmis, five decem Philippis. Inter Fabium, & Hannibalem convenerat, argenti pondo binis, & felibia, five mille nummis. Liv. 22, 23. Hannibal ad Cannas captis, equiti quingenos quadrigatos, trecentos pediti, servis centum statuit. Liv. 22, 58.

52 Δρυγέτειν] Quasi hasta, & armis hospitum: quæ tamen vox usu deinde ad quemvis hospitem significandum producta, & dilata est.

(gg) Heic etiam, in omnibus Editionibus, hactenus legebatur, largientibus, mendio manifestissimo. Videtur Auctor primo scripsisse, ex legibus civilibus dominis plus æquo largientibus: potea quum ad vitandum concursum duplicitis casus simili ejusdem numeri, unum è plurali singularem facere vellet, periplicuitatis cauilla, ex lege civili posuit, sed oblitus est τῷ largientibus simul, ut par erat, mutare. J. B.

(hh) Nullus dubito, quia Auctor in animo habuerit quod legerat apud ARISTOTELEM, ὅν τὸ μῆτρα λύτρωσθαι. Ethic. Nicom. Lib. V. Cap. 10. Verum, hoc ibi tantum refertur ut exemplum Jurū, quod Philosophus vocat Legitimum, quodque opponit Naturali: nihil dicit, nec Aristoteles, nec Andronicus Rhodius in Paraphrafi, nec Michael Ephebius, unde colligi queat, hoc lege quadam communi fancitum esse apud Græcos. Immo video, in oratione DEMOSTHENIS de male obita Legatione, Captivos quosdam mutuo sumississe, alium tres minas, alium quinque, alium prout cuique conditiones erant proposite: 'Ο μὲν τρεῖς μῆτρες, ὁ δὲ πέτρε, ὁ δὲ ὄτως συνέθουεν ἔκοστη, τῷ λύτρᾳ. Pag. 222. A. J. B.

*a De Offic.
L. 12.*

2. Excelſioris animi eſt illud Pyrrhi a Cicerone * laudatum :

*y Nec m̄ aurum poſco , nec m̄ pretium dederit :
Ferro , non auro ſi vitam cernamus utriue :
Quorum virtuti bellī fortuna pepercit ,
Eorundem libertati me parcere certum eſt.*

b Xenoph.

Lib. III. Cyrop. c. i. §. 20.

c Lib. V. c. 10.

d Lib. VII. c. 9. n. 18.

e Vita Dem. pag. 891.

f Strabo lib. VII. pag. 302.

Ed. Paris.

Non dubium + quin crediderit Pyrrhus justum a ſe bellum geri : tamen + parcedum exiftimabat eorum libertati, quos probabiles cauſæ in bellum tuliffent. Simile * Cyri factum celebrat Xenophon : Philippi Macedonis poſt victoriam in Chæronea c Polybius : Alexandri in Scythaſ d Curtius : Ptolemaei regis, & Demetrii, inter ſe non bello magis, quam in captivos benignitate certantium, e Plutarchus. Lyſimachum vero * Getarum rex Dromichætes f bello captum hospitem ſuum fecit, paupertatisque ſimul Geticæ, ac comitatis teſtem factum perpulit, ut talibus amicis, quam hostibus uti mallet.

G R O T I I .

z Getarum rex Dromichætes J Meminit & Diodorus Siculus in excerptis Peirescianis. (Pag. 257. 258.)

y Nec m̄ aurum poſco] Similem Tiberii Christiani Imperatoris in Perſas bonitatem laudat Menander Protector, (Legat. pag. 141. 1. Ed. Hæſchel.) Sisebuti Muriana, item Sancti Castella regis, libro XI. (Cap. 5. II. 53 Vitam cernamus] De vita certemus, & Iud autem de Sisebuto legitur Lib. VI. Cap. 3.) pugnemus.

G R O N O V I L .

z Getarum rex Dromichætes J Meminit & Diodorus Siculus in excerptis Peirescianis. (Pag. 257. 258.)

H E N R I C I D E C O C C E I I C O M M E N T A R I U S I N H U G O N I S G R O T I I

L I B . III . C A P . X I V .

*A*uctoꝝ ſupra capite VII. *Jure gentium voluntario in bello ſolemni publico introductum eſſe, ait, ut 1º. capi personæ hostium poſſint etiam ſe causa iuſta ſit ; & quidem 2º. in infinitum, ultra debiti, vel poenæ modum. Idque gentes 3º. extendiſſe, ait, ad omnes, qui in hostili territorio inviuntur ; item 4º. ad posteros, l. 2. c. 5. §. 27. & c. 7. §. 1. § 2 : ſa. iuſitiae, & necis in captos conceſſile, c. 7. §. 3. & c. 5. §. 28. & 6º. facultatem acquirendi ex opera ſeivi, d. c. 7. §. 4. § 5. Auctor hoc capite temperat illam licentiam jure gentium confeſſam, tum ex jure naturæ, tum ex præceptis viri, tum, tum ex utilitatis rationibus. *Jure naturæ enim 1º. neminem capere personam hostilem poſſe niſi iuſtam, bellandi cauſam habeat. Neque 2º. infinitum capi poſſe, sed tantum ad debiti,**

abit, aut delicti quantitatem, L. 3. c. 14.
 » §. 1. Atque hinc capi non posse, ait,
 » qui infortunio militant, c. 14. §. 1;
 » nec innocentes cum nocentibus, *ibidem*;
 » nec foeminas, senes, & alios, qui arma
 » gerere non possunt, *ibid*: neque 30. na-
 » tos ex servis servos fieri, L. 2. c. 5. §.
 » 19. pr. L. 3. c. 1. §. 8, nisi pro proportio-
 » ne alimentorum, d. c. 14. §. 8: neque
 » 4^o. jus vitae, & necis, sub servitute con-
 » tineri, sed perpetuas tantum operas, L.
 » 2. c. 5. §. 27. §. 28. L. 3. c. 13. §. 2.
 » L. 3. c. 7. §. 2. L. 3. c. 14. §. 2. 3. §.
 » 4, praestitis servo alimentis, d. c. 14. §.
 » 5. Atque hinc, ait, servum fugere non
 » posse, L. 3. c. 7. §. 6. §. 14. §. 7.
 » 5^o. Servum sibi acquirere, L. 3. c. 14.
 » §. 6, indeque peculum ei sine causa
 » adimi non posse, *ibid*.
 » Denique commendat redēmptionem ca-
 » ptivorum, *Vid. c. 14. §. 9. §. 1. c.*
 » 7. §. f.

A D §. I.

I CAPTIVITAS hominum, §. servitus in more est] » Nam inter Mahumetanos invicem, & inter Christianos, in usu non esse, alibi dictum est. L. 3. c. 7. §. 9. & c. 9. §. 19.

Si internam iustitiam respicimus] » I. e. jus naturæ, neglecta licentia, quam jus gentium voluntarium in bello solenni condere fingit.

Limitanda primum est ad rerum instar] » De qua limitatione egit c. præc. §. 1.

Ut scilicet eousque licita sit talis acqui-
 » satio, quousque debiti aut primarii, aut sub-
 » nascientis quantitas patitur] » Immo, uti
 » in rerum captione diximus, eam in infi-
 » nitum jure naturæ licitam esse, ita in
 » captura personarum idem dicendum est,
 » nimurum, in infinitum hostes capi, &
 » servos fieri posse, donec injuria repara-
 » ta sit.

Subnascentis] » Nimurum, damnorum; & sumtuum, qui post bellum supervenient, d. c. 13. §. 1.

Nisi forte in ipsis hominibus peculiare sit
 » delictum] » Diximus cap. præc. §. 1. sin-
 » gulos subditos hostis ex peculiari delicto
 » teneri, quia judicium suæ civitatis, &
 » hostis nostri probant, ejusque causam se-
 » quuntur, & defendant.

Hactenus igitur nec ultra] » I. e. intra
 » quantitatem saltem debiti.

Justum bellum gerens] » Injuste enim
 » bellum gerentis actus omnes injustos esse,
 » dixit L. 3. c. 10. §. 1. Scilicet, juxta ju-
 » stitiam internam, de qua hic loquitur;
 » nam jure gentium voluntario aliud statu-
 » tum esse, fingit.

Idque in alios valide transiit] » Adeo-
 » que captos vendere, & jus suum intra
 » modum prædictum in alium transferre
 » potest.

*Ea adhibere discrimina, qua, cum de
 » interficiendis hostilis ageretur, supra anno-
 » tata sunt]* » Distinguendo nimurum inter
 » infortunium, & injuriam, L. 3. c. 11. §.
 » 3. §. seq. ubi notavimus, omnes subdi-
 » totos nocentes esse, quia injuriam a princi-
 » pe illatam defendunt.

A D §. II.

Jus illud, quod quasi ex fideiūsione ¹
 » pro civitate oritur] » Ex hypothesi enim
 » Auctoris Gentes communi consensu (sub
 » quo singulorum consensum contineri, ait)
 » statuerunt, ut bona, & personæ singulo-
 » rum pro debito civitatis pignorari possint.
 » Vide late cap. præc. §. 1. & L. 3. c. 2.
 » §. 2.

Neutiquam tam late patere, quam jus,
 » quod ex delicto nascitur] » Auctor capite
 » præcedenti §. 2. jam monuit, tale jus
 » quasi fideiūsione in debito poenali gen-
 » tium consensu in res subditorum prodi-
 » tum non esse. Nos jus gentium plane
 » non agnoscimus. Diximus, iure nature
 » omnes, & singulos subditos hostis teneri
 » ex injuria suæ civitatis, si vel ipsa de-
 » bet, nec solvit, vel in civem debitorem
 » judicium negat. Cum enim reliqui subdi-
 » ti hanc injuriam operis, & opibus suis
 » defendant, & defendere teneantur, me-
 » rito ex hoc suo facto illico pro hostibus
 » haberi possunt. *Conf. L. 2. c. 21. §. 7.*
 » n. 2. §. 3.

Pœnali servi sunt] » I. e. qui in bello
 » pœnali servi sunt.

Jus hoc generale in captos ex bello iusto
 » par est ei juri, quod babent domini, &c.] »
 » Immo diversa ratio. Nam hostis semper
 » capitur ob injuriam, & invitum; at hic
 » servus fit ex pacto. Hinc effectu diffe-
 » runt: nam in priorem jus vite, & ne-
 » cis,

» cis, domino competit, non in hunc, ni-
» si lex in poenam id jus permittat.

*Miseranda est eorum calamitas, qui non
suo factō speciali, sed regentium culpa]* » At
» ipsorum culpa concurrit, quia factum re-
» gentium defendunt.

Teſte Iſocrate] » Similia vide ſupra l.
» 3. c. 7. §. 1.

2 *Eſt ergo ſervitus hac perpetua obligatio
operarum]* » Refutavimus hanc definitio-
» nem ſupra l. 2. c. 5. §. 27. n. 2. Conf.
» l. 3. c. 19. §. 5. Rectius definitur con-
» ſtitutio juriſ gentium, quo quis alieno
» dominio ſubjicitur. *Vid. ſupra c. 7. §. 1.*

*Eum, qui inopia coactus ſe vendidit, di-
ferte mercenario comparat]* » Hoc verum
» eft de ſervo Hebræo, quia jus vita, &
» necis, in dominum pacto ſuo transferre
» nequit; at alia ratio eft in ſervis bello
» factis.

*Deut. XV. 18. »] Add. Exod. 21. v.
2. seq. Jerem. 34. v. 14.*

*Et in redemptura ejus operas ita vult ipſi
prodefeſſe]* » *Vid. Gron. b.* At dictum jam
» eft, hoc in ſervo Hebræo, qui pacto ta-
» lis eft, verum eft.

3 *Multum ergo diſtat id, quod impune
fit in ſervum ex gentium jure]*, Auctor
» enim fingit, gentes bello ſoleani, i. e.
» quod inter duas ſummas potefates geri-
» tur, & denunciatum eft, hunc effectum
» tribuiffe, ut & res ſervi, & vita potefta-
» ti capientis ſubjiciatur. *Vid. l. 3. c. 7.
§. 3. seq.* Sed ſaltem ad effectum impu-
» nitatis, & ne apud alias gentes ideo
» conveniri, & puniri poſſint.

Et id, quod naturalis ratio fieri finit]
» Quæ ex hypothefi Auctoris tantum per-
» mittit ut jus in operas ſervi pro aliemen-
» tis acquiratur: quod refutavimus d. c. 7.
» §. 1. & diximus, dominium in vitam,
» & res ſervi, ex ipſo jure naturæ ſequi.
In hominem] » In ſervum non qua ſer-
» vum, ſed qua hominem.

Conſervi] » Quia & domini quoque in
» ſervitutem aliquando redigi poterunt; ita
» enim rem explicat Seneca. d. ep. 47.

Vobis quoque dominum eſſe] » Qui ma-
» jus in dominum habet, quam hic in
» ſervum.

Quod eſt ipſi dominum] » Qui eodem
» modo cum dominis olim acturus eft, quo
» domini in ſervos utuntur. Optime huc
» faciunt loca a Teſmalo bic congeſta.
» lit. o.

Clemens Alexandrinus] » Conf. Sen. Ep.
» 47. Statius Sylo. 6. l. 2.

A D §. III.

*Quæritur, an domino jus vita,
» necis in ſervum competat?* Auctor ju-
» re naturæ tale jus domino competere
» negat, eique domesticam ſaltem juridi-
» ctionem in ſervum confeſſam eſſe, pu-
» tat, ita ut non pro lubitu, ſed ob cri-
» men demum, & prævia cauſæ cognitione,
» occidere eum poſſit. *Conf. l. 2. c. 5. §.
27. Eſt 28. l. 2. c. 13. §. 2.* At jure
» gentium voluntario omnia in ſervum li-
» cere, dixit ſupra l. 3. c. 7. §. 3. Nos
» naturæ jure omnia in ſervum tanquam
» hostem olim, & infidiatorem, adeoque
» delinquentem licere, ibidem demonstra-
» vimus.

*In ſervum domino preſtat ut domesticam
babeat jurisdictionem]* » Sensus eft, domino
» quidem compete in ſervum jus vita,
» & necis, ſed tantum intra fines justæ ju-
» risdictionis, ſi nimirum aliquid morte di-
» gnum commiferit.

*Eadem religione exercendam, qua publi-
ca exercetur]* » I. e. ut non niſi ob deli-
» ctum, & prævia cauſæ cognitione poena
» infeatur.

Impune] » Immo impune ex ſenſu Sene-
» cae ſignificat, quod jure naturæ tutus ſit
» dominus, & poenam divinam tanquam
» legi transgrefſor metuere non debeat.

Equi, horique natura] » Humanitas, &
» clementia.

Comparat ſubditum ſervo] » Saltem in
» eo comparat, quod uti ſubditus principi,
» ita & ſervus domino beneficium reddere
» poſſit, etiā uterque in superioris potesta-
» te ſit.

Dispari titulo paria in illos licere] » Diſ-
» paritas in eo eft, quod in ſubditos jus
» vita, & necis Principi competitor vi im-
» perii, adeoque ſaltem ob crimen; cum
» domino in ſervos id competitor jure bel-
» li, ob injuriam civitati illatam.

*Quod certe in hac parte vita adimenda,
» Si quid eo accedit, veriſſimum eft]* » Ita
» ut nec ſubditis, nec ſervis vita adimi po-
» ſſit, niſi intra fines domesticæ jurisdictioni-
» nis.

Sup-

Supplicium non sumebat] » Nolebat ri-
» gore illo juris naturalis uti.

Verba Job] » Cum enim bene merita
» sua ostentasset , ita pergit : *si contempsi sub-*
» *ire judicium cum servo meo*, & *ancilla*
» *mea*, *cum disceptarent adversus me*.

A D §. IV.

A d h i b e n d a e s t a q u i t a r] » Cum do-
» mino jus vitæ , & necis , in servos etiam
» naturali ratione competit , frustra dubi-
» tatur , an verberibus excipi possint.

Ait lex divina de servo Hebræo] » Dixi
» §. præcedenti , aliam rationem esse in ser-
» vo Hebræo , qui inopia se vendidit , i.
» e. operas promisit ; aliam in extraneo ,
» qui jure belli captus est.

Prolata vi proximitatis] » Proximus enia-
» lege Evangelii nobis dicitur quilibet ho-
» mo. *L. I. c. 2. §. 6. n. 3. & §. 8. n.*
» *9. L. 2. c. 15. §. 9. n. 3. l. 2. c. 19.*
» *§. 4. n. 3.*

*Non pro oculo tantum , sed & pro dente
excusso*] » Videtur hoc saltem obtinere in
» servo Hebræo ; nam de tali in specie qua-
» stio est in principio capitisi. *Vid. Exod. 21*
» *v. 1. seq. Deut. 15. 12.*

A D §. V.

O p e r æ c u m m o d o e x i g e n d a] » Jure
» naturæ uti vita , ita & operæ ab arbitrio
» domini dependent : sed prudentiæ , ac hu-
» manitatis est , iis modice uti.

Et valetudinis servorum] » Ut non exi-
» gantur operæ ultra vires corporis.

Lex Hebreæ in Sabbathi institutione] » Immo ratio hujus legis est , ut servi quo-
» que cultui divino vacare possint , non
» igitur ideo ne ultra modum operæ exi-
» gantur.

Omniem invidiam] » Invidiosum illud
» nomen dominorum , & servorum fugien-
» tes.

Qua servos significabant] » *Sen. ep. 47.*
» in cubiculo vir , in convivio puer.

Tacitus] » *De Mor. Germ. c. 24.* At
» male Auctor colonos hos refert ad mer-
» cenarios . Nam ideo coloni dicebantur ,
» quia terram domini sui colebant , ac cer-
» tum frumenti modum , aut pecoris nu-
» merum , &c. solvebant. *Tac. d. l. Unde*

Tom. IV.

» & jus vitæ , ac necis , dominis in tales
» colones competit. *Tac. d. l. c. 25.*

A D §. V I.

A l i m e n t a s e r v o d e b e n t u r] » Vide 1
» supra l. 2. c. 5. §. 27. n. 2. *L. 3. c. 7.*
» §. 6. n. 5. *in fin.* Si jus vitæ , & necis
» competit domino , frustra de alimentis
» queritur , negando enim alimenta necat
» servum. Cæterum , ipsius domini interest ,
» si utilitatem ex servo capere vult , necel-
» faria ei subministrare.

Martianus] » *L. 40. ff. de peculio.* In
» lege hac non dicitur , tunicam ex juris
» necessitate servo deberi , sed eam non
» pertinere ad peculium , ad eum effectum
» ut de eo disponere servus possit , quia
» non ad disponendum , sed ad vitæ neces-
» sitates tunica pertinet.

Beneficii quoque habere materiam] » Ea 2
» enim , quæ in animo consistunt , servus
» retinet , adeoque meretur si id , quod vi
» officii tenetur facere , sua sponte facit ,
» vel si ea facit , quæ officium excedunt.
» Similia vide apud *Sen. l. 3. benef. c. 18.*
» & c. 20.

Id atiquo modo sūt ipsius] » Ex indulgen-
» tia domini. Nam jure naturæ omnis uti-
» litas opera ad dominum pertinet.

Naturale patrimonium] » Quod effectus
» juris civilis non habet : uti naturales li-
» beri dicuntur , qui beneficiis lege civili
» justis liberis concessis , destruuntur.

Naturale matrimonium] » Quod desti-
» tuitur effectu juris civilis.

Pusillum patrimonium] » Seu pusilla pe-
» cunia. Sed inde non probatur , pecuniam
» illam servo propriam esse. Ulpianus ve-
» ram etymologiam vocis peculii explicat ,
» indeque ortam , ait , quod pusilla pecu-
» nia , i. e. exigua pecunia summa , ser-
» rum administrationi committi solebat.

*Nec refert quod peculium Dominus suo
arbitrio adimere potest , aut minuere*] » Con-
» stat igitur ex hac ratione , peculium nul-
» lo modo in proprietate servi esse. Omne
» enim jus , tam in personam , quam in
» rem servi , ad dominum pertinet , §. 2.
» *In h. bis , qui sūi , vel al. neque pecu-*
» *lium servo competere potest nisi ex vo-*
» *luntate , & traditione domini , l. 4. pr.*
» *l. 5. §. f. pecul. atque hinc pro lubitu ite-*
» *rum adimi potest. l. 8. ff. pecul.*

K. k.

Neque:

Neque enim quod aequum est faciet]

- » Immo faciet, quia omne jus domini est,
- » & servus nudus est administrator, l. 16.
- » *ff. pecul. l. 93. R. S.*

Causam vero] » Ob quam aequum est
» auferre peculium servo.

Non paenam modo] » Si ob delictum ser-
» vo aufertur.

Sed et necessitatem] » Si ipse dominus
» indigeat.

*Nam servi utilitas utilitatibus Domini
subest]* » Hæc omnia gratis dicuntur. Ser-
» vus nihil proprii habet, & omne jus do-
» mini est.

Res civium civitati] » Diversa maxime est
» ratio. Servus in dominio est, non civi-
» tas : servus nullius juris capax est, nec
» ipse aliquid proprii habet ; secus, ac in
» civitate. Quod vero jus civibus quæsitum
» ob utilitatem publicam auferri possit, id
» ex consensu civium oritur.

Seneca] » Immo contrarium ex hoc ipso
» senecæ loco appetet : nam è contrario
» inde elicitur, servum ideo aliquid habere
» posse, si dominus illum habere voluerit.

Et hinc est] » Quia servus naturale pa-
» trimonium habet.

*Quod dominus non repetit si quid servo
in servitute debitum post manumissionem
solvit]* » Servus cum domino suo contra-
» re potest : & dominus natura inde obli-
» gatur, at civilis obligatio deficit, i. e.
» Servus agere cum effectu contra dominum
» non potest. Unde quæstio oritur, an do-
» minus si servo postea manumisso solvit,
» repetere solutum possit condicione inde-
» biti ? Recte id negatur, quia dominus na-
» tura debet servo, & sola actio deficit ex
» lege civili : ad impediendam autem con-
» dictionem indebiti sufficit naturaliter de-
» beri, d. l. 64. ff. Cond. indeb.

*Debiti, vel non debiti ratio in condicio-
ne naturaliter intelligitur]* » L. Sufficit,
» natura deberi, et si actio inde non detur:
» hoc enim esse debitum naturale, vidimus
» supra l. 2. c. 11. §. 1.

*Dominus autem servo debere naturaliter
potest]* » Dominus enim, qui cum servo
» contrahit, in eum qua servum jus trans-
» fert, eiique obligatur : at quia servus in
» potestate domini, & debitoris est, ideo
» ei jus exigendi a domino non competit;
» adeoque actio deficit, non obligatio.

Sicut clientes in usum patronorum, &c.]
» Conf. supr. l. 1. c. 3. §. 21. n. 3.

Et subditos in usum regum], Subditū
» , enim opibus, & operis suis rempublicam
» defendere, & splendorem principis con-
» servare debent.

Sic servos in usum beriles contulisse legimus]
» , Ex peculio, cuius administratio ipsi a
» dominis concedebatur.

Si filia dotanda], Servi ex peculio suo
» quædam conculerunt ad dotem constitu-
» endam.

Si captivus filius], Servi ex suo quoque
» peculio pretium redemtionis dederunt.
Quædam quasi testamento facere], Adeo-
» que valebat dispositio ex voluntate, &
» concessione domini.

Apud alias gentes etiam plenius jus]
» Sic Germanorum coloni certam saltu-
» frumenti quantitatem; &c. præstabant,
» reliqua sibi quærebant. Tac. Mor. Gern.
» c. 25.

Ad hanc internam justitiam], Seu jus 4
» naturæ.

*Jus illud exterius dominorum leges retrah-
» erunt]*, I. e. licentiam illam enormem,
» quam Gentes in bello soleanni permiserunt,
» & quæ in dominio externo consistebat,
» immiscerunt.

Ad venditionem proclamare], Vide su-
» ; pra. l. 2. c. 5. §. 29. n. 2.

Ad statuas], Imperatorum : ex Aſylo-
» rum jure id ortum est. Vid. l. 3. c. 7. §. 8.

Præsidum implorare opem], Scilicet
» , provinciæ præpositorum : quibus hæc au-
» toritas ab Antonino concessa fuit, §. 2.

Inst. de bis, qui sui, vel al.

Contra saevitiam, vel famem], Idem apud
» Græcos obtinuit, ut ex Theani epilo-
» appareat. Vid. §. 5. n. 3.

Non ex jure stricto], Quia jure naturæ
» perpetuum jus in servos acquirimus.

Interdum tali, qua & debeatur], Au-
» tor enim quædam ita esse virtutis, ait,
» ut obligetur quis ad ea agenda, et si alte-
» ri jus quæsitum non sit, eaque refert ad
» jus naturæ laxius; quædam autem ita vir-
» tutis esse, ait ut debitum inde non oria-
» tur. Vid. Dīſert. proœm. II. c. 1.

Ut post longas operas, &c.], Cum omne
» jus in personas, & res servi, ad domi-
» num pertineat, ex ipsius sola voluntate
» dependet : an libertatem dare velit.

*Posteaquam jure gentium servitus invasit, &
secutum est beneficium manumissionis]*, Ex
» , jure dominii, quod victori in captum,
» seu servum competit, sequitur jus manu-
» mittendi;

, mittendi; nam cum unicuique libere de re sua disponendi facultas competit. Donec minus quoque libertatem servo reddere potest; vel pure, vel sub certa lege. Unde libertorum nomen ortum est: quod proinde merito juri Gentium, seu naturae tribuitur in l. 4. ff. *just. & jur.*

Ulpianus] „ In l. 4. ff. *just. & jur.* Verba haec sunt: *Manumissiones quoque juris gentium sunt; eaque res a jure gentium originem cepit, utpote cum jure naturali (i. e. ex ordine naturae) omnes liberis nascerentur, nec esset nota manumissionis, si cum servitus esset incognita.* Sed postquam jure gentium (quod cum genere humano ortum est, vid. l. 1. pr. junct. l. 5. §. 7. ff. *Acq. rer. dom.*) servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis, ut cum uno naturali nomine homines appellarentur, jure gentium tria esse cœperunt.

Ex dominorum domo tollere non vetantur] „ Ipse Salvianus id non tanquam jus alleget, sed tanquam usum quotidianum.

Hebreum] „ Ex gente Hebreæ. Nam securus de alienigena, & peregrino; ut notat Rivetus ad *Exod. c. 21. Tefm. b.*

Plutarchus] „ In *Cat. Maj. f. 275. n. 30.* ne inutiles nutritret.

Communis naturæ] „ Hanc rationem non addit Plutarchus, sed potius contrarium, & jure id fieri posse, asserit; addit saltem, benignitatem latiorem, quam justitia patere campum, d. l. n. 40. Cæterum, austeritatem morum ejus id tribuit Plutarchus, & quod nullum homini cum homine extra quæstum existimaret esse consortium.

A D §. VII.

Nisi fugere fas sit ei, qui bello justo captus est] „ Auctor jure gentium voluntario in bello publico solenni introductum esse, dixit, ut etiam ex iusta causa hostis mei subditus capi, & in eum dominium externum queri possit, L. 3. c. 7. §. 1. n. 2; nat id non impedit quo minus fugere queat, quia jus Gentium quidem externum servis negat judicium, at non ideo animo quoque religionis vinculum injicere voluit. L. 3. c. 7. §. 6. n. 1.

„ *Jure naturæ autem Subditos innocentes tunc demum servos fieri, ait, si ex iusta causa capiantur; & ad eum saltē efficiuntur, ut perpetuas prætent operas, l. 3.*

c. 7. §. 1. & 2. Atque tales servos fugere non posse, ait Auctor, eti innocentibus sint, quia gentes ita consentire potuerunt, ut cives pro civitate obligentur, eoque operas perpetuas pro debito civitatis prætent. *Vid. l. 3. c. 2. §. 3. & supr. §. 2. n. 1. Plenius hanc quæstionem examinavimus l. 3. c. 7. §. 6.*

Qui suo proprio delicto] „ Adeoque qui facere certo jure non potest.

Sed qui publico factō in hanc fortunam decidit] „ Sed hic quoque suo delicto servus fit, quia causam suæ civitatis sequitur, etiamque bonis suis defendit.

Verius est, fas non esse] „ Dependet hoc ab eventu. Si ad suos, vel socios revertitur, fas ei fuit fugere, quia ex suæ civitatis judicio injuria captus est; si intra fines hostiles recipitur, fas ei fugere non fuit, quia judicium civitatis hostilis tum prævalet, ubi jure captus dicitur. Idem quoque est si intra fines pacati adhuc deprehenditur, quia tanquam servus eos fines intravit; medii autem præsentem statum sequuntur, dict.

c. 7. §. 6.

Quia ex conventione gentium communis operas suas civitatis nomine debet] „ Verum non est, gentes communiter unquam convenisse. Verum quoque non est, servitudinem in sociis operis confistere. Denique verum non est, operas civium obligari pro civitate ex consensu demum gentium.

„ *Vera ratio cur bello capti servi fiant, consistit in propria eorum injuria, quia factum suæ civitatis defendant, adeoque causam hostis sequuntur: indeque juxta nostræ civitatis judicium jure capti sunt.*

„ *Atque hoc judicium obtinet intra fines nostræ civitatis, adeo ut quamdiu servus intra illos fines est, injuria fugere dicatur: cum e contrario si ad suæ civitatis limites revertitur, jure fugisse a sua civitate asseratur.*

Nisi intolerabilis saevitia] „ Immo cum iustitia, & necis in captum competit, frustra de saevitia queritur; quanquam fuerit legitibus Romanorum remedia quædam servis indulcta fuerint, de quibus vide l. 2. c. 5. §. 29. & l. 3. c. 7. §. 3. & §. præced. n. 4.

A D §. VIII.

A N, & quatenus nati ex servis domino tenentur interno jure] „ Evidem jure gentium K k 2 licen-

» licentiam lœdendi hostem, & captos, et
» iam extensam esse ad natos, statuit d. c.
» §. 29. & supra l. 3. c. 7. §. 5. Ratio-
» nem hanc dedit, quia si victores suo jure
» uterentur, & captos necarent, nascituri
» non fuissent, d. c. 7. §. 5. At jure natu-
,, r.e (nam id intelligit per justitiam inter-
» nam) natos non fieri servos, ait, nisi 1.
» ob delictum parentum, 2. si aliter edusca-
» ri non posfunt; adeoque 3. non pro debi-
» to civitatis, nisi aut parentum consensu
» accedat, aut alendi necessitas, aut ipsis
» alimenta a civitate præstata sint: tunc enim
» fieri servos ad modum alimentorum.

„ Nos veram rationem cur jure naturæ
» quoque liberi captorum servi fiant, expli-
» cavimus d. c. 5. §. 29. & d. c. 7. §. 5. quia
» quod ex re mea nascitur, naturali ratione
» meum est.

Pœnam mortis erant commeriti] » Vid.
2 Gron. b. At nullius momenti hæc est ratio.
» Nam cum pœna saltem fuos teneat Aucto-
» res, liberi ob delictum parentum puniri
» non posfunt. Vera igitur ratio cur liberi se-
» quantur conditionem matris servæ, in eo
» consistit, qvod partus sit pars viscerum
» ancillæ, quæ serva est.

In servitutem vendere posfunt] » At jus
» vitæ, & necis in emtorem non transfertur.
» Immo vere servi non sunt, quia restitutio
» alimentis liberantur. *Vid. supr. l. 2. c. 5.*
» §. 27. seq.

In Cananæorum posteros] » Ex hac ipsa
» Creatoris lege appareat, liberos sequi con-
» ditionem parentis.

*Qui jam nati erant, ut pars civitatis obli-
» gari poterant*] » Immo non fidejussionis quo-
» dam jure obligantur, uti Auctor putat. *Vid.*
» *supr. l. 2. pr.* Sed quia probant factum prin-
» cipis, ejusque injuriam defendant, & de-
» fendere tenentur.

*At in nondum natis non videtur sufficere
» bac causa*] » Quia fidejussiones esse non pos-
» sunt qui nondum existunt.

Sed alia requiri] » Vera ratio est, quod
» portio sint corporis materni, quod totum
» alterius potestati subest.

*Aut ex consensu parentum expresso, ac-
» cedente alendi necessitate*] » Si aliter ali non
» possit; tunc enim operæ filiorum quoque
» obligari a patre possunt. At verius est, ma-
» gistratus officium supplere huic necessitati
» debere: de quo plenius egimus *L. 2. c. 5.*
» §. 5. & 7.

Idque etiam in perpetuum] » Immo nulla
» propria esset inter alimenta, & operas

» perpetuas. Dixi jam, deficiente cura pa-
» tris succedere officium magistratus.

Aut ex ipsa alimentorum præstatione] » Si
» in familia domini partus servilis nascitur,
» eique a domino alimenta præstantur, tunc
» partum fieri servum, putat, ex ipsa alimen-
» tatione. Nos diximus, partum talem fer-
» vum fieri etiam ante alimentationem in
» ipso momento nativitatis, quia pars est
» corporis servilis.

*Uisque dum opera totum, quod impensum
» est, expunxerint*] » Nullus hujus rei foret
» exitus; nam singulorum dierum & opera,
» & alimenta notari, conferri, & compen-
» sari deberent.

Si quid ultra juris in bos domino datur] » Uti inter gentes datur jus in vitam, &
» res eorum, qui ex servis nati sunt.

Ex lege civili] » Immo juri gentium vo-
» luntario id tribuit supra *L. 3. c. 7. §. 1.*
» *Add. l. 2. c. 5. §. 28.* Neutrum tamen ve-
» rum est: sequitur hoc jus ab ipsa natura.

A B S. I X.

Quas apud gentes] » Ut Mahumeta-
» nos, & Christians. *Vid. L. 3. c. 7. §. fin.*
» & infr. c. 21. §. 23.

Optimum erit permutari captivos] » Germ.
» auswechseln. Gall. échanger. Quod olim
» quoque factum legimus. *Vid. Cic. 1. off.*
» 13. & pro Sexto c. 59. Gell. l. 7. c. 18.
» *Dimiti pretio non iniquo*] » De redem-
» tione captivorum late egimus in allegatis
» modo locis.

*Non ultra intendi debere, quam dedi-
» cto ne egeat captus rebus necessariis*] Immo
» hoc dependet ab arbitrio victoris: nam cum
» plenum jus in res, ac personas capti acqui-
» rat, pro libitu suo pretium redemtionis il-
» lius juris statuere potest.

Qui suo factō proprio in debitum inciderunt] » Respicit Auctor ad executiones, quæ hodie
» fieri solent salvis eis, quæ necessaria sunt.
» At id meri juris civilis est. *Conf. L. 6. ff. Cess.*
» bon. & Laut. eod. tit.

Padis, aut moribus] » Quod Gallis Cartel
» vocatur.

Nunc inter milites menstruo stipendio] » Ei-
» nes Monats Besoldung.

Quin crediderit] » Sed contrarium affere-
» bant hostes: adeoque non ex justitia cause
» hæc dependent.

*Parcendum existimabat eorum libertati,
» quos probabiles cause, &c.] » Generosi animi
» indicia hæc sunt; at non necessitatis.*

C A P U T

C A P U T X V.

Temperamentum circa acquisitionem imperii.

- I. Quatenus *justitia interna* permittat *imperium* acquiri.
 II. Laudabile esse hoc iure in *victos* abstinere.
 III. Sive eos *miserendo* *victoribus* :
 IV. Sive *relinquendo* *imperium* his, qui habuerant :
 V. Interdum *impositis* *praesidiis* :
 VI. Aut *tributis* etiam, & *similibus* *oneribus* :
- VII. *Utilitas* ab hac moderatione indicatur.
 VIII. Exempla : Es de mutata forma reipublicæ apud *victos*.
 IX. Imperium si assumendum sit, rede partem ejus *victis* relinqu. ^a
 X. Aut certe libertatem aliquam.
 XI. Præcipue in religione.
 XII. Saltē *victos* clementer haberi oportere : Es cur ?

* I. Quæ + in singulos aut exigitur *æquitas*, aut laudatur *humanitas*, + tanto magis in populos, aut + in *populorum* partes, + quanto in multos insignior est & *injuria*, + & *beneficentia*. + *Justo bello* ut alia acquiri possunt, + ita & + *jus imperantis* in *populum*, + & *jus*, quod in *imperio* habet ipse *populus* : sed nempe + *quatenus* fert aut *poenæ* *nascentis* ex *delicto*, aut alterius debiti modus. + *Quibus* addenda est causa *vitandi periculi summi*. + Sed hæc causa plerumque cum aliis misetur, + quæ tamen ipsa tum in pace constituenda, + tum in utendo *victoria* + maxime spectanda est. + Nam cætera est ut remittantur ex misericordia : + in publico autem periculo, 3 quæ modum excedit securitas, immisericordia est. Isocrates ^b ad Philippum : τῶν βαρεσθέων ἐπὶ τοτέον ἔξερχεται κρατεῖν, οὐσον ἡνὸν αὐτοῖς κατασῆσαι τὴν συντεχώσαν. barbari ^c De Rep. ordin. frægm. VI.

+ II. I. Crispus Sallustius ^c de Romanis veteribus : *majores nostri religiosissimi mortales* + nihil *victis* eripiebant, + præter *injurie* *licentiam*. Digna quæ a Christiano diceretur sententia : quicum illud ejusdem ^d convenit : *sapientes + pacis causa bellum gerunt*, Es laborem spe otii sustentant. Aristoteles non semel ^e dixerat, πόλεμον θνητούς κάρπου, αχριδίαν δὲ κολαῖς, bellum

G R E N O V I .

I IN *populorum* *partes*] Aut exigitur *æquitas*, aut laudatur *humanitas*.

2 *Jur imperantiū*] Et principis, & quod si bi *populus* referavit. (Ut, exempli gratia, si *comitia*, si *ordines*, si *privilegia*) illo potest uti *victor*, huic *detrahere*, & id *iminuere*, quatenus tamen, &c.

3 *Quæ modum exedit securitas*] Si non pec-

cat quidem aliud insigniter, neque debet, sed tamen salvus esse *victor* non potest, aut non stabile *imperium* *acquisitum*, nisi duriter *victos* trahet : hoc casu si misericors est *victor*, in suos, & se immisericors est. Cato apud Sallustum : Hic mibi aliquis misericordium, & mansuetudinem nominat, &c. Bell. Catill. cap. 52.

4 *Præter injuriæ*] Præterquam facultatem nocendi, qua per lasciviam male usi fuerant.

bellum pacis, & negotiorum otii causa institutum. Nec aliud vult Cicero, cu-
 * De Off. jus hoc est sanctissimum ^a effatum : bellum ita suscipiat, ut nihil aliud
 I. 23. nisi pax quiesca videatur. Eiusdem & hoc ^b simile : sic suscipienda bella
 Ibid. c. sunt ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur.
 II. c Tb. a. 2. 2. Nihil haec distant ab his, quae nos docent + veræ religionis ^c the-
 q. 40. a. t. ologi, finem belli esse amovere ea, quae pacem perturbant. Ante Nini
 I. ad 3. JVL. Mat. tempora, ut ex ^d Trogó alibi dicere coepimus, fines imperii ^e tueri ma-
 de belli gis, quam proferre, mos erat : intra suam cuique patriam regna finieban-
 sec. requisi. tur : reges non imperium sibi, sed populis suis gloriā quærebant,
 q. 7. d. Justin. contentique victoria imperio abstinebant : quo nos retrahit quantum po-
 I. 1. e. De Civ. test Augustinus, cum ^f ait : videant tamen ne forte non pertineat ad vi-
 Dei lib. IV. ros bonos ^g gaudere de imperii latitudine. qui & hoc addit : felicitas major
 15. f Cap. I. est vicinum bonum habere concordem, quam vicinum malum subjugare bellan-
 v. 13. ten. Adde quod in ipsis Ammonitis propheta Amosus severe repre-
 hendit hoc studium proferendorum per arma finium.

III. Ad hoc antiquæ innocentiae exemplar proxime accessit veterum
 g L. II. Romanorum + prudens modestia : Quid hodie esset imperium, ait ^g Sene-
 de Ira, c. ca, nisi salubris providentia victos permiscisset victoribus? Conditor noster
 34. b. Ann. Romulus, ait apud ^b Tacitum Claudio, tantum sapientia valuit, ut ple-
 XI. 24. roisque populos eodem die hostes, + deinde cives habuerit : addit, exitio La-
 i Lib. cedæmoniis, & Atheniensibus nihil aliud fuisse, quam quod victos + pro-
 VIII. c. 13. alienigenis arcebant. Livius rem Romanam auctam ⁱ dicit hostibus in
 k Suet. in civitatem recipiendis. Exempla extant in historiis + Sabinorum, + Alba-
 Cef. c. 80. norum, + Latinorum, deinde aliorum ex Italia : donec postremo ^k Ce-
 l. Hist. IV. sar Gallos in triumphum duxit, idem in curiam. Cerialis in oratione ad
 74. Gallos, quae apud ^l Tacitum : ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis :
 ipsi has, aliasque provincias regitis. nihil separatum, clausumve. Et mox :
 proinde pacem, & vitam, quam vici, victoresque eodem jure obtinemus, ama-
 te, colite. Tandem, ^m quod mirandum maxime, in orbe Romano qui
 sunt, + ex constitutione Imperatoris ⁿ Antonini cives Romani effecti sunt,
 que

G R O T T I .

a Tueri magis, quam proferre] Alexander Im-
 perator Artaxerxi Persa : δεν μένει τε αὐτὸν
 εἰ τοῖς ιδίοις ὅροι καὶ μὴ καυτομεμένη, μηδὲ μα-
 ταξις, ἐπίστιν αἰωνύμενον μένον ἔγειρε πόλε-
 μον· ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἔχειν τὰ ἑαυτά· ma-
 nendum cuique intra suos fines nihil novundo,
 neque debere quenquam incerta spe sublatum bella
 incipere, sed suo esse contentum. (Habet hoc
 Auctor noster ex HERODIANO, Lib. VI.
 Cap. 2. num. 9. Ed. Boecleri: ubi, ut & in
 aliis Editionibus, legitur : εἰ τοῖς τοῖς ιδίων
 δέοις : neque necessō est emendare : εἰ τοῖς
 ιδίοις, ut facit Auctor noster, five ex inco-
 gitantiā, five data operā. J. B.)

b Gaudere de imperii latitudine] Vide Cyril-
 hum libro V. contra Julianum, reges Hebreos

hoc nomine laudantem, quod suis contenti-
 essent finibus. (Pag. 177. E. Ed. Spanb.)

G R O N O V I I .

s Quod mirandum maxime] Meo judicio val-
 de reprehendendum, & periunde affirmandum,
 ac si quis omnes rusticos declareret nobiles. Eo
 dono non provinciales civium honorem conse-
 cuti funt, sed cives provincialium conditio-
 nem, ac vilitatem subierunt.

6 Imperatorū Antonini] Non Marci philo-
 sophi, non Titii Piū, laudatissimorum prin-
 cipum, sed Bassiani Caracallæ, qui Septimi Se-
 veri filius fuit, teterimus parricida, & ty-
 rannus perfidus, ut ostendit Salmas. ex Dione,
 de Modo Uf. 855. additque, speciem quidem
 fuisse quasi peregrinis honorem haberet, sed
 revera id factum, ut plus e vestigalibus col-
 ligeret,

quæ verba sunt * Ulpiani. ex eo, ut ^b Modestinus ait, ^c + Roma communis patria est. Et de ea Claudianus ^c:

Hujus pacificis debemus moribus omnes,
Quod cuncti gens una sumus.

IV. 1. Alia moderatæ victoriæ species est, + victis aut regibus, aut populis relinquere quod habuerant imperium. Sic Hercules, Priami ^d

Hofis parvi vietus lacrymis,
Suscite, dixit, rex tuor habenas,
Patrioque sede celsus folio:
Sed sceptra fide meliore tene.

Idem, ^e victo Neleo, filio ejus Nestori regnum permisit. Sic Per-
sæ ^f reges victis regibus regnum relinquebant. Sic Cyrus ^g Armenio.
^c Sic Poro (aa) Alexander. Laudat hoc ^d Seneca ^b nihil ex rege victo
+ præter gloriam sumere. Et ⁱ Polybius celebrat Antigoni bonitatem, qui
cum Spartam haberet in potestate, reliquerit ipsis τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν
διεύθησιν, rempublicam majorum, ac libertatem: quo ex facto + inaximas
per Græciam laudes consecutus ibidem narratur.

2. Sic + Cappadocibus permissum a Romanis, uti qua vellent ^h rei-
publicæ forma: + & multi populi post bellum relicti liberi. Carthago + li-
bera cum suis legibus est, ajunt Rhodii ^k ad Romanos post bellum Pun-
icum secundum. Pompejus τῶν εἰλημένων ἔπων τὸ μὲν αὐτόνομα ὑπέλει, inquit ^l Ap-
pianus, ex devictis gentibus ^e quasdam reliquit liberas. Et Quintius Aeto-
lis dicentibus pacem firmam esse non posse, ^m nisi Philippus Macedo re-
gno pelleretur, dixit, sententiam eos dixisse immemores Romanorum mo-
ris,

ligeret, quia peregrini quedam non conser-
rent, quæ a civibus exigebantur. (Addit plen-
nè de hac Constitutione disputationem Illustr.
EZECI H. SPANHEMIUM, in Eruditissi-
mis Dissertationibus, quibus Orbis Romani titu-
lum præscripsit. J. B.)

⁷ Roma communis] Repte, sed non tantummodo ex eo. Poterat hoc dici, & eo titulo digna esse Roma, etiamsi non cives Romani dignitatem suam perdidissent, & omnium hominum discrimina turbata essent: quemadmodum jam Plinio sub Vespasiano dicitur Italia omnium terrarum alumna eadem, & parens, numine Deum electa, &c. ut una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret lib. 3, cap. 5. Rutilius Numatianus itiner. lib. 1. Fecisti patriam diversis gentibus unam: Profuit injus-
tis te dominante capi. Dumque offens viatis proprii consortia juris, Urbem fecisti, quod prius orbis erat. vers. 63, & seqq.

⁸ Reipublicæ forma] Cum Romani eos libe-
rassent, maluerunt esse sub rege; itaque rex eis

a S. P. Q. R. datus Ariobarzanes. (Vide
Justin. XXXVIII. 2.)

G R O T I I.

^c Sic Poro Alexander] Pipinus Aistolfo Lan-
gobardo. (Vide EGINARD. de Vit. Carol.
Magn. Cap. VI. pag. 39, 40. cum Notis ult.
Editionis. J. B.)

^d Seneca] Totus locus dignus inspici, ubi & hoc •
egregie dictum: hoc est etiam ex victoria sua
triumphare, testarique, se nihil, quod dignum est
victore, apud viatos invenisse. Tigriani pars re-
gnii a Pompejo relicta. Eutropius VI. (c. II.)

^e Quasdam reliquit liberas] Eaurum ut nosca-
tur conditio, vide Polybium excerptis legatio-
num num. 19. Suetonium in Cæfare, ubi de Gal-
lia. (Cap. 25.) Habet & quedam Guillimanus
non indigna lectu in rebus Helvetiorum. (Lib.
I. Cap. 8.).

^(aa) Vide QUINT. CURTIUM, Lib.
VIII. Cap. 14. num. 45. ibique Pitisci notam
100. in Edit. 3. J. B.

G R O.

- ^a L. in
orbe 17. D.
- de stat.
bom.
- ^b L. Rome
33. D. ad
municip.
- ^c In Sec.
Consul. Sti-
lic. verf.
154, 159.
- ^d Sen.
Troad.
verf. 725.
& seqq.

¶ Ann.
XII. 19.

ris, vicitis parcendi. addidit: *adversus vicos mitissimum quemque maximum animum habere*. Apud ^a Tacitum est: *Zorfini victo nihil erectum*.

V. Interdum ^b simul cum concessione imperii consultum victorum securitati. ^f ^g Sic a Quintio decretum, Corinthus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho tamen præsidium esset: Chalcidem, ac Demetriadien retineri, donec cura de Antiocho deceperisset.

VI. Tributorum quoque iudicio sæpe non tam ad factorum sumtum restitutionem, quam ^c ad securitatem ^d & victoris, & vici, in postorū pertinet. Cicero ^e de Græcis: *simil illud Asia cogitet, nullam a se neque belli exterti; neque discordiarum domesticarum calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneatur: id autem imperium cum retineri sine vestigalibus nullo modo possit, aquo animo* ^f ^g *parte aliqua suorum frumentum pacem sibi sempiternam redimiat, atque otium*. Petilius Cerialis apud ^h Tacitum pro Romanis apud Lingonas, aliosque Gallos sic differit: *nos quanquam toties laceristi jure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur. nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt*. Eodem pertinent & alia, quæ expressimus ⁱ cum de inæquali federe ageremus, & tradere arma, classem, elephantos, non habere arcem, non exercitum.

VII. I. Ut autem vicitis relinquatur suum imperium, non tantum humanitatis est, ^j sed sæpe & consilii. Inter Numæ instituta laudatur, ^k quod ^l a ^m Termini sacræ omnem sanguinem abesse voluit: significans, ⁿ ad quietem, & certam pacem nihil utilius, quam suis se finibus tenere. Optime ^o Florus: *difficilis est provincias obtinere, quam facere: viribus parantur, jure retinentur*. cui non dissimile apud ^p Livium illud: *facilius parari singula, quam teneri universa: & Augusti dictum* ^q apud Plutarchum: ^r *μεῖον ἔπον τῷ κτήσαθαι μεγάλων ἡγεμονιῶν, τὸ διατάξαν τὴν ὑπάρχουσαν*. Darii regis ^s legati Alexandro: *Periculosest 14 peregrinum imperium: difficile est continere quod capere non possis.... Facilius est, quadam vincere, quam tueri: quam hercule expeditius minus nostra rapiunt, quam continent*. ^t 2. Quod ^u Calanus Indus, & ante eum Oebarus ^v Cyri amicus expli-

G R O T T.

^f Sic a Quintio decretum] Remissum id tamen postea Polybius excerptis legationum num. IX. Plutarchus Flaminio. (pag. 374.)

^g Tradere arma, classem] Vide de Persis Agathiam libro IV. (Cap. 5.)

^h Calanus Indus] Habet id Plutarchus Alejandro. (Pag. 701. E.)

G R O N O V I T.

⁹ A Quintio decretum] Livius XXXIII, 31. Et tamen paullo post eodem annente Quintio omnibus istis oppidis, quamvis maxime minante Antiocho, præsidia eduxerunt. Liv. 34, 51.

¹⁰ Et victori, & vici] Ne ille metuat

rebellionem, hic se præcipitet in priora mala, si nimis indulsum sit.

¹¹ Parte aliqua suorum] Laudanda Romanorum modestia, qui de regnis subactis alias urbes liberabant, aliis dimidium tributi, quod regibus erant soliti pendere, imperabant. Livius 45, 26. Illyriis eodem libro cap. 18. & Macedonibus c. 29.

¹² A Termini sacræ] Quem Romanis finxerat Deum, ut eos doceret abstineri a mendicis agrorum terminis, & sic minueret litiges de finibus.

¹³ Μεῖον ἔπον τῷ] Parare magnum imperium non tanta res est, quanta, cum habetas, ordinare, & componere.

¹⁴ Peregrinum] Prægrave. Cart. 4, 11. n. 8, 9.

G R O-

explicabant ¹⁵ corii similitudine, quod alia parte se tollat simul aliam pede presseris : & T. Quintius apud ^a Livium ⁱ comparatione testudinis, tutæ ad ictus ubi collecta in suum tegmen est, ¹⁶ obnoxiae, atque infirmæ simul exseruerit sui partem. Plato III. de legibus ^b huc aptat Hesiodi dictum : *omni dimidium plus*. Et Appianus notat, ^c non paucos populos, qui sub Romano imperio esse vellent, ab ipsis ^d repudiatos : ^e aliis etiam reges datos. Scipione Africano judice ^d, jam suis temporibus tantum Roma possidebat, ut avidum esset quicquam ultra appetere : abunde felix si nihil ex eo, quod obtinebat, amitteret. Itaque & ¹⁷ Iustri condendi carmen, quo Dii rogabantur ut res populi Romani meliores, amplioresque facerent, ^k ita emendavit, precatus ut eas perpetuo ¹⁸ in-
columes fervarent.

VIII. Lacedæmonii, & initio Athenienses, in captas civitates nullum sibi vindicabant imperium : ^f tantum eas republica uti volebant ad suam accommodata, Lacedæmonii quidem ¹⁹ ^g sub primorum potentia, Athenienses sub ²⁰ arbitrio populi, ut ^e Thucydides, Isocrates ^f, Demosthenes ^g nos docent, ipse etiam Aristoteles quarti de république capite XI. & quinti VII. Quod ipsum in comœdia sic notat ^b Heniochus illorum temporum scriptor :

Fυριανὸς δὲ πόλεως δέ τραπέτον την.
Ἄστοι τούτους δημοκρατία θατίζει
Οὐραὶ εἰσὶ, τῇ δὲ αριστοκρατία θατίζει,
Διὰ τοῦ πεπαρφίνασσιν ἀδην πολλάκις.

Tum geminae ad illas acceperunt mulieres,
Quæ cuncta conturbarunt : optimatitas
Est nomen alteri, alteri popularitas,
Quarum incitatu pridem ²¹ externata fuerunt.

Simile

G R O T I.

ⁱ Comparatione testudinis] Plutarchus sic narrat : Ἀχαιοὶ σφερεργεῖσι τὴν Ζακυνθίαν μητρὸν εἰσορίτων ἐφη, μηδεποτε, οὐ, ὡτεπει, αἱ χελώναι, πορίωτεις τὴν κεφαλὴν τῆς Πελοποννήσου εποιεῖσθαι. Achaei ζακυνθίαν ιδεῖσιν appetentes cum debortari vellet, dicit, periculum eos edituros, si testudinis more caput extra Peloponnesum extulissent. (Vit. Flamin. pag. 278. Di.)

^k Ita emendauit] Utitur hac historia Claudianus Julianus consul in epistola ad Pupienum, & Balbinum. (Capitoli. in Maxim. & Balbin. c. 17.) Imitatus Augustus, qui Dionē narrante, ἵππῳ τῷ οἴει τὸν ἄλιξ ἔτερόν τοι προστίθεται, οὐδὲν διορθῶς αἴρεισθαι τοῖς ἑπτακοσίοις λαυδατοῖς quod nibil novi acquirere voluit, sed quæ iam habebantur sufficere est arbitratus. (Lib. LIII. pag. 602. C. Ed. H.

Steph. ubi tamen verba prima aliter sese habent, Auctore nostro memoriter illas adserente. J. B.)

G R O N O V I I.

¹⁵ Corii] Sicci nimis, & durati.

¹⁶ Obnoxiae] Expositæ injuriis.

¹⁷ Iustri condendi] Quum finiretur quinque annalis, aut anni, semestrisque census. Sueton. Octav. 97.

¹⁸ Incolumes fervarent] Huc pertinet Flori votum circa Graecianos, & easteros tumultus 3, 12.

¹⁹ Sub primorum] Aristocracia, vel potius Oligarchia.

²⁰ Arbitrio populi] Democratia.

²¹ Externata fuerunt] Ovidius I, Met. 637. sequit exexternata refugit. Et lib. II, 77. Externata fugam frumenta tentabat.

^{a Ann. VI.} Simile est, quod Tacitus ^b ab Artabano narrat, Seleuciæ factum : ^c plenam primoribus tradidit, inquit, ex suo usu : nam populi imperium juxta libertatem, paucorum dominatio regiae libidini propior est. + Sed ejusmodi mutationes an ad victoris securitatem faciant, non est nostræ inspectionis.

^{b Agric.} IX. Si minus tutum sit omni in vietos imperio abstinere, temperari tamen res potest, + ut aliquid imperii relinquatur ipsis, aut ipsorum rebus. Populi Romani consuetudinem vocat Tacitus, ^b ut haberet ^d instrumenta servitutis, ^e reges. Eadem ^c Antiochus inservientium regum ditissimus, ^f Πανιάν υπέκοι, (bb) in commentariis de Musonio ; & apud ^g Strabonem ^d circa finem libri sexti. Lucanus ^e,

Atque omnis ¹ Latio quæ servit purpura ferro.

^{VII}, 228. ^{f Lib. XV.} + Sic ²² apud Judæos mansit sceptrū in Synedrio, etiam post confis-
^{c. 9.} cationem ²³, Archelai. Euagoras Cypri rex, ut apud ^f Diodorum est, di-
^{g Lib.} cebat velle se Perse obedire, + sed ut regem regi. Et ^g Dario victo ali-
^{XVII. c.} quocties hanc conditionem ferebat Alexander, ^m ut ipse imperaret aliis,
^{h Lib. I.} pareret Alexandro. Nos de modis miscendi imperii ^b diximus alibi. Qui-
^{cap. III.} busdam pars regni relicta, + sicut veteribus possessoribus agrorum pars.

^{S. 17. Lib.} X. Sed & cum omne imperium vietis eripitur, + relinquunt illis pos-
^{III, cap.} sunt circa res privatas, & publicas minores, ⁿ suæ leges, suique mo-
^{VIII, 3.} res,

G R O T I I.

¹ Latio quæ servit purpura ferro] Vide Pa-
negrīcum Maximiano dictum (à Claudiā. Ma-
mertīno. c. 10.)

^m Ut ipse imperaret aliis, pareret Alexandro] Tales & olim in Italia reges sub aliorum re-
gum imperiis : Servius ad X. Aeneid. (vers.
655.) Sic apud Ἀγχύλημ Persis : (pag. 126.
Ed. H. Steph.)

Βασιλεῖς Βασιλέως ὑποχοι μεγάλαι·

Reges regū magni subices.

Sic & apud Turcas, teste Leunclavio libro
XVIII.

ⁿ Sue leges] Philo legatione ad Cajum : Σιδησὸς τοσαύτην ἐποίει τῆς βεβαιώσεως τῶν παρ' ἔκαστος πατέρων, ὅσην η̄ τῶν Ρωμαϊκῶν ἐπιμέλειαν Augūstus non minus cura sua duxit custodiā legum propriarum cuique genti, quam Romanorum. (Pag. 1014. B. Vide de hoc loco Ampliss. BYNCKERSHOEK. ad L. A-
Elius, D. De Leg. pag. 90. J. B.)

G R O N O V I I.

²² Apud Judæos mansit sceptrum] Valde qui-
dem debile, si tamen sceptrum appellandum est :
nam hac ratione omnes fere populi a Roma-
nia subacti dicendi sunt retinuisse sceptrum.

Facile enim hoc illis relinquebant, ut habe-
rent instar senatus domestici, & apud judices
gentiles certarent suis legibus. Videndus Ce-
cero 2, in Ver. cap. 13. & lib. 6, ad Attic.
epist. 1. & 2. At Judaicam gentem post Pom-
peji victoriam Mithridaticam, hoc est, 68.
annis ante Archelaum relegatum, elocatam,
(id est, stipendiariam, publicanique traditam)
& servam vocat Cicero pro Flacco cap. 28.
Nec profecto post hunc easum Archelai sce-
ptrum apud eos manere debuit, quum jam
adesset Mebias rex aeternus.

²³ Archelai] Herodis Magni filii, & succe-
soris, quo Viennam in Gallia relegato, re-
busque ejus in fiscum Augusti Caesaris redi-
cis Judæa desuit habere regem, aut ethnarcham,
& provincia facta est.

(bb) Intelligit Auctor noster τὸ Ἀκουμ-
πονεύματα Μυσῶν τῷ Φιλορόφῳ, scripta à
Pollione ; de quibus SUIDAS, voce Πολλίων.
Vide JONSIUM, De Scriptoribus Hisb. Phi-
los. III. 7. Unde autem petitum sit fragmentum
illis Operis, in quo verba ab Auctore
nostro adlata existant, quum haec tenus ignoras-
sem, reperi forte apud STOBÆUM, Scrm.
XLVI. pag. 336. init. ubi refertur egregia
oratio Mysonis ad Regem quemdam Syrie. Et
quamvis neque heic, nec alibi, in illis Col-
lectaneis, quod quidem sciām, dicta Mysonis,
tamquam e Commentariis Pollionis, landen-
tur ; merito tamen inde petita conjicit noster.
J. B.

G R O-

res, & magistratus. Sic in Bithynia proconsulari provincia Apamæa civitas privilegium habuit ^a + suo arbitrio tempuplicam administrandi, ut ^a Plinii epistolæ nos docent, & ^b alibi, Bithynis sui magistratus, suus senatus. Sic & in Ponto ^c Amisenorum civitas legibus suis utebatur Luculli (cc) beneficio. Gotthi victis Romanis leges reliquerunt Romanas.

XI. 1. Hujus indulgentiæ pars est, p + avitæ religionis usum victis ^d + nisi persuasis non eripere: quod ut victis pergratum, ita victori innoxium probat Agrippa oratione ad Cajum, quam ^d Philo recitat in legationis suæ renunciatione. Et apud Josephum, tum ipse ^e Josephus, ^f Titus Imperator rebellibus Hierosolymitis objiciunt, quod Romanorum beneficio sacris suis tanto cum jure uterentur, + ut templo alienigenas arcere possent, etiam capitinis periculo.

2. At si falsa apud victos religio, + ne vera opprimatur, recte curabit victor: quod Constantinus fecit fractis Liciniæ partibus, & post eum Franci, aliquie reges.

+ XII. 1. Postrema cautio hæc est; ut + in imperio etiam plenissimo, & quasi herili, victi clementer habeantur, & ita ut ^g eorum utilitates cum victoris utilitatibus socientur. Cyrus ^g victos Assyrios jubebat bono esse animo: eandem ipsorum sortem fore, quæ fuisset, mutato tantum rege: mansuras ipsis domos, agros, jus in uxores, in liberos, ut fuisset hæc tenus; quin si quis injuriam ipsis faceret, fe, ac suos vindices fore. Apud Sallustium ^h legimus: populo Romano melius visum amicos, quam servos querere: tutiusque rati ⁱ voluntibus, quam coactis imperitare. Britanni temporibus ^j Taciti delectum, ac tributa, & injuncta imperii munera impigre obibant, + si injuriæ abessent: has ægre tolerabant: jam domiti ut parerent, nondum ut servirent.

2. Priver-

G R O T I I.

O suo arbitrio tempuplicam administrandi] Vide epistolam XCIII. Plinii, & sequentem Trajani libro X. Sinope sub Persis tempuplicam habebat popularem: Appianus Mithridaticis. (pag. 228.) Talis apud Græcos sub Romanis umbra libertatis. Vide Ciceronem lib. VI, ad Atticum, epist. I. Phinium lib. VIII, epist. 24. Evocati ex insula Cypries non liberabat. Cicero ad Atticum V, 21. (De Amis, ton de Sinope, loquitur Appia, ut insipienti patet. J. B.)

p Avitæ religionis usum] Melius est, ibi aliquem Deum coli, quam nullum; ut Severi verbis modo diximus. Sic Gotthi apud Procopium Gotth. II. (c. 6.) dicunt, se ad suam religionem adegitse neminem. (Quod de Severo dicit heic Auctos, retulit supra, ad Cap. 12. §. 6. ex Lampridio, o. 49. ubi paullo aliter verba habent. J. B.)

q Volentibus, quam coacti imperitare] Iace-damnii apud Thucydidem: νομίσου τε τὰς περιάλογας ἔχοντας μάλιστα διανοίδας Βεβαλος,

ἐκ τῶν ἀνταμυνόμενών τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τῷ πολέμῳ, καὶ ἀνέγνη δόκος ἡγεταλαμβάνων, μὴ ἀπὸ τῆς ἑταῖρης, ἀλλὰ ἦν πατέρος τὸ αὐτὸ δραστικός, πρὸς τὸ ἐπικεκριθὲν καὶ αὐτὸς νικήσας πάσας ἀπορεθέντος, μετρίως ἔνταξεῖς: sic existimamus, magnæ inimicitiae ista in firmam concordiam mutari, non si quia se ulciscens, ^k fortuna usus prospereore necessitate alteris imponat jurandi in leges inaequales, sed si cum id facere posset, equitate usus non minore, quam in vincendo virtute, quam potest moderatissime rem transfigat. (Lib. IV. Ep. 19.)

G R O N O V I I.

24 Nisi persuasis] Non meliora docti ultra contentiant in veteres ritus abolendos.

25 Eorum utilitatibus] Ut victi, sed novi sub-

jecti intelligent, idem sibi utile esse, quod ei, cui accesserunt.

(cc) Id narrat APPIANUS, De Belli Mithridati pag. 228. Edit. H. Steph. J. B.

2. Privernas ille in senatu Romano interrogatus, qualem ab ipsis pacem Romani exspectandam haberent: si bonam dederitis, ait ^a, *Ego fidam,*
^{a Liv. lib.} *Ego perpetuam; si malam, baud diurnam: (dd) ratione addita: ne credideris ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, ²⁶ cuius eum peniteat, ducius, quam necesse sit, manjurum. Sic Camillus dicebat, ^b firmissimum imperium esse, quo obedientes gaudeant. Scythæ ^c Alexandro: inter dominum, *Ego servum nulla amicitia: + etiam in pace: ²⁷ belli tamen iuræ servantur. Hermocrates apud ^d Diodorum: κακόν εἰ τὸ μᾶκαν ἐγενέντος πάθειας non tam vincere pulchrum, quam victoria clementer uti.**

^{b Liv.} *lib. VIII. c. 13.* ^{e Annal.} *Steph. XIII. cap. 19. p. 341. Ed. H. VII. c. 8.* ^f Salubris ad victoriæ usum ^g Taciti sententia: bellorum egregii fines, quoties ignoscendo transfigitur. In Cæsar's Dictatoris (ee) epistola: hæc nova fit ratio vincendi, ut misericordia, *Ego liberalitate nos muniamus.*

G R O N O V I I.

(dd) Non ipse Privernas Legatus hanc rationem addidit, sed pars melior Senatus ita responsum in meliore partem interpretata est.
J. B.

²⁶ Cujus cum peniteat] Quam gravem, & duram experiarunt.

²⁷ Belli tamen iuræ] Servorum sunt erga dominos animi hostiles. Festus. Quot servi, tot hostes. Seneca epist. 47.

(ee) Epistola illa reperitur apud CICERO, Lib. IX. ad Attic. post Epist. 2. *J. B.*

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. XV.

Grotius supra capite VIII. docuit, *Jure gentium voluntario introducendum esset ut ipsa imperia occupari, & victori acquireti possint, etiam ex iusta causa, & ultra modum debiti, & pœnæ.* Hanc licentiam temperat hoc capite §. 1. tum *ex jure naturæ* (Adde supr. c. 1. §. 1.) tum *ex regulis charitatis. Vid.* §. 2. Indeque monet victores, ut abstineant ab illa licentia juris gentium, & ut potius miscent victores viciis, d. c. 15. §. 3. vel relinquant imperium viciis, §. 4. vel dent illis praesidia d. §. 4. n. 2. §. 5. aut imponant tributum. §. 6: periculosam enim esse mutationem

formæ, §. 7. & 8. Si tamen assument dum imperium præfata necessitas, & periculum jubeat, suadet ut vel pars eis relinquantur, §. 9. vel libertas aliqua, §. 10. præcipue inquitu religionis, §. 11. denique commendat clementiam, §. 12. Nostra principia vide supra cap. 8. pag. 106.

AD §. L

Quia in singulorū]” Ab hoste captos;
pam de illis egit capite præcedenti.

Tanto

Tanto magis in populos, aut in populorum partes] " Scilicet, bello victas.

Quanto in multos insignior est, & injuria] " Major enim est injuria, quæ in plures committitur, quam quæ in singulos.

Et beneficentia] " Qua pluribus benefacimus.

Justo bello] " Diximus alibi, frustra de justicia belli inter gentes queri in pro cesso bellico, quia utraque suam causam justam esse contendit.

Ita & jus imperantis in populum] " I. e. jus regis bello victi.

Et jus, quod in imperio habet ipse populus] " Adeoque imperium ipsum, & omnina jura publica. Conf. L. 3. c. 8. §. 1.

Quatenus fert aut pœna nascentis ex delicto, aut alterius debiti modus] " Hunc perpetuum errorem Auctoris sèpius jam notavimus. Jure naturæ in hostem omnia ligent, tum ex necessaria defensione, quia reparare injuriam nobis illatam tenetur; reparata autem non est quamdiu alter resistit, & res in pristinum securitatis statum restituta non est: tum in pœnam, quia omnis hostis, qui res nostras rapit, qui cives nostros interficit, &c. criminis reus est.

Quibus addenda est causa vitandi periculi summi] " Immo futurum periculum, ejusque metus, non jus dat auferendi imperii. Nos alibi exposuimus veram rationem, cur imperia quoque bello queri vitori possint. Vid. supr. cap. 8.

Sed hac causa plerumque cum aliis miscetur] " Vel allegari non solet.

Quia tamen ipsa tum in pace constitunda] " Victor enim in pace constituenda attentus est debet, ne a victis immixtus periculum.

Tum in utendo victoria] " Si enim victa civitas non peccavit aliquid insigniter, sed tamen salvus esse victor non potest, aut non stabile imperium acquisitum, nisi duriter victos tractet, hoc casu si misericors est vistor, in suos, & se immisericors est. Cato apud Salust. 32.

Maxime spectanda est] " Nam securitas nostra finis tum pacis, tum victoriae esse debet.

Nam cetera] " Forte vindicta ob damnata, &c.

In publico autem periculo que modus excedit securitas immissericordia est] " Vi-

ctor, qui bello quævit imperium, omnina jura publica, & privata occupat, sed pro lubitu de iis disponere, civitatem destruere, singulos tamquam criminis regos punire, nedum quovis modo securitati publicæ prospicere potest.

AD §. II.

Auctor ex ampla, & auctoritates veterum refert, quibus propagatio imperiorum improbat: at quo sensu id admittendum sit, modo videbimus.

Nihil vicis eripiebant prater injuria licentiam] " I. e. securitati suæ saltem proprie spiciebant: at contrarium exempla primorum Romanorum docent; nam Albæ ruta imperium Albanorum ad Romanos translatum legimus. Liv. I. 1. c. 29. Sic Sabini imperium suum dederunt Romanis. Liv. I. 1. c. 37.

Pacis causa bellum gerunt] " Vide supra. I. 1. c. 1. §. 1. & I. 3. c. 25. per tot. Vera religionis Theologi] " Immo gentilium philosophi quoque id statuerunt: quod non pugnat cum occupatione imperii si hostis per ultimam victoriam in victoris potestatem pervenit.

AD §. III.

Prudens modestia] " Si modestiam appellare licet quod hostibus imperium eripuerint, illudque cum civibus Romanis transtulerint; uti exempla ante allegavimus.

Deinde esset] " Sed sublatto imperio eorum.

Pro alienigenis arcebat] " I. e. Quod indignos eos censerent jurium suæ civitatis.

Sabinorum] " Liv. I. 2. c. 37.

Albanorum] " Liv. I. 1. c. 29.

Latinorum] " Liv. I. 8. c. 13. & 14.

Ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt] " L. 17. ff. stat. bom. Antoninus Pius jus Romanæ civitatis prius ab unoquoque subjectorum peti tum, & taliter ex iis, qui vocantur peregrini, ad Romanam ingenuitatem deducens, hoc ille omnibus in commune subiectis donavit. Nov. 78. c. 5. Nam multi

ta erant beneficia, quæ solis civibus Romanis propriis erant, ut jus patriæ potestatis, &c. quæ Antoninus etiam extraneis, i. e. in provincia formam redactis communicavit, ita ut hi quoque testamenta condere, nuptias contrahere potuerint.

Vid. Rutilii Numantiani versus apud Gron. b. Conf. Lips. de magnit. Imp. Rom. L. 1. c. 7.

Roma communis patria] L. 33. ff. ad Mun. Jam olim, & ab antiquis temporibus ita vocata fuit. Liv. l. 3. c. 66. Et l. 23. c. 5. Plin. l. 3. c. 5. Quo autem sensu id accipi debeat, explicavi in Jure meo controversio civili tit. de judic. q. 9.

A D. §. I V.

VICTIS aut regibus, aut populis relinquere Imperium] Hoc ad prudentiae regulas, vel humanitatis præcepta pertinet. Jure naturæ enim per ultimam victoriam omne jus in victorem transfertur, ita ut de victis hostibus, eorumque jure disponere pro lubitu possit.

Prater gloriam] Similia lege apud Justinian. l. 2. c. 3. l. 15. c. 1. Et 2. l. 31. c. 8. Cramer. bor. subces. cent. 1. c. 78.

Maximas per Graciam laudes] Intererat autem Antigoni, Graecorum sibi conciliare amicitiam.

Cappadociis] Maluerunt autem esse sub rege, itaque Rex eis a Romanis datum est Ariobarzanes.

Et multi populi post bellum relieti liberi] Exempla late cumulavit B. Parens in tract. de Autonomia juris gentium c. 15. Et seq. & in quo libertas illa publica consistat, explicat d. c. 15. §. 3. seq.

Libera cum suis legibus est] Nam proprie libertas publica intelligitur, si cives provinciæ devictæ suis legibus vivere, & quod e re sua provincie est, decernere possunt, dict. tract. de Autonomia, Et c. 15. §. 3. Et c. 4. §. 7. seq.

A D. §. V.

SIMUL cum concessione imperii consultum vittorum securitati] Hæc dependent a pacto cum viciis inito, vel a regulis prudentiæ: vicii post ultimam victoriam quamvis legem accipere tenentur.

A D. §. VI.

A D securitatem Et viatoris, Et viti, in posterum pertinet] Vid. Gron. b. Equitem imperium viciis relinquere sub onere tributi potest. Hoc vero dependet ex arbitrio bellum gerentium, quamdiu bellum durat; at si per ultimam victoriam imprium quæsitum est, ex arbitrio victoris. Exempla regnorum, quæ tributum solvere runt, vide supra L. 1. c. 3. §. 22. & apud Schult. in tractatu de Polonia nunquam tributaria. Conf. Liv. 45. c. 18. 26. Et 29. Unde apparet, neque ad factorum sumtuum restitutionem, neque ad securitatem victoris vel vicii id pertinere, sed totam rem dependere vel a consensu su partium, vel a lege victoris.

A D. §. VII.

Sed Et sepe consilii] Quia magna imperia saepe mole sua ruunt. Sed hæc ad prudentiæ regulas, non ad jus naturæ pertinent.

Termini sacris] Vid. Gron. b. Sed hoc ad fines privatorum, non imperiorum pertinet.

Ad quietem; Et certam pacem nibil utilius, quam suis se finibus tenere] Diximus, institutum hoc non pertinere ad fines gentium devictarum. Nam si haec gentes nostro imperio subjiciuntur, fines illi justo titulo nostri sunt.

Repudiatos] Quia bella inde sibi orientura providebant, adeoque utile ipsis non videbatur, oblata imperia recipere.

Aliis etiam reges datos] Sub inæquali foedere, de quo supra l. 1. c. 3. §. 21. l. 2. c. 15. §. 7. n. 3.

A D. §. VIII.

TANTUM eas republica uti volebant ad suam accommodata] I. e. ne regibus se submitterent, quos tyrannos vocabant.

Sub primorum potentia] Vid. Gron. b. Ita enim devictis Athenis imponunt continuo 30 rectores excussa plebis potestente. Inst. 5. 8.

Sed ejusmodi mutationes an ad victoris securita-

curitatem faciant, &c.] „ Neque haec tr-
„ etatio ad juris prudentiam, sed ad poli-
„ ticam pertinet. Nos querimus, quid in
„ populum devictum liceat, non quid uti-
„ le sit in eum statuere. Victor igitur ju-
„ re natura quasvis leges victo imponere,
„ adeoque & formam imperii mutare pot-
„ est.

A D §. IX.

*Ut aliquid imperii relinquatur ipsi, aut
ipsum regibus]* „ Hoc itidem depen-
„ det vel ex pacto partium, vel ex lege
„ victoris: priori casu prout partes de suo
„ jure disponunt, ita jus est; posteriori ca-
„ su victo nil nisi obsequii gloria relicta
„ est.

Sic apud Judæos] „ Late statum Judæo-
„ rum sub Romanis exposuimus supra l. I.
„ c. 4. §. 7. ubi dictum est, sceptrum Judæo-
„ post Herodem omnino ablatum, & Hero-
„ di alium Judæ regem non successisse.
„ Nec Archelaum vere regem fuisse. Conf.
„ B. Par. Autonom. jur. gent. c. II. §.
„ 5. seq.

Sed ut regem regi] „ Persæ, quia reges
„ illis serviebant, reges regum vocari sole-
„ bant. *Marcel.* 17. 10. & l. 19. 4.

Sicut veteribus possessoribus agrorum pars] „ Vid. L. 2. c. 8. §. 3. & c. 13. §.
„ 4. n. 4.

A D §. X.

*RELINQUI illis possunt circa res pri-
vatas, & publicas minores]* „ Civitas libe-
„ ra bello victa fit membrum immediatum
„ civitatis vetricis, eoque imperium ejus
„ definit: neque consors est juriū imperii,
„ aut comitiorum; sed sequitur arbitrium
„ victoris, qui vel novas leges civitati da-
„ re, vel eas, quas habet, ei relinquere
„ potest.

Suo arbitrio rempublicam administrandi]
„ Plenius hæc omnia illustravit B. Parens
„ de Autonom. juris gentium cap. 13. & 14.

A D §. X I.

Avit & religionis usum] „ Immo victor
„ cultum publicum mutare potest, ac pro-
„hibere ne avita religione publice utantur.
„ Nam omnia jura publica, adeoque etiam
„ jura circa sacra victori acquiruntur.

Nisi persuasis] „ Vid. Gron. b Dixi, in
„ genere licere religionis usum publicum
„ eripere victimis.

*Ut templo alienigenas arcere possent etiam
capitis periculo]* „ Insigne hoc privilegium
„ fuit Ecclesiæ, eoque majus, quia ipsi quo-
„ cum Romanorum subditi sub ea lege non
„ intrandi templum comprehendebantur.

Ne vera opprimatur, recte curabit victor] „
„ Dictum jam est, id dependere ab arbi-
„ trio victoris.

A D §. XII.

*Auctor denuo commendat clemen-
tiam in victimos, quibus adde ea, quæ l.
„ 3. c. 10. §. 1. & c. 11. per tot. & §. 7.
„ n. 1. c. 12. per tot. & §. 8. c. 13. §. 4.
„ c. 14. per tot. & §. 3. & 4. hanc in
„ rem dicta sunt.*

In imperio plenissimo, & quasi berili] „
„ I. e. ubi imperium est in patrimonio vi-
„ ctoris.

Si injuria abeffent] „ Quas ex querelis
„ Britannorum recentet *Tacitus* d. l. c. 15.

*Etiam in pace belli tamen jura servan-
tur]* „ Atque hoc jure nititur jus postlimi-
„ nii ubi servus etiam in pace ad suos re-
„ versus pristina recipit jura. *Vid. supra*
„ cap. 9.

CAPUT.

C A P U T X V I.

Temperamentum circa ea, quæ jure gentium postliminio carent.

I. Internam justitiam exigere, ut redantur quæ hostis noster alii injusto bello eripuit.

II. Exempla.

III. An quid deduci possit.

IV. Etiam populos subditos, aut popu-

lorum partes reddendas his, quorum fuerant, si ab hoste injuste occupati sint.

V. Quo tempore obligatio reddendi extinguatur.

VI. Quid faciendum in dubia causa.

+ I. i. + **Q**uousque + ex bello justo res capientiū fiant, diximus supra; + quibus de rebus deducenda sunt quæ recipiuntur postliminii jure. + sunt enim hæc ² pro non captis. At + quæ bello injusto queruntur, + restituenda diximus, nec ab iis tantum, qui ceperunt, + sed & ab aliis, ad quos res quoquo modo pervenit: + nemmo enim plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habuit, ajunt

^a L. 27. + juris ^a Romani auctores; quod + Seneca ^b breviter explicat, *nemo nox. vñ. l. potest quod non habet dare.* ³ + Dominium internum non habuit qui priso. *D. de mo cepit:* + quare nec illud habebit ⁴ qui causam ab ipso obtinet: *acq. rer.* + dominium ergo secundus, aut tertius possessor accepit, + quod docendi

^b Lib. V, causa externum vocamus, id est, ⁵ commodum hoc, ⁶ + ut ubique judicaria auctoritate, ac manu, pro domino tuendus sit: + quo tamen si

^c L. 27. utatur adversus eum, cui res malo facto erepta est, + faciet non probe. *D. de capt.*

2. Nam quod de servo, ^c qui a latronibus captus mox ⁷ ad hostes pervenerat, + responderunt ⁸ jurisconsulti nobiles, verum esse, eum sub Regiu de reptum esse, + nec quod hostium fuisset, + aut postliminio rediisset, + ei ali. *Jupern.* rei ⁹ impedimento esse, + idem ex naturali jure respondendum est de *dijst.* ³¹ eo, qui bello injusto captus, mox bello justo, + aut alia ratione in alte- ^{22.} rius venit potestatem: ^d + nam in jure interno + bellum injustum la- troci-

G R O N O V I I.

¹ **Q**uibus de rebus] A quibus excipienda, quæ in patios fines reversa pristinum statum recuperant.

² *Pro non captis*] Fingit enim postliminium, eas res nunquam in potestate hostium fuisse.

³ *Dominium internum*] In jure naturæ, ac civili fundatum.

⁴ *Qui causam ab ipso*] Jus suum derivat.

⁵ *Commodum hoc*] Hac parte, vel ad hoc.

⁶ *Ut ubique judicaria*] Ut qui possidet rem

armis captam, sive ceperit ipse, sive a capiente bono modo natus fit, quocumque veniat, quemcumque apud judicem ea de re compelletr, vincat, & non modo sententia judicis, sed & vi iudiciorum, aut militum, in ea possessione defendantur.

⁷ *Ad hostes*] Quibus victis venum ierat.

⁸ *Jurisconsulti nobiles*] Labeo, Ofilius, Trebatius.

⁹ *Impedimento esse*] Adeo ut usucapi ab emitore non possit.

trocino nihil distat. Atque in hanc sententiam ex facto consultus re. a. Can. X.
spondit ^a Gregorius Neocæsariensis; ^b cum Pontio quidam res civium a
barbaris captas receperissent.

II. I. ^c Reddendæ ergo res tales his, quibus fuerant erexitæ; ^d quod & factum sepe videmus. Livius ^e cum retulisset a L. Lucretio Tricipi- b Lib.
tino victos Volscos, & Eques, ^f expositam, ait, in campo ^g Martio III. c. 10.
prædam, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. Idem ^h cum e Lib. IV.
narrasset, Volscos a Posthumio dictatore fusos: præda pars sua ⁱ cogno- c. 29.
scientibus Latinis, atque Hernicis reddita: partem sub hasta dictator vendidit. 4 Lib. V.
Alibi ^j biduum ad recognoscendas res datum dominis. Idem ^k ubi Samni- c. 16.
tium de (aa) Campanis victoriam narraverat; quod latissimum victoribus e Lib. X.
fuit, captivorum recepta septem milia, & quadringenti: præda ingens so- ciorum: ^l accitique editio domini ad res suas noscendas, recipiendaque præ- f Cap. 36.
stitura die. Mox ^m simile recitat factum Romanorum: Sannites Inter-
minam coloniam Romanorum occupare conati urbem non tenuerunt: agros depo-
pulati cum prædam aliam inde mixtam hominum, atque pecudum, colonoisque
captos agerent, in vicorem incident consulem ab Liceria redeuntem, nec præ-
dam solum amittunt, sed ipsi longo, ac impedito agmine incompositi ceduntur.
Consul Interamnam editio domini ad res suas noscendas, recipiendaque con-
vocatis, exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus. Alibi ⁿ de g Lib.
præda agens, quam ad Ilipam Lusitanæ urbem Cornelius Scipio ceperat, XXIV. c.
sic ait idem scriptor: ea omnis ante urbem exposita est, potestasque dominis ^o
res suas cognoscendi facta: cetera vendenda questori data: quod inde effectum
est, militi divisum. Post pugnam T. Gracchi ad Beneventum: præda om- 16.
nis, præterquam hominum captivorum, militi concessa est, & pecus exceptum ^p
est, quod intra triginta dies domini cognovissent, eodem ^q Livio auctore.

2. De ^r L. Emilio Gallorum victore ^s Polybius ^t Martio prædam iis reddidit, a quibus abacta fuerat. b + Idem fecisse Scipionem, ^u Plutarchus, & ^v Appianus narrant, cum Carthagine capta multa ibi invenisset + donaria, quæ è Siciliæ urbibus, & aliunde Poeni eo advexerant. Cicero ^w Verrina de jurisdictione Siciliensi: oppidum Hieronam Carthaginenses quondam ceperant, quod fuerat imprimis Sicilie cl- b Lib.
rum, XXV. c. 16. ^x Hist. L.
^y Plut.
^z apoph. pag.
^{aa} B.
^{bb} Bell.
^{cc} Pun. p. 83.
^{dd} Ed. H.
^{ee} Steph.
^{ff} In Verr.
^{gg} II. 35.

G R O T I I.

G R O N O V I I.

a Gregorius Neocæsariensis] Sequuntur Petr. de potestate principis c. 3. quart. 4. Brunius de homagiis concl. 24.

b Idem fecisse Scipionem, Plutarchus, & Ap- pianus narrant] Etiam Diodorus Siculus excep- ptis Peirescianis. (Pag. 345.) Et Valerius Ma- ximus lib. V. cap. 1. num. 6. Africani quoque posteriori humanitas specie, lateque patuit. Ex- pugnata enim Carthaginem circa Sicilie civitates literas misit, ut ornamenta templorum suorum Penus rapta per legatos recuperarent, inque pri- sedibus reponenda curarent.

10 Martio prædam] Hostibus, qui eam per incursionem in Rom. as sociorum fines egerant, erexitam.

11 Cognoscientibus] Quod privati, quibus ab- latum erat, suum fuisse ostendere poterant, & se pro suo nosse fidem faciebant.

12 Accitique editio] Affixis in publicis ta- bellis vel libellis.

13 L. Emilio] Papo. Flor. 2, 4.

(aa) Immo Romanorum de Samnitibus, qui agrum Campanorum populabantur. Inspice lo- cum à me in ora libri distinctè designatum.

rum, & ornatum Scipio, qui hoc ¹⁴ dignum populo Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare, Siculis omnibus, Carthaginem capta, quae potuit, restituenda curavit. Idem late satis id ipsum ^a Scipionis factum prosequitur Verrina ¹⁵ de signis. + Rhodii ^b naves quatuor Atheniensium captas a Macedonibus, recuperatasque Atheniensibus reddiderunt. Sic Phaneas Aetolus ^c restitui Aetolis æquum censebat quæ ante bellum habuissent. ^d + Nec negabat T. Quinctius, si de urbibus bello captis ageretur, & societatis leges non rupissent Aetoli. Etiam bona ^e olim consecrata Ephesi, ^f quæ reges sua fecerant, Romani in libro XIV. veterem statum restituerunt. ^g pag. 642.

III. I. Quod si ¹⁷ commercio res talis ad aliquem pervenerit, + poteritne is ei, cui res fuit erupta, pretium a se numeratum ¹⁸ imputare? ^a L. II. consentaneum est his, quæ alibi ^b diximus, posse imputari, + in quant. io. §. 9. tum ipsi, qui rem amiserat, valitura fuerat desperatæ possessionis recuperatio. Quod si tale impendivit repeti potest, + quidni & æstimatio laboris, ac periculi, perinde ac si quis rem alienam in mari perditam ¹⁹ urinando eduxisset? + Apposita ad hanc quæstionem mihi videtur historia Abrahami, cum quinque regum vicit Sodoma rediret: **וַיָּשֶׁב אֹתְךָ בְּלִהְבָד** ^c Genes. XIV, 16. ait ^d Moses, *Reduxit omnes illas res*: nempe quas a regibus captas superius narraverat.

^e Com. 20, 21, 22, 23. 2. + Nec alio referenda conditio regis Sodomorum, quam fert Abraham, + ut captivos redderet, cætera sibi retineret pro labore, & periculo. At ^f ipse Abrahamus ^g vir non pii tantum animi, sed & excelsi,

G R O T I L.

^a Si de urbibus bello captis ageretur] Pompejus Attalo, & Pylæmeni Paphlagoniam reddidit. Eutropius VI. (c. 11.) In federe Pontificis, Imperatoris Caroli V. & Venetorum contra Solimanum convenerat; ut posset quisque reciperet. Paruta VIII. itaque Cephallenia ab Hispanis capta redditum Venetis. Est ad eam rem pertinens locus, & in Anna Comnenæ, ubi de Gothofredo agit. (Lib. XI. c. 6.)

^b Vir non pii tantum animi, sed & excelsi] Bene hoc notavat Jacchiae ad Danielem V, 17. Sulpitius Severus de Abrahamo: *reliqua his, quibus erupta erant, reddidit.* (Hist. Sacr. L. I. c. 5.) Ambrosius lib. I. de patriarcha Abraham: ideo quoniam sibi mercedem ab homine non quæsivit, a Deo accepit. (Cap. 3.) Non multum hinc distant facta Pittaci, & Timoleontis: Pittacus Mityleneus cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur, avertit antum ab eo munere, deforme judicauit, virtutis gloriam magnitudine preda uniuere. Valerius Maximus libro VI, cap. V. num. I. De Timolonte Plutarctus, ἡ τὸ λαζεῖν ἐκ τοιτῶν ἀγέρων, ἀλλὰ τὸ μὴ λαζεῖν χρεῖτον, ἡ περισσία τῆς αἰετής ἐν αἷς λαζεῖν ἐπιδικρύμενό τὸ μὴ δέουσεν non accipere in talibus, turpe, sed non accipere, melius, & Virtutis

eujsdam exuberantis, & in iis, quæ licita sunt, ostendentis, se & his carere posse. (Pag. 277. B.) Confer quæ supra lib. II, c. XIV. §. VI. & hoc libro c. IV. §. I. (Author in hac Nota conjungit Pittacum, & Timoleontem, quasi utriusque factum esset. At vero Timoleon plane contrarium fecit, ut patebit insipienti locum PLUTARCHI, unde vera quædam heic adferuntur. J. B.)

G R O N O V I I.

¹⁴ Dignum populo] Gloriosum, & amplum, convenientiisque laudis avido P. R. ut quæ sacerdotiis fuissent, et si per multa facula ab hostiis possessa, nunc iisdem vicis non ipsi retinerent Romani, quod jure poterant, sed focis redderent.

¹⁵ De signis] Statnis, tabulisque materia, & arte pretiosis, quas Siculis Verres abfulerat.

¹⁶ Quæ reges] Seleucidæ pro imperio sibi vindicando.

¹⁷ Commercio] Emtione.

¹⁸ Impatere] A domino reposcere, si rem recipere velit.

¹⁹ Urinando] Natando subter aquam, vel ad fundum usque. Plin. II, 37. ranas, & phocas diu sub aqua urinari. I. 4. §. 1. Ad l. Rhod. de jacu: submersæ navis merces per urinatores extractæ.

G R O-

si, + sibi quidem nihil voluit sumere: cæterum, de rebus receptis (nam ad eas, ut diximus, spectat ista narratio) + quasi suo jure decumam Deo dedit, + detraxit sumitus necessarios, + & sociis suis partem aliquam tribui voluit.

IV. + Sicut autem res dominio reddendæ fuit, + ita & populi, & ²⁰ + partes populorum + his, qui jus imperii habuerant, + aut etiam sibi, si sui fuerant juris + ante vim injustam. Ita Sutrium receptum, restitutumque sociis, Camilli ævo, + ex ^a Livio discimus. + Æginetas, & Melios suis urbibus restituerunt ^b Lacedæmonii. Graciæ civitates, quas Macedones invaserant, + a Flaminio redditæ libertati. Idem & in colloquio cum Antiochi legatis + æquum esse censuit liberari Asiae urbes, quæ Graji essent nominis, quas Seleucus Antiochi proavus bello ceperat, amissas receperat idem Antiochus: neque enim in *Æolidem*, *Ioniamque coloniae* ²² in servitatem regiam missæ sunt, ajebat, sed stirpis aucti-
genda causa, gentisque vetustissime per arbem terrarum propaganda.

V. Solet & de temporis spatio quæri, ²³ + quo reddendæ rei obli-
gatio interna possit extingui. Sed + hæc quæstio inter ejusdem imperi
cives definienda est ex legibus ipsorum; (si modo illæ internum jus con-
cedunt, + non in externo solo consistunt: quod ex verbis, & proposito
legum, prudenti inspectione colligendum est:) + inter eos vero, qui
alii aliis externi sunt, ex sola conjectura derelictionis, de qua diximus
alibi, quantum instituto nostro sufficit.

VI. Quod si valde ²⁴ + ambiguum sit jus belli, optimum erit ^f + A-
rati Sicyonii consilium sequi, qui partim novis possessoribus persuasit
ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent; partim veteribus
dominis, ut commodius numerati sibi quod tantum esset, quam
sum recuperare.

G R O T T.

Auctor noster proponit. J. B.)

^e *Ita & populi*] Exules Saguntini post sex annos a Romanis restituti. Antoninus Caffii bello in servitatem redactos liberos esse jussit; bona dominis reddi. Sic Calatrava militibus, quibus crepta a Mauris erat, reddita a rege Castellæ, aliisque. *Mariana* lib. XI. (Cap. 25.) Confer quæ *Inpro hoc libro cap. X. §. 6.* (Nescio unde Auctor habeat quæ de Sa-
guntinib[us] exsulibus, & de captis in bello Avi-
tii Caffii, heic refert. Circa priores ali-
quid repertus apud *LIVIUM*, Lib. XXVIII.
c. 39; in *Oratione Legatorum Saguntinorum*:
de aliis antem in Vità *M. Aurel. Antonini* &
JULIO CAPITOLINO scripta, Cap. 25.
quanquam non ita dilerte res ibi narretur, ac

^f *Arati Sicyonii consilium sequi*] Quod fecit rex Ferdinandus memorante *Mariana* libro XXIX, c. 14.

G R O N O V E I.

²⁰ *Partes populorum*] Privati, vici, pagi.

²¹ *Aut etiam sibi*] In libertatem restituendi.

²² *In servitatem regiam*] Ut Afaticis regi-
bus servirent.

²³ *Quo reddendæ*] Bello injusto captum, quasi
suum captum, etiam conscientiam obligare ad
restituendum definit.

²⁴ *Ambiguum sit jus belli*] Difficile sit de-
cernere, iusta causa belli, nec ne fuerit.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTTII

LIB. III. CAP. XVI.

ALISI diximus, Auctorem injuria arguere JCTos Romanos, quod con-
siste nimis materialis de postliminio tra-
ctaverint. *Vid. l. 3. c. 9. §. 1.* Diximus,
principia Grotii circa jus postliminii ad-
mitti non posse; quod vel ex eis, que
Auctor hoc capite tradit, magis perspi-
ceum fiet.

„Grotius capite IX. circa jus postliminii
distinguit inter leges *juris naturae*, & sta-
tuta *jure gentium*.

„*Jure naturae* cum, qui ex *justa causa*
„belum gerit, ac res hostis sui capit, do-
„minium acquirere, sit, ad compensatio-
„nem tantum ejus, quod debetur. *Vid. l.*
„3. c. 9. §. 1. *Supr. pag. 145.* Excipit autem
„res, quæ a pliſtino domino recipiuntur;
„has enim *jure postliminii* recipi putat,
„quia res has pro non captis haberi, fin-
„git. *Vid. §. b. pr.*

„Is autem, qui ex *injusta causa* bellum
gerit, nullum, ex hypothesi Auctoris,
jus in res captas acquirit: immo restitu-
re eas domino tenetur. Adeoque domi-
num, si res illas recipit, non *jure postli-*
miii, sed ipso *jure* eas recipere putat.
Supr. pag. 145.

„Addit., Jus hoc NATURÆ haftenps
JURE GENTIUM VOLUNTARIO
mutatum esse, ut ei quoque, qui ex *in-*
justa causa rem capit, dominium aliquod
externum a gentibus tributum sit; ejus-
que effectum esse, ut capiens non tene-
atur rem priori domino, etiam justam
causam habenti, restituere, nec recipiens
eas ipso *jure* recipiat, sed *jure postli-*
mii: adeoque res has receptas *jure gen-*
tium itidem pro non captis haberi. *Vid.*
§. b. pr. & supra pag. 145.

„Alibi notavimus, distinctionem inter
„bellum justum, & injustum, inter duas
summas potestates, quarum utraque suam
causam justam, alterius injustam afferit,
usum non habere, nec jus certum ex
ea statui posse; sed suspendi durante bel-
lo justitiam causæ: indeoque utrumque
agere, ac si jure bellum gerat.

„Hoc principio positio, cuiusque judi-
cium valet in sua civitate; adeoque res
NOSTRAE captæ, & receptæ, POSTLIMI-
NIOS gaudent, quia ex judicio nostræ ci-
vitatis *injuria* captæ sunt, *l. 19. pr. cap. 5.*
„Econtrario res hostis captæ si ad hostem
revertuntur, itidem POSTLIMINIO reci-
piuntur, quia ejus judicio res a nobis
injuria captæ dicuntur, *dict. pag. 145.*

„Certissimum igitur est, POSTLIMINIUM
ab utraque parte, (non habita ratione
differentiæ inter bellum justum, vel in-
justum) ipsa ratione naturali obtinere.

A.D. §. I.

Quotvs quæ ex bello justo res capien-
tium fiant, diximus supra] • Nimirum,
dominium capienti acquirent saltem ad
compensationem ejus, quod debetur.
Quod examinavimus c. 13. §. 1. §. c. 1.
§. 1.

Ex bello justo] , Ubi is, qui capit, ju-
stam capiendi causam habet.
Quibus de rebus deducenda sunt qua re-
cipiuntur postliminii jure] • Jus ergo post-
liminii saltem obtainere putat si res,
quæ ex JUSTA CAUSA mihi erupta est,
a me recipitur. Quod non tantum cum
ratio-

ratione juris postliminii, sed & cum principiis Auctoris pugnat.
 Postliminium enim ideo introductum est, quia res injuria mihi est ablata, *i. e.* 19. *ff. captio.* Si igitur justo bello mihi eripitur (ponamus enim, de justitia causa constare certo posse) tota ratio postliminii cessat; hostis enim, qui ex justa causa capit, injuriæ accusari nequit. Sed & ipse Auctor concedit, hostem, qui ex justa causa capit, dominum fieri rei capit; hoc dominium per redditum ad eum, qui injuriam fecit, tolli nequit, neque hic dominium, quod jure amisit, prætextu postliminii, & ex fictione quasi res nunquam capta videatur, recuperari nequit.

Sunt enim pro non captis] Atque ideo jure postliminii recipiuntur.

Quo bello injusto] Quod ex causa injusta geritur.

Restituenda diximus, nec ab iis tantum, qui ceperunt] Quia injuria nobis id, quod nostrum est, eripuerunt.

Sed & ab aliis, ad quos res quoquo modo pervenit] Si forte hostis noster injuria capta amicis nostris vendit, donat, &c. hos quoque ad restitutionem teneri, ait.

Nemo enim plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet] Capiens autem non habuit jus, quia injusto bello, adeoque injuria cepit.

Juris Romanii auctores] Vid. l. 54. Reg. jur. l. 19. ff. Qui & a quib. l. 20. ff. A. R. D. Conf. Barbos. l. 4. c. 2. n. 2. Seneca] Similia lege apud Lactantium Inst. l. 15. & Livium l. 26. c. 35.

Dominium internum non habuit qui primo cepit] I. e. dominium, quod jure naturæ tale est, & in conscientia tutum reddit. L. 3. c. 10. §. 3. Bello enim justo, adeoque injuria cepit.

Quare nec illud habebit qui causam ab ipso obtinet] Res enim in hunc transit, cum suo vicio.

Dominium ergo secundus, aut tertius possessor accepit, &c. externum, &c.] Quod scil. ex constituto gentium eis, qui ex injusta causa bellum gerunt, concessum est, & quod possessorem in conscientia tutum non reddit. Vid. supr. c. 6. §. 2.

Quod docendi causa externum vocamus] Cujus effectum hunc esse, fingit, ut qui

ex injusta causa capit, non possit ab aliis gentibus tanquam fur, & prædo puniri. L. 3. c. 4. §. 2. &c. Sed ut a qualibet gente in possessione rerum talium defensione debeat. Vid. supr. c. 6. §. 2.

Ut subique judicaria auctoritate pro domino tuendus sit] D. c. 6. §. 2. Cum jure naturæ alter potius defendi debeat, cui injuria res erecta est.

Quo tamen] Jure scil. externo.

Faciat non probe] I. e. peccabit contra justitiam internam, nec tutus erit in conscientia.

Equidem sententia Auctoris de restituenda re, quæ ad amicos pervenit, admitti posset si de belli justitia, vel injuria, inter duas summas potestates constaret. Cum vero illis, qui medii sunt, judicium in illas gentes non competit, immo pacati alterius causam probando hostes se declaraturi essent, frustra distinguitur inter bellum justum, & injustum.

Adeoque naturali quoque ratione medium utriusque factum pro jure habent, i. e. suspendunt judicium de causæ justitia, cujus rei effectus est ut res maneat in eo statu, quo fuit cum ad medianum fines pervenit.

Si proinde res nobis ab hoste erecta per hostem ad medios pervenit, pro jure capta habetur, adeoque nostræ civitatis rem illam vindicare volenti, restitui non debet: neque hic de justitia, vel injustitia causæ queritur, quia medius judex non est.

At si eadem res a Mediis ad nostras pervenit limites, postliminio recipitur, pristinoque domino restituenda est. Res enim ad medios pervenit cum sua causa, i. e. cum spe postliminii. Quod adeo verum est, ut medii factum nostræ civitatis pro jure habere debeant; nec si res illa ad eosdem medios postea denouo perveniat, retinere eam possint.

Responderunt nobiles Jurisconsulti] Latrones Romanis servum eripuerant; postea ea is servus ad Germanos, hostes Romanorum, pervenit, quibus videlicet servus ille receptus, & Romæ venditus fuit: queritur, an servus pristino domino, cui surreptus fuit, restitui debeat? Merito Jurisconsultus id affirmat, quia injuria surreptus fuit, adeoque ipso jure absque postliminio recipitur: ita ut nec usuca-

M m 3 , pio

„pio ei obstet, quia res furto ablata usu.
„capi nequit.

„Nec obstat, servum hunc surreptum
„postea ad hostes pervenisse, atque ab his
„demum receptum esse, adeoque jus pri-
„stini domini extinctum fuisse. Resp. Ja-
„volenus non impedimento id esse, ait,
„quia res ad hostem pervenit cum suo vi-
„tio; hoc ipso enim res non desinit esse
„furtiva.

„Neque porro obstat, servum postlimi-
„nio rediisse, adeoque ab eo tempore U-
„sucaptionem procedere. Sed nec id impe-
„dit, quo minus emtor servum restituere
„teneatur, quia nondum postliminio redi-
„sse videtur quamdui in potestatem prior-
„ris domini non rediit; tamdui igitur fur-
„tivus manet.

*Nec quod hostiam suisset] „ Servus enim
„a latronibus surreptus ad Germanos Ro-
„manorum hostes pervenerat.*

*Aut postliminio rediisset] „ Vicitis enim
„Germanis servus ille receptus, & Romæ
„venditus fuit*

*Ei rei impedimento esse] „ Quo minus scil.
„non obstante usucaptione, emtor eum re-
„stituere debeat pristino domino.*

*Idem ex naturali jure respondendum est
de eo, qui bello injusto captus mox bello ius-
tis, &c. in alterius venit potestatem] „ Immo dissimilis ratio. Surreptus a latro-
„ne omnium consensu, & judicio, adeo-
„que naturali jure injurya capitur. Quod
„de bello capto afferi nequit; ibi enim
„hostis jure captum ait: & hoc judicium
„non tantum valet in ejus civitate, sed
„apud socios quoque, & pacatos, & qui
„causam ab hoste habent. Servus igitur,
„qui ad medios pervenit, pro servo ha-
„betur, nec pristino domino restituui de-
„bet.*

*Cum vero ex judicio nostræ civitatis
„servus ille injurya captus dicatur, idque
„judicium naturali ratione valeat in no-
„stra civitate, certum est, eum, qui bel-
„lo captus alio bello ad medios, & inde
„ad nostram civitatem pervenit, domino
„pristino restitui debere, pervenit enim
„ad medios cum sua causa, i. e. cum spe
„postliminijs.*

*Aut alia ratione] „ Scilicet, per com-
„mercia, vide supra c. 9. §. 2. n. 2. quia*

„res acquiritur cum sua qualitate, & con-
„ditione. Conf. §. seq.

*Nam in jure interno] „ I. e. jure natu-
„ræ.*

*Bellum injustum latrocino nibil distat] „ Repetit id Auctor L. 2. c. 1. §. 1. n. 3.
„c. 22. §. 2. §. 3. Et admitti id posset
„si alter de injustitia causæ convenit, vel
„si bello alter victus est. At quamdui par-
„tes litigant, frustra queritur de justitia
„causæ, quam uterque sibi assertit.*

*Cum Pontici quidam res civium a barba-
„ris captas receperissent] „ Immo ratio deci-
„dendi non est, quod injusto bello capti
„fuerint; de eo enim constare inter duas
„gentes non potest: sed ratio naturalis
„est, quod ex judicio nostræ civitatis res
„injuria capta fuerit, adeoque recepta jure
„postliminii pristino domino restitui de-
„beat.*

AD §. II.

*REDDENDA igitur res tales] „ Dixit i
„, enim §. preced. quæ bello injusto quæ-
„runtur restituenda esse ab iis, qui cepe-
„runt, & ab aliis, qui causam a capien-
„tibus habent.*

*Quod § factum sepe videmus] Quan-
„quam jure gentium aliud statutum fin-
„iat. Vid. Supr. c. 9. §. 2. n. 2.*

*Expositum, at, in campo Martio] „ In
„hoc, & sequentibus exemplis, agitur de
„rebus, quæ hostis nobis, vel NB. sociis
„nostris eripuit. Haec enim si recipiuntur,
„pristinis dominis restituendæ sunt, non
„ex ea ratione, quod Volsci, & Etruri,
„&c. justam belli causam non habuerint,
„quis enim judex ibi fuit? sed quia ex
„judicio civitatis Romanæ res illæ civibus,
„sociisque injurya erectæ fuerunt: quod
„judicium valet etiam intuitu sociorum, si
„res a nostris postliminio recipiuntur.*

*Idem fecisse Scipionem, Plutarchus, § 2
Appianus narrant] „ Scipio ex generosi-
„tate, non ex juris vinculo urbibus Siciliæ
„reddidit prædam, quam olim Carthagi-
„nenses ab eis ceperant. Nam Segestani
„per duo secula jam perdiderant illa orna-
„menta. Cic. Verrin. V. p. m. 239.*

*Donaria] „ Ornamenta templorum. Conf.
„supra L. 3. c. 5. §. 2. n. 3.*

*Rhodii] „ Qui erant socii belli: immo
„civita-*

, civitatis jus mutuo datum fuerat. *Liv. l.*
,, 31. c. 15.

Restitui Aetolis, aquam censebat, que ante bellum babuissent], Causantes, ita in foedere primo cautum esse, ut ager, urbesque captae Aetolos sequentur. *Liv. Lib. 33. cap. 13.* Adeoque Aetoli repetere, re volueri Thebas; quam urbem ex foedere cum Romanis inito ante bellum occupaverant.

Nec negabat T. Quintius, si societatis leges non rupissent Aetoli], Quintius arguebat Aetolos, quod Antiochi societatem, Romanæ præposuerint, societatis leges rupisse, adeoque Thebas populi Romani jure belli factas esse. *Liv. d. c. 13.*

A D S. III.

I P O T E R I T N E i s ei, cui res fuit erpta, premium a se numeratum imputare] , Auctor hanc questionem proposuit supra. *l. 2. c. 10. §. 9.* Eique, qui rem alienam bona fide emit, facultatem concessit deducendi quantum dominus libenter, impensurus fuerat.

In quantum ipsi, qui rem amiserat, valitura fuerit desperata possessionis recuperatio], Ipsa enim facti postessio, præsertim recuperatu difficilis, est aliquid estimabile, & in hoc dominus post rem amissam censemur factus locupletior. *Grot. d. §. 9.*

Quidni & estimatio laboris, ac periculi], Cum periculo enim membrorum, immo vitæ, res hosti eripitur.

Apposita ad banc questionem mibi videatur bistoria Abrabami], Qui pariter ab eis, quæ hosti eripuit, & regi Sodomorum propria fuerant, sumtus impensos deducit.

2 N E C A L I O R E F E R E N D A C O N D I T I O R E G I S S O D O M O R U M] , Immo rex Sodomorum non propter laborem, & periculum, Abrahamo obtulit prædam, sed ex mera generositate. Hinc Abrahamus noluit acceptare, sed servis suis, & sociis saltem impensos statui voluit.

Ut captivos redderet], Sane, neque homines, neque res Sodomorum pro captis haberí potuerunt, quia nondum ad præsidia hostium pervenerant.

Sibi quidem nihil voluit sumere], Ut potuisse sumere pro periculo, & labore,

Quasi suo jure decumam Deo dedit] , Immo decimam non dedit de rebus receptis, sed de præda, quam ab hoste cepit. *Vid. Supr. l. 3. c. 6. §. 1.*

Detraxit sumtus necessarios], Quos in servos impedit.

Et socii suis aliquam partem tribui voluit], Quia eorum labore, & periculo locupletior factus est.

A D S. I V.

S I C U R autem domino res reddenda sunt] , Quæ scil. justo bello receptæ sunt, & quas pro non captis haberi, dixit super §. 1.

Ita & populi], Qui postquam injuria in hostium potestatem pervenerunt, justo bello sese eximunt hostium imperio. Nam hi quoque pristina jura recipiunt.

Et partes populorum], Si provincia, vel civitas ab hoste injuria occupata, in primis statum restituitur.

His, qui jus imperii babuerant], I. e. Regi, aut Principi.

Aut etiam sibi si sui fuerant juris], Adeoque populo in statu populari, si vel propria virtute sese liberarunt. *Vid. Lib. 2. c. 4. §. 4.* vel a sociis hostili imperio eximuntur. *Vid. l. 3. c. 9. §. 9. & l. 2. c. 23. §. 11.*

Ante vim injustam], Quod in privatis observavimus, id quoque in populis juris est. Nimurum, frustra inter duos populos queri, an bellum sit justum, an injustum: uterque enim populus se jure, alterum injurya agere contendit; nulla ergo alia decidendi ratio, nullusque expediendæ rei modus superest, quam ut cedamus, cujusque judicium valere intra fines sui imperii.

, Hoc principio posito populus, qui in victoris potestatem pervenit, ex judicio victoris jure captus, & occupatus censetur. Sed si idem populus vel sua virtute, vel ope sociorum victoris imperio eximitur, ejus judicium valet, indeque omnia pristina jura, quæ injurya se amisisse contendit, jure postliminii recipit.

, Hoc autem jus postliminii saltem obtinet quamdiu bellum adhuc durat. Nam semel finito bello populus ille desit, fit alterius populi pars, forma populi mutatur.

„tatur. Adeoque et si postea per rebellio-
„nem, vel ab alio, victoris imperio exi-
„matur, ac liber populus fiat, non tamen
„pristina jura recipit, sed novus est po-
„plus, novumque imperium. Quod exem-
„plis illustravimus supra cap. 9. §. 9.

Ex Livio discimus] „Sutrium civitas fo-
„cia fuit, quæ a sociis Romanis eodem
„bello, & eodem die exenta hostium im-
„perio fuit, adeoque postliminii jure pri-
„stina libertatem recuperavit. *Liv. l. 6.*
„c. 3.

Eginetas, & Melios] „Sociorum enim
„opere eodem bello liberati fuerunt, eoque
„pristina jura recipiebant.

A Flaminio reddita libertati] „Romani
„enim, civitatum Græcarum socii, tene-
„bantur socios defendere.

Equum esse, censuit, liberari Asia urbes] „Nondum enim jus imperii sublatum erat,
„quia a sociis Romanis defendebantur. *Liv.*
„l. 34. c. 57.

„ibid. §. 7. Nos in allegatis locis proba-
„vimus, ex tali conjectura voluntatis na-
„turali jure dominium non amitti

AD §. VI.

Ambiguus sit ius belli] „Adeoque
„ubi non constat, an res jure, an injuria
„captæ fuerint.

Arati Sicyonii consilium sequi] „Histo-
„ria rei gelta hæc est. Tyranni per 50.
„annos Scionem oppreßerunt. Aratus
„ejecto Nicocle sexcentos exiles restituit,
„qui pristina jura, paternasque possessio-
„nes, & merito, vindicabant. Quia vero
„novæ inde inter possessores, & veteres
„dominos, lites exorituræ fuissent, aliud
„consilium excogitavit Aratus. Rogavit
„pecuniam a rege amico Ptolemæo, & po-
„stea adhibito quindecim principum con-
„silio, causas singulorum examinavit, &
„eorum, qui aliena tenebant, & eorum
„qui sua amiserant: perfectique estiman-
„dis possessionibus, ut persuaderet aliis,
„ut pecuniam accipere mallent, possessio-
„nibus cederent; aliis, ut comodius pu-
„tarent numerari sibi quod tanti esset,
„quam suum recuperare. *Cic. l. 2. offic. c.*
„23. *Plut. in Arat.* Idem quoque fecit
„rex Ferdinandus, ut auctor est *Mariana*
„l. 29. c. 14.

„Auctor suadet, ut si dubium sit ius
„belli, res postliminio receptæ, ad imita-
„tionem Scyonieram vel possessoribus re-
„linquantur, vel dominis pristinis restitu-
„antur, restituto utroque casu pretio. At
„l. Male exemplum hoc ad præsentem
„quæstionem applicatur. Jus belli ibi non
„erat dubium: nam cives a tyrannis,
„adeoque injuria, ejectedi fuere, adeoque
„restituti jure sua vindicabant; neque in
„bello civili postliminio opus est. *L. 21.*
„§. 1. ff. *Post' im.* Sed & 2. difficultissimum
„est hoc remedium, quod Ptolemæum di-
„fissimum regem, & Arato amicum sup-
„ponit, qui grandi pecunia hunc adjuvit.

AD §. V.

*Quo reddenda rei obligatio interna pos-
„fit extinguui*] „I. e. quando res nostræ ci-
„vitatis ex hoste receptæ postliminio ca-
„reant, nec pristino domino restitui de-
„beant.

*Hac questio inter ejusdem imperii cives
„definienda est ex legibus ipsorum*] „Quo
„pertinent omnes modi, quibus domi-
„nium amittitur, sive jure naturæ, sive jure
„civili; de quibus vide *Diff. proœm. VI.*

Non in externo solo consistunt] „Quod
„fieri, Auctor putat, si per usucacionem,
„vel præscriptionem, *L. 2. c. 4. senten-*
„*tia judicis injusta, &c. dominium amit-
tit. L. 3. c. 2. §. 5. n. 1.*

*Inter eos vero, qui alii aliis externi sunt,
ex sola conjectura derelictionis*] „Quam pe-
„ti non ex verbis tantum, sed ex factis,
„& non factis, docuit supra *l. 2. c. 4. §.
3. 4. & 5.* & ad talem conjecturam suffi-
„cere tempus memoriam excedens, dixit

CAPUT

C A P U T X V I I.

De his , qui in bello mediī sunt.

I. *A pacatis nihil sumendum nisi ex summa necessitate , cum restitutione bellantes.*

+ I. **S**Upervacuum videri posset , + agere nos de his , qui extra bellum sunt positi , quando in hos satis constet + nullum esse jus belli-
cum. Sed quia occasione belli multa in eos , finitimos præsertim , patra-
ri solent prætexta necessitate , repetendum hic breviter quod diximus ali-
bi , + necessitatem , ut jus aliquod det in rem alienam , summam esse de-
bere ; requiri præterea + ut ipso domino par necessitas non subsit :
etiam ubi de necessitate constat , + non ultra sumendum , quam exigit :
id est , + si custodia sufficiat , non sumendum usum : + si usus , non
sumendum abusum : si abusu sit opus , + restituendum tamen rei pretium.

II. 1. Moses + cum summa ipsum , & populum necessitas urgeret transeundi per agros Idumæorum ^b , + primum ait , transiturum se via regia , neque deflexurum in arva , aut vineta + si vel aqua ipsorum opus ^{b Numer. XX, 17, § seqq.} haberet , persoluturum se ejus pretium. Idem præstiterunt laudati & Græcorum , & Romanorum duces. Apud Xenophontem ^c Græci , qui cum Clearcho , Persis pollicentur , nullo se damno iter facturos : & si 3 venales conimeatus præberent , neque esculenta se , neque poculenta cuiquam erupturos.

2. Dercyllides , narrante eodem ^d Xenophonite , παρήγετε τὸ σπάρτινον Græc. III. διὰ τῆς φιλίας χάρας , μηδὲν οὐδέποτε τῆς συμμάχους , copias duxit per fines pacatos , 1. §. 8. ita ut nullo detrimento socii afficerentur. Livius ^e de Perseo rege : per Lib. II. c. Phthiotidem ; Achiam , Thessalianique , sine damno , injuriaque agrorum , per 3. §. 12, 13. quos iter fecit , in regnum rediit. De Agidis Spartani exercitu ^f Plutarchus : Ed. Oxon. d Hist. Agid. pag. 801. D. 4 spectaculum erant civitatibus clementer , ac sine noxa , ^g pene ^a fine stre-
pitu peragrantes Peloponnesum. De Sulla ^b & Vellejus : putares venisse in Ita- g Lib. II. liam c. 25.

G R O T I I.

^a *Sine strepitu peragrantes Peloponnesum]* Par testimonium Tito Quintio Flaminio perhibet Plutarclus. (p. 371.)

G R O N O V I I.

ⁱ *Ut ipso domino]* Ut ipse dominus non a-
que re sua indigeat , atque ille , qui attracta-
Tont. IV.

te vult eam.

² *Si custodia]* Si sufficiat , in potestate ha-
bere , ne delibentur , aut carpantur : si hoc
necessum , & fatis fit , ne absumentur ; si &
hoc fieri oporteat , ut justo pretio compensentur.

³ *Venales conimeatus]* Si copia fieret coëmen-
dorum necessariorum a populis , per quos com-
marent.

⁴ *Spectaculum erant]* Cum admiratione con-
spiciebantur.

N n

G R O N O-

liam non belli vindicem, sed pacis auctorem: 5 tanta cum quiete exercitum per Calabriam, Apuliamque cum singulari cura frugum, agrorum, urbitum, hominum, perduxit in Campaniam. ^b De Pompejo Magno ^a Tullius: cuius

^{a Pro lege} ^{c. 13.} ^b Marilia, legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed

^{b Libro} ^{c. 11. n. 7.} ^{c Cap. 50.} ^{d Latin. this,} nec vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur. De Domitiano ita

II. strat. ^b Frontinus: cum in finibus Ubiorum castella poneret, pro fructibus eorum locorum, ^e + quae vallo comprehendebat, pretium solvi jussit, atque ea ju-

stitia fama omnium fidem sibi adstrinxit. De Parthica Alexandri Severi expedi-

cione ^c Lampridius: tanta disciplina, tanta reverentia sui egit, ut non milites, sed senatores transire dicerentur: quacumque iter milites faciebant,

^d tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: ipsum vero ob haec tot, ^e & tanta bona, provinciales ut Deam suscipiebant. ^c De Got-

^d Pacat. ^c ^{32.} Pan-
gyr. vet. ^{XII.} ^e In l.
Conf. Sti-
lic. Lib. I.
ver. 162,
^f seqq. ^b tumultus, nulla confusio, nulla direptio ut a barbaris erat; quin si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, ^e & ^f quam nu-

mero arctaret annonam comparcendo laxabat. Stiliconi Claudianus ^e idem

Tanta quies, jurisque metus servator honesti
Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis,
Aut seges erepta fraudaret melle colonum.

¶ Et Belisario Suidas.

3. + Hoc

G R O N O V I A.

5 Tanta cum quiete] Disciplina, & modestia.

6 Ne vestigium quidem] Ut nec pedibus quidquam satorum concularint, quod ubi via est angusta, facillime fit propter laxitatem ordinum, & adlita frumenta.

7 Quae vallo comprehendebat] Intra castra recipiebat.

8 Tribuni accincti] Parati, & expediti, tanquam cum hoste statim congressuri, non trahentes impedimenta ad convestantam prædam. Ms. aciti: unde Salm. taciti, non clamosi, streperique,

9 Quam numero] Multitudine capitum angustum, & difficilem fecerat, frugalitate sufficien tem reddebat.

G R O T T I.

^b De Pompejo Magno Tullius] Et Plutarchus: ἀκένα τὰς στρατώτας ἐν ταῖς ὁδοπορίαις ἔτοιχεν, εφραγίδα ταῖς μαχαίραις αὐτῶν ἐπέβαλεν ἵνα ὁ μὲν Φυλάξας, ἐκδιάζετο· cum audisset milites suos per itinera licentiosius agere, sigillum gladiis eorum apposuit, quod qui non custodiasset, ἢ puniebatur. (Pag. 624. A.)

^c De Gotthū] Multa de hujus gentis modestia habemus apud Cassiodorum, ut V. 10, II, 13. Eodem autem libro epistola 26. Nec posseffruth segetes, aut prata vasteat, sed sub o-

mini continentia properate: ut grata nobis esse velbra occurso posset. Quia ideo exercituales gratiū subibus impensā, ut ab armatis custodisstur intacta civilitas. Lib. IX, 25. Arma ejus nulla possefforum dannā servarent.

^d Et Belisario Suidas] Sæpe hanc in Belisario virtutem prædicat comes ejus, testisque actionum Procopius. Vide egregiam ejus orationem hoc pertinentem, quam ad milites habuit prope Siciliam, cum in Africam tendret, narrationemque itineris per Africam Vandalicorum primo. (Cap. 12. & 17.) Ex Gotthicorum autem III. integrum hunc locum apponam: εἰς δὲ τὸ ἀγρούχης εἰς τοσαῦτη φειδῆς πρότοις ἔχετο, ὡς εἰσαθῆναι μὲν αὐτῶν γενένα πάτοτε, σρατηγὸν Βελσαρίον, τετύχηκε πλήττεν δὲ παῖς δόξα ξυνέβανε πάσιν, οἷς ἀν αὐτὸς ἐπιδημοὶ σρατιᾶς πλάνει ἀπεδίδοτο γε ταῦτος κατὰ γνωμὴν ταῦτα πάσιν. καὶ οὐκέτι μὲν αἰκισθεῖ τὰ λόγια ἐς τὸ αἰρετὸς διεψύλαττε, μητίνα παρέστα ἡ ἴππη δυμηνῆται τῶν δὲ ὀραῖων ἐν τοῖς δένδροις ὄντων ἀψαθαῖς αὐτῶν γένει τὸ παράπονα ἐνστάσια ἐγίνετο. adversus agricultas tanta cura, providentiaque agebat, ut eorum nemmo vim pateteret, exercitum ducente Belisario: contra vero opulentī fierent omnes quoconque ille cum multo milite advenisset: vendebant enim illi militibus res suas suopte arbitratu; & cum matrūs essent segetes, sollicite cavebat, ne ab equite corrumperentur; tum vero poma in arboribus pendentia tangere nemini omnino permittebatur. (Cap.

3. ⁺Hoc præstabat exacta cura ^e provisus rerum necessariarum, & bene ⁺soluta stipendia, & vigor disciplinæ, cuius legem audis ^f apud ^a Ammianum: pacatorum terras non debere calcari. Et apud ^b Vopiscum: ^a Li. nemo pullum alienum rapiat: ovem nemo contingat, uivam nullus auferat, ^b XVIII. c. se getem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat. Item apud ^c Cassiodorum: vivant cum provincialibus iure civili: nec insoleat animus, qui se sentit ^d Aurelian. c. 7. armatum: quia clypeus ille exercitus nostri quietem debet præstare paganis. ^c Var. VII. 4. His accedat illud Xenophontis expeditionis ^d libro VI. μὴ ἀναγκάζειν πόλιν ^d Cap. 2. φωίαν ὁ, τι μὴ αὐτοὶ ἑθόντες διδοῖεν civitatem amicam cogendam non esse, ut S. 4. quicquam daret invita.

4. Ex quibus dictis optime interpreteris ⁺ illud ^e magni prophetæ, immo prophetæ majoris monitum: ^f μηδὲ διατίσσοντε, μηδὲ συκοφαντίσοντε, οὐδὲ αργεῖν. ^e Luc. ad tuos θύμων υμῶν ^g II. a concusione, ^g a calunnia in quosvis abstinet, ^h contenti estote stipendiis vestris. Cui simile illud Aureliani apud Vopiscum dicto loco: annona sua contentus fit, de præda hostis, non ⁱ de lachrymis provincialium vivat. Nec est quod quis putet dici hæc pulchre, ^j sed præstari non posse: ⁺ neque enim aut moneret hæc vir divinus, aut sapientes legum auctores præciperent, si crederent impleri non posse. De-

nique

(Cap. I.) Similem Alemannorum laudem in expeditione ad sanctum sepulcrum vide apud Nicetum Manuele Commeno. (Lib. I. c. 4.) Gregorius autem libro IX. idem in Venetis prædicat: οἵταν γε μέν θύεται, οἵτις δὲ μάλιστα ἔπλακεν ή τῶν Βενετικῶν ἐνταξίᾳ, οὐδὲ μετὰ δικαιουντος μέγαλοπέτεται οὐδὲ γάρ οὐδιώσει τῶν πάντων ἐπεινῶν θόρεις ἔπειδην αὐτοφέδοις τι τῶν ἀπάντων ἀνένει, τίκτεις αργυροῦ οὐδέποτε nemo erat, quem non admiratione percilleret Venetorum disciplina, & conjuncta cum iustitia animi magnitudo. Nemo enim de exercitu egressu quicquam rerum sumere volebat nisi pecunia depensa. (Pag. 188. Ed. Genev. 1616.)

^e Provisus rerum necessariarum] Plinius historiæ naturalis XXVI, 4. curae Romani duces primam semper in bello commerciorum curam habuere? Cassiodorus IV, 13. Habeat quod emat, ne cogatur cogitare quod auferat. Similia habet V, 10. & 13.

^f Apud Ammianum] Quem vide & libro XXI. (Cap. 5. in Oratione Juliani Imp. ad Milites, pag. 293, 294. Ed. Vales. Grm.)

^g A calunnia] Possis vertere a rapina, quo sensu ea vox sumitur in græca versione Jobi XXXV, 9. Psalm. CXIX, 122. Prov. XIV, 31. XXII, 16. XXVIII, 5. Ecclesiastæ, IV, 1. item Levitici XIX, 11. Eandem græcam vocem per defraudare vertit vulgatus interpres Lucae XIX, 8.

^h Contenti estote stipendiis vestis] Ambrosius ad hunc Lucæ locum: idcirco stipendia constituta militiæ: ne dum sumuntur quarantur, prædo graftetur. (Pag. 1647. Ed. Paris. 1569.) Quæ transcripsit Augustinus sermone XIX. de verbis Domini secundum Matthæum. (Qui non est

Augustini, & inter Appendices, Tom. V. Serm. 82. reperitur in Ed. Benedictin.) Sunt egrediæ ad hanc rem constitutiones apud Gregorium Turonensem libro II, cap. 37. in capituli Caroli, & successorum, lib. V, tit. CLXXXIX. in concilio Gallia tomo II. in capitulari II. Ludovici Pii capite XIV. & tomo III. in concilio ad S. Macram. Adde legem Bujoariorum tit. II, 5. Friderici I. legem sic refert Guntherus:

Si quis pacifice plebis villasve, domusve Uffit, abrasis signabitur ora capillis,
Et pulsus castris post verbera multa recedet.

(Ligurin. vers. 299, & seqq.)

G R O N O V I I.

ⁱ Provisu] Diligentia comparandi in antecessum annonæ sua contentus fit. Hæc vox annona posterioribus saeculis interdum significat species, quæ militibus dabantur, ut frumentum, carnes, lardum, sal, oleum: interdum annonæ plurali numero sunt panes: interdum annona ipsum est stipendum, quod victus causa datur, ut hoc loco.

ⁱⁱ A concusione] Pecunia per vim, metum, tormenta, provincialibns, & sociis exprimenda. I, 2. 7.

^j De lachrymis] Bonis, quæ dolentibus, flentibusque eripiuntur.

^k Sed præstari non posse] Quod jactant vulgo militares, hec imaginaria esse; & non posse introduci, nec militem armatum contineri se pati, ut virgines in gynæcio.

^a Lib. IV.
^{c. 3. n. 13.} nique : necesse est concedamus, fieri posse quod factum videmus. + Ideo attulimus exempla, quibus accedit illud insigne, quod ^k ¹⁴ ex Scauro memorat ^a Frontinus, pomiferam arborem, ¹⁵ quam in sede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

^b Libro XXVIII.
^{c. 24.} ^{g. Livius} ^b cum narrasset, milites Romanos in castris ad Sucronem ¹⁶ procacius egisse, & quosdam eorum noctu præ datum in agrum circa pacatum iisse, adjicit, omnia libidine, ac licentia militum, nihil instituto, ac disciplina militari gestum. Et & alter insignis ejus scriptoris locus, ^c ubi iter Philippi per Denthelatarum agros narratur: *socii erant, sed propter inopiam hanc secus, quam hostium fines Macedones populati sunt. rapiendo enim passim, villas primum, deinde quosdam etiam vicos evanescerunt, non sine magno pudore regis, cum sociorum voces nequicquam Deos, sociales, nomenque suum implorantes audiret.* Apud Tacitum ^d Peligni turpis fama, dum socios magis, quam hostes prædatur. Idem ^e Vitellianos notat per omnia Italæ municipia desides, & tantum hospitibus metuentes. In Verrina quoque ^f Ciceronis de prætura urbana hæc est accusatio: *oppida pacata sociorum, atque amicorum, diripienda, ac vexanda curasti.*

^{d Ann.}
^{XII. c. 49.} ^{g. Egid.} ^{Regiu de} Atque hic omittere non possum theologorum ^g sententiam, quam verissimam puto, regem, qui quæ debet stipendia militibus non solvit, ^{act. Jupern.} ^{diss. 31.} ^{sub. 7. n.} ^{95.} ^{+ non tantum} ¹⁷ militibus teneri de damnis inde secutis, ^{+ sed & subdi} tis suis, & vicinis, quos inedia coacti milites male habuerunt.

^{b L. III.} III. I. Vicissim eorum, qui a bello abstinent, ^{+ officium est nihil facere, quo validior fiat is, qui improbam foveat causam, + aut quo justum} ¹⁸ bellum gerentis motus impedianter, secundum ea, quæ dicta ^{i Lib. I.} a nobis ^{+ supra} ^b sunt: ¹⁹ in re vero dubia ^l ^{+ æquos se præbere utrisque} ^{+ in permittendo transitu, + in commeatu præbendo legionibus, + in obfessis non sublevandis.} Corcyrenses apud Thucydidem ^{c. 35.} Atheniensium officii esse, ajunt, si extra partes esse velint, ^{+ aut Corinthis prohibere ne ex agro Attico militem conducant, aut idem sibi permettere.} ²⁰ Philippo Macedonum regi objectum a Romanis dupliciter ab eo

G R O T T I I.

¹ Necesse est concedamus, fieri posse quod factum videmus] Sic & Guicciardinus differit libro XVI.

^k Ex Scauro memorat Frontinus] De Nigri severitate ob raptum gallum gallinaceum vide Spartanum. [Cap. 10.)

^l *Æquos se præbere utrisque in permittendo transitu, in commeatu præbendo*] Exemplum nobile vide apud Parutam libro VIII.

G R O N O V I I.

¹⁴ Ex Scauro.] Ex M. Æmilii Scauri commentario de bello ab se gesto.

¹⁵ Quam in sede] Quæ intra castra conclusa fuerat.

¹⁶ Procacius egisse] Per absentiam, & mortum P. Scipionis tumultuantæ lascivissæ in Hispania.

¹⁷ Militibus teneri] Satisfacere oportere.

¹⁸ Bellum gerentis motus] Apparatus, & processus.

¹⁹ In re dubia] Ubi certo non constat, utriuscaus justior sit.

²⁰ Philippo Macedonum regi objectum. Liv. 50, 42.

G R O -

eo foedus violatum, + & quod sociis populi Romani injurias fecerit, & quod + hostes auxiliis, & pecunia juverit. Eadem urget T. Quintius ^a in colloquio cum Nabide, *vos tamen, inquis, vestramque amicitiam, ac societatem proprie non violavi. Quoties vis te arguam id fecisse? sed nolo pluribus?*^b *summam rem complectar: quibus igitur rebus amicitia violatur? nempe his maxime duabus, si socios meos pro hostibus habens, + si hostibus te conjungas.*

2. Apud Agathiam ^b legimus hostem esse, + qui faciat quod hosti placet; & in ^c Procopio, ^m ²² in exercitu hostium eum censeri, + qui quæ proprie ad bellum usui sunt, hostili exercitui subministrat. Demosthenes ^d olim dixerat: ὁ γὰρ οἷς ἀν ἐγώ λαθεῖν ταῦτα πράττων τὴν κατασκευαζόμενον, ἔτι δὲ τολμεῖ, καὶ πάντα βαθὺν μηδὲ τοξεύν. + qui ea facit, οὐ muchinatur, quibus ego capi possim, etiam si nec feriat, nec jaculum emittat, hostis mihi est. M. Acilius Epipotis ^e, qui milite Antiochum non juvent, sed pecuniam ei misisse insinulabantur, negavit scire se, hostium, an pacatorum numero eos habere deberet. L. Æmilius ^f Prætor Tejos arguit, quod commeatu classem hostium juvissent, vinum promisissent: addens, + ni eadem Romanæ classi darent, se pro hostibus eos habiturum. Memoratur & Cæsar ^g & Augusti dictum: ἵππονδον πόλιν είναι, πολέμου τέχναν πατέντες pacis jus amittere civitatem, + quæ hostem recipiat.

3. Proderit etiam, cum utraque parte bellum gerente ²³ + foedus miscere, + ita ut cum utriusque bona voluntate a bello abstinere, + & communia humanitatis officia utriusque exhibere licet. Apud ^b Livium est: *pacem utriusque parti, quod medios decet amicos, optent: bello se non interponant.* Archidamus Spartæ rex Eleis, cum viderentur in Arcadum partes inclinare ⁱ, epistola scripsit hoc tantum continentem: καλὸν ησυχίαν. ^{A.} bonum est quiescere.

G R O T I I.

^m In exercitu hostium eum censeri] Et contra, solum, & amicum, recte ait, dici non eum modo, qui juxta stat in procinctu, sed & qui omnia, quibus opus habet bellum, aperte suppeditat. in epistola Amalafuntho ad Justinianum. (Gotth. Lib. I. c. 3.)

G R O N O V I I.

²¹ Summam rem complectar] Caput rei, vel quod maximum est, paucis expediam.

²² In exercitu hostium] Perinde arripi, ac violari posse, atque illi, qui intra castra, & præsidia hostilia sunt, & arma contra nos ferunt.

²³ Fœdus miscere] Agere palam oriente bello, ac pacisci.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTI
LIB. III. CAP. XVI.

Grotius principia, unde jura mediiorum sequuntur, hic non expōnit, sed statim ad officia mediiorum procedit; adeoque ex praecedenti capite **IX. §. 4. n. 2.** ea supplenda sunt.

- » Supponit autem Grotius, reges, aut populos, qui bellum suscipiunt, credi velle justas sibi fuisse causas cur id facerent; contra autem, injuria facere eos, qui adversus se arma ferrent, d. §. 4.
- » Cum igitur utraque pars id credi vellet, nec tutum esset aliis populis pacem quæreribus huic se controversiae interponere, nihil melius facere potuisse, ait, populos pacatos, quam ut quod evenissem pro jure haberent, d. §. 4.
- » Medii igitur neutrius partis causam justam, vel injustam aferunt, sed judicium suspendent, & hactenus utriusque factum pro jure habent.
- » Hinc duo necessario sequuntur: 1. quod neutri injuriam faciant si præsentem possessionem sequantur: 2. quod unum non magis, quam alii favere debeant.
- » *Prioris* sequelæ effectus insignes sunt.
- » Nam 1^o. pacatus ejecto rege cum præsente possessor agere, contrahere, &c. potest. *Vide supra L. I. c. 4. §. 15. Tom. I. pag. 183. 2^o* si cives nostri capti, & servi facti ad pacatos pervenient, ab his pro servis habentur; is enim præsens eorum est status. *Vid. supra c. 9. §. 2. n. 2. &c. §. 4. n. 2. in fin.* nec civitas nostra vindicare eos potest. 3^o. Idem dicendum de rebus nostris, quæ bello captæ ad pacatos perforuntur.
- » Econtrario 4^o. si cives, & res nostræ ab hoste captæ ad pacatos pervenient antequam ad præsidia hostis deductæ fuerint, liberæ manent, adeoque hosti eas reclamanti reddi non debent.
- » De posteriori sequela in sequentibus agemus.

» De posteriori sequela in sequentibus agemus.

AD §. L

AGERE nos de his, qui extra bellum positi, &c.] » I. c. de pacatis, seu de mediis.

Hactenus enim Grotius egit de hostibus, & quid in eos liceat: sequitur tractatio de mediis, qui unius partis judicium, & causam non magis, quam alterius sequuntur, & Neutrales vulgo vocantur, quia neutri parti adhærent.

Auctor regulam generalem ponit, a pacatis nihil sumendum esse. At excipit summam necessitatem; hanc enim jus aliquod etiam in pacatos tribuere, docet *hic* §. 1, & docuit supra L. 2. c. 2. §. 10. Sed & Mediiorum quædam officia erga bellum gerentes esse, tradit §. 3.

PROPOSITIO I.

Medii utriusque factum pro jure habent.

DEMONSTRATIO.

Nam si medii alterum injuria agere asserenter, ejus judicium, & causam sequentur, & desinerent esse medii. Ut ergo medii sint, necessario requiritur ut ab omni iudicio abstineant, præsentem possessionem sequantur extra territorium, in territorio autem eum statum, tum ratione rerum, tum ratione personarum, tueantur, in quo persona, vel res fuit, cum ad fines accederet.

Überius

Uberius hæc principia exposuit B. Patens in disputatione *de postliminio in pace* Sect. I. §. 2. 3. 4. & 5. Verba ejus retulimus supra L. 3. c. 9. §. 1. propos. I. p. 123.

PROPOSITIO II.

Hinc pacati utrique partium præstare debent ea, qua juris gentium sunt, ut *jus transitus, commercia, &c.*

DEMONSTRATIO.

Legatus Antiochi statum mediorum hoc modo describit, in Concilio Achæorum differens: *Non enim vult ut secum adversus Romanos arma capiant; sed ut neutri parti se se conjungant: pacem utrique parti, quod medios deceat amicos, optent: bello se non interponant. Idem ferme & Aetolorum legatus petuit, ut que facilima, & tutissima esset, quietem præstarent, spectatoresque belli fortunarum alienarum eventum sine ullo discrimine rerum suarum operirentur.* Liv. l. 35. c. 48. Add. Id. l. 37. c. 28.

Hinc jam necessario sequitur, quod illi, qui medii, i. e. utrisque amici sunt, neutri denegare possint ea, quæ homo homini natura denegare nequit. Si enim uni ea denegaret, duplice modo injuriam ficeret; tum quia magis favet alteri, adeoque hostis fieret; tum quia id, quod natura cuique debetur, denegat. Si utriusque denegat, utriusque fit injuria, cuius reparatio bello quæri potest. Ceterum, quatenus id in commerciis obtineat, mox videbimus. Conf. §. 2.

PROPOSITIO III.

Pacatus nihil facere debet, quo juvetur alter praæ altero.

DEMONSTRATIO.

Si igitur uni præter ea, quæ sunt juris gentium, aliquid præstatur, id alteri petenti non potest denegari, ne uni magis, quam alteri favere videatur. Unde apud Livium l. 37. c. 28. Tejos Romanorum Dux arguit, *Juvuisse eos commeatu classem hostium, & quantum vini Polyxenida (hosti) promisissent: que si eadem classi Romane darent, revocaturum se a populatione militem; sin minus, pro hostibus eos habitum.* Atque his imperatis paruisse Tejos, appetet ex Livio d. 4. Massilienses portum

Cæsari negarunt, Pompejum recepero; id eo pro hostibus habiti sunt.

Nullum esse jus bellicum] • Quia injuria non est, ex qua sola bella licita fiunt. Scythæ ad Alexandrum apud Curtium lib. 7. 8. Quid nobis tecum est? nunquam tuam terram attigimus: qui sis, unde venias, licetne ignorare in vastis sylvis vi- ventibus?

Necessitatem, ut jus aliquod det in rebus alienam, summam esse debere] Diximus d. §. 10., 1º. Nunquam jus oriri in res alienas ex necessitate. Sane, 2º. Mediis natura concessum est jus defendendi res suas; & sic illi, qui jus hoc natura quæsumum turbant, fiunt hostes. 3º. In bellis vix est necessitas absque culpa, dum vel bellum suscipitur ab iis, qui viribus impares sunt, vel quod necessaria desint, &c. Quo casu fatente Auctore ipso necessitas nullum jus tribuit.

Ut ipso Domino par necessitas non subfit] • Quod refutavimus L. 2. c. 2. §. 8.

Non ultra sumendum, quam exigit] • Quod itidem refutavimus L. 2. c. 2. §. 6.

Si custodia sufficiat, non sumendum usum] • Sic si quis castrum pacati occupat, quod hostis occupaturus est, is præter custodiam nihil acquirit, Grot. l. 2. c. 2. §. 10.

Si usus, non sumendum abusum] • Dixit enim, non ultra sumi posse, quam summa necessitas exigit.

Restituendum tamen rei pretium] • Immo invitus rem suam alii vendere non tenetur etiæ alter necessitate prematur.

Auctor porro statuit, cessante necessitate faciendam esse restitutionem. L. 2. c. 2. §. 9. & L. 3. c. 1. §. 5. n. 3.

Quæ omnia plenius examinavimus d. l.

n. 2. c. 2. §. 9. & 10.

AD §. II.

Cum summa ipsum, & populum necessitas urgeret] Male Auctor jus transitus ex utilitate innoxia, & necessitate sola deducit. Rationes cur ipso jure naturæ coique transitus debeatur, exposuimus supra l. 2. c. 2. §. 13.

Primum ait] • Allegata hic exempla;

aliquæ

- aliaque vide supra l. z. c. 2. §. 13.
- 2 • Quia vallo comprehendebat] » Id est quæ
 - » intra munimenta recipiebat. Et si enim
 - » cives defendere teneantur rem publicam,
 - » unus tamen præ altero non tenetur, ad-
 - » eoque ei resarciri damnum debet.
 - 3 • Hoc præstabat] » Scilicet, securitatem
 - » præfamat.
 - » Soluta stipendia] » Non solutis enim sti-
 - » pendii necessitate adducuntur milites ad
 - » rapiendum.
 - 4 • Illud magni Prophetae] „, Johannis.
 - » Neque enim aut moneret] » Nihil enim
 - » frustra monere, nec impossibilia injunge-
 - » re voluisse, vir divinus credendus est.
 - » Ideo ultimus exempla] » Ubi miles trans-
 - » ivit nullo damno dato.
 - 6 • Non tantum militibus teneri de dannis
 - » inde secutis] » Militibus tantum tenetur
 - » ex promissio, ad præstandam mercedem
 - » promissam, & ad id, quod eorum inter-
 - » est mercedem non solutam fuisse.
 - » Sed & subditis suis, ac viciniis] » Quia
 - » rex vera causa est damni dati.

AD S. III.

O F F I C I U M est, nihil facere, quo va-
lidior fiat is, qui improbam fore causam] Male Auctor mediis tribuit judicium circa
justitiam causæ inter duas partes bellige-
rantes. Hoc ipso enim fierent hostes ejus,
cujus judicium impugnant. Mediis igitur
non examinant justitiam causæ, sed utrius-
que factum pro jure habent, id est judi-
cium suspendunt. Hinc neutrum juvare
possunt, sed ea saltem præstant utriusque,
quæ juris gentium sunt.

*Aut quo justum bellum gerentis motus
impediantur] » Dictum est, medios non
» judicare an juste bellum geratur : ad-
» eoque hæc frustra disputari.*

Supra] » L. 3. c. 6. §. 3. &c. 4.

*Æquos se præbere utrisque, &c.] » Dixi
» utrumque bellum gerentium contendere,
» causam justam sibi esse; Mediis vero ju-
» dicium hac in re non competere, sed
» eos utriusque factum pro jure habere,
» ac sequi statum præsentem rei, vel per-
» sonæ. Dixi quoque, hos medios utriusque
» ea præstare debere, quæ juris gentium
» sunt.*

*In permittendo transitu] » Hic enim ju-
» ris gentium est, & denegari neutri pot.
» est.*

*In commatu præbendo] » Tum quia abs-
» que commatu transire non possumus,
» tum quia commerciorum jus omnibus com-
» petit.*

*In obseffis non sublevandis] » Quia hæc
» sublevatio non est juris gentium : econ-
» trario cum hostis vires inde augeantur,
» eoque reparatio juris nostri impediatur,
» capi quoque res pacatorum possunt, quæ
» sublevandis obseffis inserviunt.*

*Aut Corinthios probibere, &c.] » Si enim
» uni permitterent, alteri negarent, non
» possent dici medii, quia plus faverent uni
» parti, quam alteri.*

*Et quod sociis] » Si enim sociis meis in-
» juria fit, justam hanc belli causam esse,
» vidimus supra.*

*Hostes auxiliis, & pecunia juverit] » Eo-
» que vires hostium ad resistendum auxi-
» rit.*

*Si hostibus te conjugas] » Eos juvan-
» do.*

*Qui faciat quod hosti placet] » Si alteri z
» idem neget, vel vires hostium inde au-
» geantur.*

*Qui qua proprie ad bellum usui sunt,
» hostili exercitui subministrat] » Quia ho-
» stium vires inde augmentur. Vid supra l.
» z. c. 12. §. 1. seq.*

*Qui ea facit] » Nam consilium quoque,
» quod ad me lædendum suppeditatur, in-
» juria est.*

*Ni eadem Romana classi darent] » Si
» enim negassent, medii non fuissent, &
» magis uni, quam alteri favissent.*

*Qua hostem recipiat] » Ad eum nimirum
» effectum, ut ibi subsistat; fecus si tran-
» sit saltem.*

*Fædus nascere] » Sed tunc omnia va-
» lent ex pacto : nos autem querimus,
» quid obtineat jure naturæ sine pacto.*

*Ita ut cum utriusque bona voluntate a
» bello abstinere, &c.] » Hoc non depen-
» det a voluntate bellum gerentium; sed
» cuique natura id licet.*

*Et communia humanitatis officia utrisque
» exhibere liceat] » Hæc præstari citra pactum
» debent ex naturæ ratione.*

C A P U T X V I I I.

De his , quæ in bello publico privatim fiunt.

- I. *An privatim hosti nocere liceat , expositum cum distinctione juris naturalis , gentium , & civilis.*
- IV. *Quid Christiane dilectionis regula ab ipsis exigat.*
- II. *His , qui suo sumtu militant , aut naves instruunt , quid per internam justitiam liceat respectu hostium.*
- V. *Quomodo bellum privatum cum publico misceatur.*
- III. *Quid respectu suæ civitatis.*
- VI. *Ad quod teneatur qui sine mandato hostibus nocuit , cum distinctione explicatur.*

^{+ I. 1.} **Q**UÆ diximus hactenus , ^{+ pleraque ad eos pertinent , + qui} aut summum in bello arbitrium habent , ¹ aut publica imperia excipiuntur. Videndum etiam , ^{+ quid privatim in bello liceat ,} ^{+ qua naturæ , + qua divino , + qua gentium jure.} Narrat officiorum primo ^a Cicero ² in Pompilii Imperatoris exercitu militasse Catonis Censorii filium , sed mox ³ dimissam legionem , in qua is militabat . cum nihilominus adolescens amore pugnandi in exercitu remansisset , Catonem scripsisse ad Pompilium , ut si eum vellet remanere in exercitu , ⁴ ^{+ secundo} eum sacramento militiae obligaret , addita causa , quia ⁵ priore amissio , ^{+ jure cum hostibus pugnare non poterat.} Addit & ipsa Catonis ad filium verba ex epistola , quibus eum monet ut caveat ne prælium ineat : ^{+ neque enim jus esse , qui miles non sit , pugnare cum hoste.} ^a Sic & Chrysantham ^b Cyri militem laudatum legimus , qui hosti imminens repressit ensem , ⁶ simul ac receptui canere audierat ; & ^c Seneca : *inutilis miles dicitur , 7 qui signum receptui datum negligit.*

^{2.} Sed falluntur qui venire hoc putant ^{+ ex} ⁸ ^b ^c ^d ^e ^f ^g jure gentium externo : nam id si species , sicut rem hostilem cuiilibet occupare licet , ^{+ ut supra} ostendimus , ita & hostem occidere : ^{+ nam illo jure hostes pro nullis habentur.} Venit ergo ^{+ quod} Cato monebat ^{+ ex} disciplina militari

Romana ,

G R O T I I.

^a Sic & Chrysantham] Vide Xenophontem Cyri institutione. (Lib. IV. c. 1. §. 2. Ed. Oxon.)

G R O N O V I I.

¹ *Aut publica imperia]* Aliquid ex jussu , & auctoritate præfectorum administrant.

² *Pompilii]* Videtur legendum , *A. Hostilii.* Liv. 43 , 6. &c.

³ *Dimidijum]* Exauctoratam , sacramento solutam.

Tom. IV.

⁴ *Secundo eum obligaret]* Iterum juberet illum sacramentum dicere , five jurare ad signa.

⁵ *Priore amissio]* Remissio , sublato , cum dimitteretur legio.

⁶ *Simul , ac receptui]* Simul , atque dari signum cessandi a pugna.

⁷ *Qui signum receptui]* Qui non definit pugnare , cum Imperator jubet quiescere. (Vox datum abest è MSS. & optimis Edd.)

⁸ *Jure gentium externo]* Quo conceditur omnis illa licentia , de qua a cap. 4. usque ad 9. egit.

O O

G R O-

a L.3. D. Romana , cuius ea lex erat , **a** Modestino notante , **+ ut qui mandata non de remilit.** servasset , capite puniretur , etiamsi res bene cessisset : mandata autem non §. 15. servatae intelligebatur etiam **+ qui extra ordinem sine ducis imperio in hostem pugnasset , ut** **9 +** Manliana **b** imperia nos docent : nimurum , quia

b Liv. lib. VIII. c. 7. **+ si id temere liceat , + aut 10 stationes defererentur , aut etiam progre- c. 9. dente licentia exercitus , parsve ejus **b** inconsultis præliis implicaretur ; quod omnino cavendum erat . Itaque Sallustius **c** ubi Romanam disciplinam de- scriptit , *in bello* , inquit , *sapientia vindicatum in eos , qui contra imperium in hostem pugnaverant , quique tardius revocati prælio excederant* . Laco qui-**

d Apud Plutarch. Iason. **+ cum hosti imminens auditio receptus signo ictum repressisset , causam reddidit :** οἱ δέλτιον ἦσαν τῷ φορέῳ , τὸ πιθεῖδας τῷ ἀπόχοις **+ quia præfectis pare-re satius est , quam hostem occidere.** Et Plutarchus cur qui militia solitus est occidere hostem non possit , causam **e** reddit , quod legibus militaribus non teneatur , quibus teneri debeant pugnaturi . Et apud **f Arrianum Epictetus memoratum modo Chrysantæ factum referens :** ἔτω πρόφρειτερον ἐδοξεῖν αὐτῷ τὸ σπάχνει τρόπον πρόσαγε , ή τὸ θεον πεινεῖ tanto illi potius videbatur ducis , quam suam voluntatem exequi .

g Lib. II, c. 20. §. 10. **3. + At jus naturæ , & internum si respiciamus , + videtur in bello ju- sto cuilibet concessum ea facere , quæ 12 parti innocentia intra justum bellandi modum profutura confidit : + non etiam res captas suas facere , quia nihil ipsi debetur : + nisi forte poenam justam exigat communi hominum jure . Quod postremum + quomodo per euangelii legem restrictum sit , ex his , quæ supra **g** a nobis tractua sunt , intelligi potest .**

h Serv. ad Aen. VIII. **4. Mandatum autem esse potest + aut generale , aut speciale . Generale , ut in tumultu apud Romanos **b** Consul dicebat : qui rempublicam salvam volunt , me sequantur . Immo & + singulis interdum subditorum jus datur **i** occidendi + etiam extra sui tutelam , ubi id publice expedit .**

i C. quando unicuique l. 1. & 2. **II. I. Speciale mandatum habere possunt non hinc tantum , + qui sti-pendia percipiunt , sed & 13 + qui suo sumtu militant , & qui , quod plus est , + suo sumtu partem belli administrant , + ut qui naves instruunt , ac sustentant suis impendiis , + quibus vice mercedis concedi solet ut capta **k L. III,** sua faciant , sicut alibi **k** diximus . Id vero quatenus procedat , + illæsa **c. 6.** justitia interna , + & charitate , non immerito queritur .**

2. + Justitia 14 + aut hostem respicit , + aut 15 ipsam civitatem , cum qua

G R O T I S.

b Inconsultis præliis implicaretur] Ita Avidius Cassius causam sententiae suæ reddebat : evenire potuisse ut essent inuidie . Narrat Vulcatius . (c. 4.)

G R O N O V I I.

9 Manliana Imperia] T. Manlii Torquati Cos. qui filium , quod contra edictum suum in hostem pugnasset , quamvis viatorem securi subjecit .

10 Stationes defererentur] Milites , vel præfeci e loco , in quo custodiæ , vel excubiarum

causa collocati essent , temere , ac sine venia dicuntur exirent .

11 Vindicatum in eos] Animadversum , supplicium exactum de illis .

12 Parti innocentia intra justum bellandi modum] Ei , qui habet justam causam , hactenus , ut nihil gravius fiat , quam jure publico licet in bello .

13 Qui suo sumtu] Qui nunc dicuntur voluntarii .

14 Aut hostem respicit] Quatenus ab eo capere licet .

15 Ipsam civitatem] Quatenus cum ea , quod ab hoste capitur , est dividendum .

G R O-

qua contrahitur. Hosti, diximus, + eripi posse possessionem rerum omnium, quæ bellum alere possunt, + securitatis causa, + sed hoc¹⁶ sub onere redendi: ipsum vero + dominium ad compensationem usque ejus, quod aut¹⁷ ab initio belli, aut¹⁸ ex post facto + civitati justum bellum gerenti debetur, + sive res sint civitatis hostilis, + sive singulorum, etiam per se innocentium: bona vero nocentium etiam ex pœnæ causa adimi, & acquiri capientibus posse. Fient ergo res hostiles eorum, qui belli partem suo sumtu administrant, + quod hostes attinet, + hactenus ut is, quem expressi, modus non excedatur, + quod æquo arbitratu æstimandum est.

III. ¹⁹ + Adversus suam autem civitatem justum + justitia interna + id ipsum erit , + si ²⁰ contractui æqualitas insit , hoc est , si sumtus , & pericula tanti sunt , quanti ²¹ prædæ alea . nam si hæc spes multo pluris valeat , + reddendum erit civitati quod supererit , + perinde , ac si quis nimium vili pretio ²² jactam , incertum quidem , sed tamen facilem , & magnæ spei emisset.

IV. Cæterum , etiam cum + justitia stricte dicta non lœditur , est + ut peccetur adversus id officium , quod in aliis diligendis consistit , + præser-
tim quale Christiana lex præscribit , ut si appareat , talem prædationem præ-
cipue nocitiram + non hostium universitatì , + aut regi , + aut his , qui per se
fontes sunt , + sed innocentibus , & quidem adeo ut eos detrusura sit in sum-
mas calamitates , + in quas etiam eos , qui privatim nobis debent , con-
cicere , immisericordiae foret . Quod si ad hæc accedat ut ea deprædatio + ne-
que ad finem bello imponendum , + neque ad hostium publicas vires ac-
cidendas notabile aliquod momentum habeat , tum vero probo homine ,
præsertim Christiano , indignus censi debet ° + quæstus ex sola tempo-
rum infelicitate.

*a Syllo. in
verbo bel-
lum n. 8.
vers. 5.*

V. Evenit autem interdum ut occasione belli publici ²³ nascatur bellum privatum, ⁺ puta si quis in hostes inciderit, & vitæ, aut rerum adest periculum, quo eventu ea erunt observanda, quæ de concesso tuendi se modo alibi ^b diximus. Solet & eonjungi auctoritas publica cum privata utilitate: ut si quis magno ab hostibus damno affectus ⁺ impetrat jus ex rebus hostium damna farciendi: ⁺ quod jus definiendum est ex iis, quæ de pignorationibus supra ^c a nobis sunt tradita.

b Lib. II,
c. I. §. 3,
Et seqq.
c Lib. III,
c. 3.

G E O T I L

c. Quæstus ex sola temporum infelicitate.] Nam & Crassum hoc nomine culpat Plutarchus: τὰ πλεῖστα τέτταν ἐκ πυρὸς συνήγαγε καὶ πολέμου, ταῖς καναλαῖς ἀτυχίαις προσέδω τὴν μεγίστη χρησίαν. *¶* plerique horum ex igne, belliisque rapiuit, nihil magis lucro habentes, quam communiores calamitates. (Vit. Crass. init. pag. 542. B.)

G R O N O V I I

16 Sub onere reddendi] Si pax commoda fiat,
& ille aliter pro injuria satisfaciat.

³⁷ *Ab initio*] Ex debito principali.

18 *Ex post facto*] Ex debito subnascenti. *h.*
3, c. 13, §. 3. *et* c. I. §. 1.

19 Adversus suam civitatem] Ut privati acquirant res captas illæso jure civitatis, pro qua militant.

20 *Contractus*] Quem illi privati cum republi-
blica fecerunt, quem impetrarunt ab ea jus
suo sumtu belli gerendi.

21 *Prædæ alea*] *Dubia*, & incerta spes.

22 *Jactum*] *Retis.* l. 12. D. de act. ent. Es vend. bolum vocat *Suet.* de rhetor. cap. 1.

23 *Nascatur bellum privatam*] Necessitas fit singularis, aut privatis, sine auctoritate publica, pugnandi.

^{a Sylva in verbo bello. p. 1.} + VI. At⁺ si quis miles, ⁺ aut alius, ⁺ etiam in bello justo, ⁺ ædificia hostium incenderit, agros vastaverit, atque id genus dederit damna, ⁺ non iussus, ⁺ adde cum neque necelitas subesset, ⁺ neque justa causa, teneri eum ad sarcienda damna, recte a⁺ theologis est proditum. ⁺ Merito autem addidi, quod ab illis omissum est, ^{*} si justa causa non subsit. ⁺ nam ea si adsit, tenebitur forte suæ civitati, ²⁴ cuius leges transgressus est; ⁺ non item hosti, cui nullam fecit injuriam. ⁺ Non dissimile est quod Carthaginensis quidam Romanis Annibalem dedi postulantibus respondebat ^b: non privato, publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, querendum censem: sed utrum jure, an injuria? nostra enim hæc quæstio, atque animadversio in civem nostrum est, nostro, an suo fecerit arbitrio: vobiscum una disceptatio est, licueritne per fædus fieri.

^{b Liv. XXI. 18.} ²⁴ Cuius leges transgressus] Injussu contra disciplinam aliquid faciendo.¹

G R O N O V I I.

²⁴ Cuius leges transgressus] Injussu contra disciplinam aliquid faciendo.¹

H E N R I C I D E C O C C E I I
C O M M E N T A R I U S
I N
H U G O N I S G R O T I I

L I B . I I I . C A P . X V I I I .

C U M bellum non sit nisi inter summas potestates, sponte sequitur, omnia, quæ a privatis aguntur, non nisi belligerantium jure, ac nomine fieri posse. Atque hæc est materia, quam Auctor hoc capite tractat, quidnam privatis in bello publico liceat?

Dicimus igitur, Privatum qua tales nihil in hostem facere posse. Nam 1. solus Princeps jus belli habet, non singuli; ad-eoque ille solus jus interficiendi hostem, & res ejus prædandi, ac vastandi habet. Evidem potest 2. Princeps hoc jus aliis quoque committere; at tunc non nisi quibus permittit, belli jure agere possunt. Quamdiu igitur 3. non constat, promiscue Principem concessisse jus lædendi hostem, tamdiu licentia illa singulis concessa non appareat. Immo 4. contraria voluntas tunc potius præsumitur, quando princeps milite uitetur conductitio. Atque hinc 5. Naves il-

læ armatae, quas *Caopers* vulgo appellare solent, piratarum loco haberi, & puniri possunt, si publica auctoritate non sunt muniti: & exemplum alibi allegavimus de cive Londinensi, qui magno successu naves sine superiorum consensu in hostes armavit, & ideo reus factus est. Accedit 6. ratio prohibendi politica, qua cives armati promiscue æque in concives, ac in hostes græssari solent.

Additio.

- Auctor ait, jure naturæ cuique privato concessum esse ea facere, quæ parti innocentia profutura confidit, §. I. n. 3.
- Modo 1. justum sit bellum; 2. intra justum bellandi modum agat, d. n. 3. Neque id jure gentium externo mutatum,
- ait §. I. n. 2. (quia eo jure capere possunt rem ejus, quem interficere licet,
- d. n. 2.). Sed ex disciplinæ Romanæ regulis prohibitum id esse, contendit,
- quarum

■ quārum p̄cipuam esse, ait, ne miles
■ sine mandato pugnet, d. §. I. n. 3.
■ At 1. verum non est, jure naturae cui-
que hominum jus esse vindicandi alienas
injurias. 2. Alibi probavimus, jus gentium
externum non dari; adeoque frustra quæ-
ritur, an jus naturae eo mutatum sit. 3. Ve-
rum non est, jure Romano demum sta-
tutum esse ne miles sine mandato pugnet.
Id enim ex ipsa naturali ratione sequi,
solidissimis rationibus B. Parens probavit.

A D §. I.

I P L E R A Q U E] » Quædam enim de pri-
vatis quoque, eorumque jure intermixta
fuere.

Qui aut sumnum in bello arbitrium ha-
bent] » Id est ad summas potestates ipsas.

Aut publica imperia exequuntur] » Ut
duces belli, milites, &c.

Quid privatum in bello liceat] » I. e.
„ quid singulis privatis suo jure in hostem
„ liceat.

Qua naturae] » Vid. §. I. n. 4.

Qua divino] » Vid. insr. §. 4.

Qua gentium jure] » Vid. §. I. n. 2.
„ De quo frustra queritur, quia tale jus
„ gentium non datur.

Secundo] » Id est novo, quia prius fa-
cramentum solutum erat dimissione.

Jure cum hostibus pugnare non poterat] » Cessante sacramento deficit auctoritas pu-
blica.

Neque enim jus esse, qui miles non sit] » Id est cui id a principe, seu republica
concessum non est.

2 Ex jure gentium externo] » I. e. ex ju-
re illo gentium voluntario, quod ex hy-
pothesi Auctoris in bello saltem solenni
obtinet, & quod non verum jus dat, sed
saltem effectum externum juris, & impu-
nitatem. At tale jus gentium Externum
non dari, jam dictum est; sed & gen-
tium moribus jus hoc Romanum proba-
tum esse, ipsa experientia docet, & ex-
emplis quoque demonstravimus.

Ut supra ostendimus] » L. 3. c. 6. §. 1.
„ ubi & existentiam juris talis gentium, &
„ hanc consequentiam negavimus.

Nam illo jure hostes pro multis habentur] » Immo hoc nullibi dicitur. Vid. l. 3. c. 9.
„ §. 4.

Quod Cato] » In epistola ad filium.
„ Vid. n. 1.

Ex disciplina militari Romana] » Immo
„ nec hoc verum est. Dictum enim est,
„ singulos lædere hostem reipublicæ nec
„ naturæ jure posse, nisi quatenus a repu-
„ blica, seu principe tacite, vel expresse
„ conceditur. Cui accedit ratio politica,
„ quod auspiciis privatis aliquid in bello ge-
ri periculosum sit.

Ut qui mandata non servasset, capite
puniretur] » Immo hæc lex naturæ est,
„ ut qui superiori non paret, puniri, et
„ iam capite, possit.

Qui extra ordinem] » Id est non ju-
bente duce.

Maniliiana imperia] » Apud Liv. l. 7. c.
„ 16. Similia vide apud Nicetam in vita
„ Johannis Comneni Vid. Teſin. b.

Si id temere] » Id est promiscue, & si
„ ne jussu imperantis.

Aut stationes deferentur, aut etiam pro-
grediente licentia] » Hæc rationes mere sunt
„ politicæ. Vera ratio naturæ hæc est,
„ quod singuli jus belli non habeant, sed
„ solus princeps: hic ergo solus jus læ-
„ dendæ hostem habet.

Quia praefecti parere satius est] » Est o-
mnino, obedientia prima militis virtus.
„ Sallust. Jugurth. 7. Just. 14. 3. Liv. 8.
„ 35. Evagr. H. E. 6. 11. post med.

At jus naturæ, & internum] » Quod ;
„ Auctor opponere solet justitia externæ,
„ quæ ex jure gentium voluntario oritur,
„ & saltem quoad effectus quosdam exter-
„ nos jus est.

Videtur in bello justo cuiilibet concessum
ea facere, quæ parti innocentia intra iustum
bellandi modum profutura confidit] » Verum
„ non est, 1. cuiilibet jus lædendi hostem
„ competere. Verum 2. non est, id licere
„ in bello justo, non injusto; quia judicium
„ singulorum non est. Verum non est, 3.
„ singulos partes innocentia cuiusvis defen-
„ dere posse eo non jubente. Verum 4.
„ non est, jus lædendi hostem, si tale
„ competit, saltem intra iustum bellandi mo-
„ dum competere, id est ad debiti quanti-
„ tatem, & poenæ modum. Vid. supra l.
„ 3. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1.

Non etiam res captas suas facere, quia
„ nihil ipsi debetur] » Vera ratio est, quia
„ capere res hostiles est effectus belli. At
„ singuli jus belli non habent.

Nisi forte pœnam exigat communis homi-
nus

nun jure] „ Verum non est, quemlibet
„ privatum pœnam a nocente exigere pos-
„ se; hanc fabulam alibi refutavimus. *Vid.*
„ *L. 2. c. 20. §. 3. 4. 6. 8. 9. 40.* Idque
„ verum est, et si pœna exigitor prætextu
„ juris hominum communis: nam tale jus
„ hominum commune non datur. *L. 3. c.
„ 6. §. 1. pr. &c. d. c. 20.*

*Quomodo per Evangelii legem restrictionem
sit*] „ Lex Evangelii restringens non datur.

4 *Aut generale, aut speciale*] „ *Vide L. 1.
„ §. 1. ff. de procuratoribus.*

Consul dicebat] „ *Addit Liv. l. 6. c. 28.
„ l. 24. c. 21. Briffon. de form. 4. pag.
„ 344.*

Singulis interdum subditorum jus datur] „ Tunc auctoritate publica hostem lœdunt.
„ *Etiam extra sui tutelam*] „ Nam jure
„ necessariæ defensionis quilibet privatus
„ vim vi repellere potest; idque verum es-
„ se, ait Auctor, etiam si princeps inju-
„ stum bellum gerat, cui subditi interesse,
„ ex ejus hypothesi, non tenentur. De
„ quo egimus *supra L. 2. c. 17. §. 20. n.
„ 1. &c. 26. §. 6.*

A D §. II.

3 *Qui stipendia percipiunt*] „ Id est mi-
„ les conductitius.

Qui suo sumtu militant] „ Ut olim mi-
„ lies Romani ad militiam lecti. *Vid. l.
„ 3. c. 6. §. 23.*

Suo sumtu partem belli administrant,
„ Ut socii suo sumtu militantes, *d. c. 6.
„ §. 23.*

Ut qui naves instruant] „ Quo pertinent
„ illi, quos vulgo vocamus *Caopers.*

Quibus vice mercedis concedi solet] De
quo egimus *L. 3. c. 6. §. 19. 22. 23.
& 24.*

Illæsa justitia interna] „ Id est, salvo
„ jure naturæ. *Vid. §. 1. n. 4.*

Et caritate] „ De hac fructu queritur
„ in disciplina juris naturalis.

Justitia, &c.] „ Auctor querit, an illis,
„ qui proprio sumtu militant, præda in
„ compensationem relinqu possit illæsa ju-

„ stitia, & ait, i. id injustum non esse
„ ratione hostis, utpote quem spoliare lici-
„ tum esse, putat, intra quantitatem da-
„ mini dati, vel modum pœnae. Et hacte-
„ nus res hostiles fieri eorum, statuit, qui
„ suo sumtu bellum gerunt. *Vid. b. n. 2.*

„ Neque 2. injustum esse *ratione sua ci-
„ tatis*, si modo contractui æqualitas insit,
„ i. e. præda respondeat sumtibus: nimia
„ autem si sit inæqualitas, eam corrigendam
„ esse, putat §. 3. Sed & 3. ait, cum vir-
„ tute pugnare, prædam agere si vel ab in-
„ nocentibus sumatur, vel præda illa ad
„ diminuendas vires hostium non faciat,
„ §. 4.

„ At omnia hæc gratis dicuntur. Jure
„ naturæ in infinitum capi posse prædam,
„ demonstravimus supra c. 6. §. 1. in not.
„ Hoc jus prædæ singulis quoque permette-
„ re Princeps salva justitia potest: quia de
„ jure suo capiendi pro lubitu disponere,
„ ac iis, qui suo sumtu militant, merce-
„ dis loco prædam sine modo assignare pot-
„ est.

Aut hostem respicit] „ Id est queritur,
„ an privati permittente superiore ab hoste
„ illæsa justitia capere prædam possint?

Aut ipsam civitatem] „ Id est queritur,
„ an civitas, cujus causa bellum geritur,
„ assignare suo sumtu militantibus, juste-
„ possit prædam ab hoste capiendam.

*Eripi posse possessionem rerum omnium
„ quæ bellum alere possint*] „ Immo etiam
„ earum rerum, quæ bellum non alunt.
„ *Vid. l. 3. c. 6.*

Securitatis causa] „ Immo pleno jure
„ dominii, in not. ad d. c. 6. §. 1. pr.

Sed hoc sub onere reddendi] „ Refutavi-
„ mus hoc. *d. §. 1.*

Dominium ad compensationem usque] „ Immo in infinitum *d. c. 6. §. 1. pr.*

Civitati justum bellum gerenti] „ Immo
„ de justitia causæ inter duas summas po-
„ testates queri non potest, quia uterque
„ eam sibi afferit, nec judicem inter se ha-
„ bent; adeoque morali ratione cum sus-
„ pensum sit judicium de causæ justitia,
„ uterque interim, & durante processu,
„ omnia agit, ac si justum utrumque bel-
„ lum esset: & eventus demum decidit.

Sive res sint civitatis hostiles] „ Nam res
„ universitatis, seu publicas, capi posse,
„ dictum est, c. 6.

Sive singulorum etiam per se innocentium] „ Immo singulos nunquam esse innocentes,
„ vidimus alibi, quia sequuntur, & tuen-
„ tur, vel saltem tenentur sequi, & tueri
„ causam principis.

Quod hostes attinet] „ Ita ut illi de in-
„ justitia queri non possint.

Hædemus

Hactenus ut is, quem expressi, modus non excedatur], Id est et intra modum debiti, & poenæ capiatur; in reliquis autem securitatem saltem acquirat causa piens.

Quod aequo arbitratu] , Quis arbitrabitur cum neutra pars judicem agnoscat?

A D §. III.

Adversus suam autem civitatem] , Cum qua contrahit is, qui suo sumtu militat.

Iustitia interna] , Id est jure naturæ: nam iustitia externa, quæ ex jure gentium eit, latius patere prædam agendi facultatem, statuit.

Id ipsu] , Id est jus prædam suam faciendo.

Si contractui aequalitas insit] , Sequitur hoc ex errore illo principio: quod in omni contractu natura requiratur aequalitas inter rem, & pretium, inter operas, sumtusque, & prædæ aleam, &c. *Vid.* „L. 2. c. 12. §. 8. At ibilem jam notavimus, dominum adeoque & hunc principem, pro lubitu de jure suo, etiam inæqualibus conditionibus disponere posse, & prout disponit, ita jus est. Concessa igitur predicti potestate in genere, etiam ea, quæ ultra periculi, & operarum, ac sumtuum modum superfunt, acquiruntur capienti in iunctum.

Redendum erit civitati quod supererit] , Refutavimus hoc d. c. 12. §. 8. & diximus, prout dominus de re sua disponit, et si inæqualiter, ita jus est.

Perinde, ac si quis nimium vili pretio iactum, &c. emisset] , Hoc refutavimus L. 2. c. 17. §. 5. Idque jure civili adeo verum est, ut nec ob enormissimam læsionem rescindi tale negotium possit: quia incertitudo multum detrahit vero pretio; adeoque læsio vera hic concipi non potest, d. §. 5.

A D §. V.

Justitia stricte dicta] , Id est jus naturæ sociale, quod Auctor opponit iuri naturæ laxiori; quam differentiam ex mente Grotii explicavi in *Dissert. proœm.* I. & II.

Ut peccetur adversus id officium, quod in aliis diligendis consistit] , Auctor igitur putat, cum, qui licentiam prædandi ex contractu civitatis suæ ob sumtus factos, consequitur, juxta iustitiam stricte sic dictam, id est jure naturæ, capere prædam in bello justo intra modum debiti, & poenæ, eamque sibi acquirere posse: sed lege Evangelii præterea requiri, ut eam capiat ex bonis universitatis, aut regis, aut singulorum, qui fontes sunt; porro ut capture illa tendat ad finiendum bellum, aut minuendas vires hostium: indeque concludit, lege Evangelii nec id licere, quod iustitia interna permittit. At saepius jam dictum est, virtutis regulas ad jus naturæ, quod homines inter se obligat, non pertinere. Sed & verum non est, virtuti repugnare prædam ex holte agere, si id sit ad reparationem iuris, vel in poenam. Porro negamus, alii quem subditorum innocentem esse in bello, quia omnes causam Principis sequuntur, eamque tuentur, ac bonis suis, & operis tueri tenentur.

Præsentim quale lex Christiana prescribit] , De qua late actum est l. 1. c. 2. §. 8. „n. 10. L. 2. c. 1. §. 10. n. 1.

Non hostium universitati] , Quæ sola nocens Auctori videtur.

Aut regi] , Qui injuriam fecit.

Aut his, qui per se fontes sunt] , Adeoque qui ex proprio facto rei sunt.

Sed innocentibus] , Immo neminem subditorum innocentem esse, modo diximus.

In quas etiam eos, qui privatum nobis debent, concicere, immisericordia foret] , Nam inter privatos quoque certus execundi modus legibus civilibus prescriptus est.

Neque ad finem bello imponendum] , At semper ad finem bello imponendum pertinet, si hosti aliquid aufertur: tædio enim hujus periculi, quod ei etiam in futurum metuendum est, ad reparandam injuriam moveri potest.

Neque ad hostium publicas vires accidentias] , Etsi vires hostium non minuantur, possunt tamen movere hostem ut pacem faciat, vel saltem inservire reparationi, damni ab hoste nobis dati.

Quæstus ex sola temporum infelicitate] , Quæstus ex re hostili non ex sola temporum infelicitate oritur, sed ex iuria hostis

, hostis, quam subditi ejus operis, & opibus defendant.

A D S. V.

Puta si quis in hostes inciderit] „ Hoc „ non fit jure belli, sed jure necessariae „ defensionis, quæ cuique privato, contra „ quemcunque aggressorem, etiam extra „ bellum, competit. *Conf. supr. §. 1. in* „ *fin. & l. 2. c. 17. §. 20. n. 1. & c. 26.* „ *§. 6.*

Impetrat ius ex rebus hostium dannia sarcendi] „ Tunc jure belli agit, nomine, „ & iussu superioris.

Quod ius definiendum est ex iis, quæ de pignorationibus supra a nobis sunt tradita] „ Immo jus capiendi res hostiles ex consen- „ su superioris plane differt a pignoratione, „ seu jure repressaliarum. Nam privatus „ priori casu acquirit dominium in rem, & „ personam hostis bello capti; hoc casu tan- „ tum securitatem acquirit in res, & per- „ sonas pacatae civitatis. *Vid. l. 3. c. 2.* „ *§. 7.*

A D S. VI.

A U C T O R hic in genere notat, mili- „ tem, qui privatim damnum (etiam in „ bello justo) absque iussu, & absque ne- „ cessitate dat, inde teneri suæ civitati; „ immo si justa causa absit, etiam hosti. „ Evidem prius omnino verum est; at po- „ sterius negamus: queri enim hostis non „ potest, qui toti civitati injuriam intulit. „ Ex judicio igitur nostræ civitatis semper „ justa nobis causa est; adcoque milites no- „ stri intuitu hostis semper jure agunt, ne- „ que hactenus judicium aliquod hosti com- „ petit, quam quæstionem occasione Annibi- „ balis motam examinavimus *l. 2. c. 21. §.* „ *4. n. 2.*

Si quis miles] „ Qui pretio conductus „ est.

Aut alius] „ Qui suis sumtibus militat. „ Etiam in bello justo] „ De justitia belli „ inter duas summas potestates queri non „ posse, diximus, quia uterque eam sibi „ vindicat; at cujusque judicium valet in „ sua civitate.

Ælisficia hostium incenderit, &c.] „ Id „ est hostem privata auctoritate læserit.

Nisi ius iuri] „ Id est absque superioris, „ cui injuria facta est, consensu.

Adde, cum neque necessitas subefset] „ Id „ est ubi hostis vires non minuuntur, nec „ nostræ augentur. *L. 3. c. 12. §. 1. & §. 5.*

Neque iusta causa] „ Hæc semper subest „ ex judicio cujusque civitatis.

Theologis] „ Jurisconsulti contrarium te- „ nent, & merito, quia omnia in hostem „ licent etiam naturæ jure.

Merito autem addidi, quod ab eis omis- sum est] „ Immo recte omiserunt; quia ju- „ sta causa semper subest ex judicio ejus „ civitatis, quæ capit, nec aliis judex est.

Nam ea si adsit, tenebitur forte sua ci- vitati] „ Sine cuius iussu rem hostilem va- „ stavit.

Non item hosti, cui nullam fecit inju- riam] „ Sed qui dum non vult reparare „ , damnum injurya datum, quævis hostilia „ pati debet, nec ideo queri potest.

Non dissimile est] „ Duplex ibi quæstio „ erat: 1. An Saguntum, quæ civitas erat „ , socia Romanorum, jure obsideri potuerit? „ 2. An Annibal privata auctoritate obside- „ re eam potuerit? Prior quæstio sola cum „ Carthaginibus ventilari potuit, & ad „ eam quoque tantum respondebant Car- „ thaginenses. At merito ad alteram regere- „ bant, ad Romanos eam non pertinere, „ utpote cum ex judicio Carthaginem „ , Saguntinis jure bellum inferri potuerit; „ an vero iussu publico, vel privata aucto- „ ritate id fecerit Annibal, hanc quæstio- „ nem, atque animadversionem in civem, „ eorum esse. *Conf. l. 2. c. 21. §. 4.* „ *n. 2.*

C A P U T X I X.

De fide inter hostes.

- I. Fidem deberi hostibus quibusvis.
 II. Refellitur sententia, quæ prædoni-
 bus, & tyrannis fidem servandam
 negat.
 III. Solvitur argumentum sumptum ex
 eo, quod tales penam merentur,
 & ostenditur, hoc non considera-
 ri, ubi tanquam cum tali actum
 est.
 IV. Non obstat quod promissio me-
 tu extorta sit, si ei, qui promisit,
 metus illatus non sit:
 V. Aut si juramentum accesserit, quam-
 quam id adversus prædonem in-
 pune, quod homines attinet, vio-
 latur.
 VI. Eadem aptata ad subditos bellantes.
 VII. Specialis difficultas circa promissa
 subditis facta, ob supereminens
 dominium tractatur:
- VIII. Et ostenditur, talia promissa fir-
 mari civitatis jurejurando:
 IX. Aut si tertius se interponat, cui
 fiat promissio.
 X. Mutatio status publici quomodo fiat.
 XI. Metus exceptionem ad bellum so-
 lemne juris gentium non pertinere:
 XII. Quod intelligendum de metu ta-
 li, quem ius gentium agnoscat.
 XIII. Servandam fidem, & perfidis:
 XIV. Non si conditio deficiat: quod
 locum habet si alter parti pa-
 ctorum non sit.
 XV. Nec si justa compensatio oppona-
 tur:
 XVI. Quamvis ex alio contractu:
 XVII. Aut damno dato.
 XVIII. Immo & ex pena:
 XIX. Quomodo haec in bello locum ha-
 beant..

⁺ I. I. Quid, quantumque in bello liceat, diximus ^r partim nude
 spectari, partim ex promisso antecedente. ^{+ Parte priore ab-}
 soluta, restat posterior, ^{+ quæ est ^z de fide hostium inter se. Egregium}
 est consulis Romani ^a Sili Italici dictum :

Optimus ille
 Militia, cui postremum, primumque tueri
^a + Inter bella fidem.

^a Lib.
 XIV, verf.
 169, &
 seq.

Xenophon ^b + oratione de Agesilao, οὐν μέγα καὶ μελὸν κτῆμα τοῖς τε αἴδοις ἀ-
 πασι

^b Cap. 3.
 §. 5. Edi-
 Oxon.

nomine Africanum minorem *Diodorius Siculus*
 in excerptis Peirescianis. (Pag. 342.)

G R O N O V I I.

^r Partim nude spellaris] 3, I. I.
^z De fide] De pactis interventientibus du-
 rante bello servandis.

• Tom. II. P. 184. C. *πάντα, τὰ ἀγαθά, τὸ δόγμα τε καὶ πίστιν εἰναι τε καὶ ὅρα λυῖναι· tanta, tamque præclaræ res est in omnibus quidem, sed præcipue in ducib[us], religionis, & fidic[bus] obseruantes esse, atque haberi. Aristides **a** Leuctrica quarta: ἵνα εἰσῆνται καὶ οὐρανοῖς μάλιστα οἱ τὰ δίκαια ποιεῖν θεόμενοι φέρονται· in pace, quisque publicis conventionibus servandis maxime spectantur qui iustitiae student: ut enim recte dicit Cicero de finibus **b** quinto: nemo est, qui non hanc 3 affectionem animi probet, atque laudet, qua non modo utilitas nulla queritur, sed + contra utilitatem etiam conservatur fides.*

2. Publica fides, ut apud patrem est ^c Quintilianum, inter armatos
hostes + inducias facit, + deditarum civitatum jura conservat. Apud eun-
dem ^d alibi: fides supremum + rerum humanarum vinculum est: sacra lata
fidei inter hostes. Sic & ^e Ambrosius: liquet igitur, etiam in bello fidem,
^f justitiam servari oportere. Et ^b Augustinus: f fides quando promittitur,
etiam hosti servanda est, contra quem geritur: nimirum, + hostes qui sunt,
homines esse non desinunt. + At homines omnes, qui ad rationis usum
pervenerunt, ^g capaces sunt juris ex promisso. Camillus apud Livium
ait, ⁵ Ibi cum Faliscis eam esse societatem, + quam ingeneravit natura.

c. 27. 3. * Ex hac autem societate rationis, & sermonis, nascitur ea, de
qua agimus, obligatio ex promisso. Neque vero putandum est, quia ho-
sti ⁶ falsum eloqui aut licere, aut crimen vacare, ex multorum sen-
tentia ⁷ supra diximus, + pari ratione hoc & ad fidem datam referri pos-
se. Nam ⁸ verum eloquendi obligatio est ⁹ ex causa, quæ bello fuit an-
terior, + & bello tolli forte aliquatenus potest: + at promissio per se jus novum
b Nic. IV, confert. Vedit hoc discrimen Aristoteles ^b quum de veriloquio agens ait:
13. ^a περὶ τῆς ἐν ταῖς ὁμολογίαις αἰδινθεύεται λέγουσεν, ὅτι ὅτας εἰς αἰδινὰν γέ δικαιούντων συρρέει,
ἄλλος γάρ ἀντὶ ταῦτης αἰγανῆς ⁹ μονον de eo loquimur, qui in conventionib^m ve-
rax est, ^C in iis, que ad iustitiam, ^C in iustitiam pertinent: + sunt enim
hec alterius virtutis.

i Cap. 7. pag. 612. Ed. Kubm. 4. Pausanias i Arcadicis de Philippo Macedone : σφραγῖς ἀγαθὸν εἰν αὐτοῦ τις Φρεῶν ὄρβα καλέσειν αὐτὸν, ὃς γε καὶ ὁρκὺς θεῶν κατεπάτησεν αὐτὸν, οὐ σπαδὰς. ἐπὶ παντὶ ἐψεύσατο, πίστιν τε πτίμασε μόνιστα ἀνθρώπων bonum eum Imperatorem nemo recte vocaverit, ut qui pro more habuerit jusjurandum contemnere, fidem quavis k Lib. IX. occasione violare, ita ut nulli homini fides vilior fuerit. Valerius Maximus c. 6. n. a. k de Annibale : bellum adversus populum Romanum, Εἰς Italiam professus ext. IO adver-

G R O T I L.

5 Sibi cum Faliscis] Quamvis hostibus cum
maxime.

6 Falsum eloqui.] Dicere, vel facere, quo hostis decipiatur, & falsam opinionem de consiliis nostris imbibat.

7 *Supra diximus*] 3, 1, 18.

Ex causa, quæ bello] Ex illa judicandi libertate, de qua 3, i. 11. nata cum ipso sermonis inter homines commercio.

9 Non de eo, qui in conventionibus.]. De veritate, cui contraria vanitas, aut mendacium; non cui perfidia, & persursum.

^b *Augustinus*] Qui idem argumentum late tractat epistola CCXXV. (126. secundum novam divisionem,)

G R O N O V I L

3 Affectionem animi.] Propositionum ejus, qui se gestit bonum virum haberi.

**4 Capaces sunt iuris ex promisso] Possunt
obligare alterum alterum stipulando.**

10 adversus ipsum fidem acriter gessit, mendaciis, & fallacia quasi praeclaris artibus gaudens, quo evenit ut aliqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dabo majorne vir, an peior haberet, poneret. Apud Homericum semet accusant adacti conscientia Trojani :

*a Iliad H.
verf. 351,
352.*

Nῦ δὲ οὐκα πιστὰ
Τεράμενοι μαχόμενοι ; τῷ δὲ νο ταῦτα ἦστι (aa).

— — — Rumpentes federa sacra,
Juratamque fidem pugnamus, non quibus est fas.

II. 1. Et supra ^b jam diximus, non recipienda illa Ciceronis ^c + multa nobis societas cum tyranis, sed potius summa distractio est. Item : pirata ^d cap. XIII, non est ^e ex perduellum numero definitus : + cum hoc nec fides esse debet, + nec ^f iusjurandum commune. De tyrranno etiam ^g Seneca : quicquid erat, quo mihi cohereret, interclusa juris humani societas absciditur. Ex quo fonte error Michaelis Ephesii profluxit, qui ad quintum Nicomachiorum ^h d. Lib. VII, dixit, in tyrranni uxorem ⁱ + adulterium non committi : quod ipsi pari errore quidam ^j Judæorum magistri de alienigenis dixerunt, quorum conjugia pro nullis habent.

2. Atqui belli piratici magnam partem Cn. Pompejus pactionibus confecit, vitam illis pollicitus, & fedes, in quibus sine rapto viverent. Et tyrranni interdum ^k libertatem reddiderunt, impunitatem pacti. Caesar belli civilis ^l tertio, a Romanis ducibus cum prædonibus, & fugitivis, qui in Pyrenæis erant montibus, actum de compositione scribit. quis dixerit, si quid convenisset, + nullam inde exstirram fuisse obligationem? + non habent quidem isti specialem instanti communionem, quam inter hostes in bello solenni, & pleno, introduxit jus gentium : + at quia

G R O T E .

e Adulterium non committi] Seneca in excerp. IV, 7. Non putavi adulterium, uxorem tyrranni polluere : scut nec homicidium, tyrum occidere. Julius Clarus in §. homicidium num. 36. feminam bannitam impune adulterio corrupti censuit.

d Judæorum magistri] Rabbi Levi Ben Gerson, & Rabbi Salomo ad Levit. XX, 10.

e Pompejus pactionibus confecit] Sic improbata Didi perfidia in Celtiberos ex rapto viuentes. (Vide APPIAN. De Bell. Hispan. pag. 312. &, quod spectat Pompejum, PLUTARCH. in ejus Vita, pag. 632, 633. J.B.)

G R O N O V I I .

10 Adversus ipsam fidem] Adeo nihil pactionum sibi servandum putavit, ut ipsi fidei bellum indixisse videretur.

11 Ex perduellum numero] Noh pro justo

hoste habetur.

12 Jusjurandum commissione] Nec si quid ei promissum, vel juratum fit, id servandum est.

13 Libertatem reddiderunt] Ut Ifeas Carynenium tyrranus, qui dominatu deposito, & accepta fide publica, patriam fœderi Achaico adjunxit. Polyb. 2. Et hinc materia declamationis Fabio avo decl. 267. Flens ad arcem depositor tyrranidis.

(aa) Est apud Homerum :

Ἐλπομένης τελεόδας, οὐα μή πέπειν ὁδε.

i. e. ut bene vertunt ultimi Intt. Quare nihil utile nobis autuno effectum iri, nisi fecerimus ita, scilicet, nisi reddamus Helenam. Sic Author noster, ex memoria vitio, sensum, & seriem orationis immutavit : quemadmodum etiam in orâ libri scriptum erat, Iliad. X. pro Iliad. H. J. B.

^{a Pag.} quia homines sunt, communionem habent juris naturalis, ut recte differit Porphyrius ^a, libro de non esu animalium tertio, + ex quo nascitur ^b ut pacta servanda sint. Sic Diodorus ^b fugitivorum duci Apollonio a Lucculo fidem servatam memorat. Et Dio ^c scribit, ab Augusto Crocotae (bb) latroni persolutum pretium capitii ejus impositum, cum se ipse si-
^{322. Ed.} steret, ne fides violaretur.

^{n. 1.} III. 1. + Videamus tamen, ecquid a Cicerone non allatum proferri ^{c Lib.} speciosius possit. Primum hoc est, quod + qui atrociter malefici sunt, ^{LVI. pag.} ¹⁴ + neque pars sunt ullius civitatis, hi a quovis homine puniri possunt ^{686. Ed.} si jus naturae respicimus, ut ¹⁵ + alibi a nobis explicatum est. At qui ^{H. Steph.} puniri possunt ut vitam amittant, + his & res, & jura sua possunt au-
^{d Off. III.} ferri: sicut recte dixit idem ^f Cicero: *non est contra naturam, spoliare vid. supr.* *eum, si possis, quem honestum est necare.* + Inter jura autem est ¹⁶ hoc ^{c. V. §. 1.} ius ex promissio quæsitus: potest igitur & hoc in poenam ei auferri. + Respondeo, processurum hoc, si ¹⁷ non tanquam cum malefico actum esset; at ^f si quando ¹⁸ cum tali, qua talis est, actum est, ¹⁹ + simul de remittenda, quod hanc rem attinet, poena actum censeri debet. quia semper, ut alibi diximus, + ea sumenda est interpretatio, quæ ²⁰ cavet, ne actus in vanum recidat.

^{e Lib.} 2. + Non male apud Livium ^e Nabis, cum tyrannidem ipsi objiceret Quintius Flaminius: *de nomine hoc respondere possum, me, qualis- c. 31. cumque sum, eundem esse qui fui, cum tu ipse tecum, T. Quinti, societa- tem pepigisti.* Ex mox: *jam feceram haec, qualia cumque sunt, cum societa- tem tecum pepigisti.* Addit, *si quid ego mutasse, mihi mea inconstitæ, cum vos mutetis, vobis vestra ratio reddenda est.* + Locus est non dissimilius in oratione Periclis, ad cives suos apud ^f Thucydidem: *τὰς τοῖς αι- 144. τούσις ἀγνοεῖν, εἰ καὶ αὐτούς ἐχοτες ἵκενά μεταβαίνειν σοις πα- tiemur, si tales fuerunt quo tempore factum est sedes.*

^{f Lib. I. in fin. c.} IV. Deinde objici potest, quod ^g alibi diximus, + eum, qui me- ^{XIII. §. 14.} tu causam dedit promissio, teneri ²¹ liberare promissorem, + quia dam- ^{c. XVII. §. 17.} num dedit per injuriam, id est, + per actum pugnantem & cum natu- ra

G R O T I I.

^f *Si quando cum tali, qua talis est, actum est]* Torenius in Adelphis:

*Leno sum, fateor: pernicies communis adolecentium:
Perjurus, perfidis: tamen tibi a me nulla est
orta injuria. (IL 1. 34.)*

Vide hac de re scriptorem de compositione pa-
cis inter principes, & ordines Imperii.

G R O N O V I I.

¹⁴ *Necque pars sunt]* Vagi sedium inopes, nec civili societate conjuncti, in quovis gra-
fiantur.

¹⁵ *Alibi]* 2, 20. 8.

¹⁶ *Hoc ius ex promissio]* Quod ei ex pacto debetur.

¹⁷ *Non tanquam cunis malefico]* Si cum co-
egit, quem putavit esse bonum viram, & ne-
scivit latronem, piratam, maleficum esse.

¹⁸ *Cunis tali, qua talis]* Cum eo, quem no-
num est, qualis sit.

¹⁹ *Simil de remittenda]* Contractui tacite inclusum, que prius fecit improbe, fraudi esse illi non debere.

²⁰ *Cavet ne actus]* Efficit, ut contrahentes non videantur nihil egisse.

²¹ *Liberare]* Solvere obligatione.

(bb) Ita veteres Edd. sed legendum Croco-
te, ut est apud Auctorem, unde hoc petitur.
J. B.

G R O N O

ra libertatis humanæ, + & cum natura actus, qui liber esse debuit. Hoc vero sicut fatemur interdum locum habere, + ira non ad omnia promissi prædonibus facta pertinet. nam ut cui promissum quid est, ad liberandum promissorem teneatur, ²² + opus est, ipse metu injusto causam promisso dederit. (cc) + Si quis ergo, ut amicum vinculis eximeret, promiserit pretium, tenebitur: + huic enim metus illatus non est, qui ad contrahendum sponte venit.

V. Adde quod & + qui injusto metu coactus promisit, teneri poterit, accedente jurisjurandi religione. nam inde, ut alibi ^a diximus, + homo non homini tantum, sed & Deo obstringitur, + adversus quem metus exceptio non est. Verum tamen est, + ex tali vinculo solo promittentis heredem non teneri, + quia ²³ in heredem transeunt quæ in humano sunt commercio + ex primæva dominii lege; + at in his non est jus illud Deo quæstum qua tale. Iterum illud quoque ex ^b superioribus repetendum est, si quis fidem juratam, aut injuratam prædoni datam violet, + eum eo nomine poenam apud alias gentes non debitum: + quia odio prædonum placuit gentibus, quæ adversus eos etiam viciose committuntur, ^c dissimulare.

+ VI. Quid dicemus de subditorum bellis adversus reges, aliasque summas potestates? his, + etiamsi causam ²⁵ per se non injustam habent, ^d jus tamen per vim agendi deesse, ostendimus ^e alibi. Potest interdum & tanta esse + aut causæ iniquitatis, + aut resistendi improbitas, + ut puniri graviter possit. Tamen si quasi cum desertoribus, aut rebellibus actum sit, ²⁷ + poena promisso opponi non potest, secundum ea, quæ modo ^f diximus. Nam + & servis fidem servandam, veterum pie- ^{1.}
tas existimavit, credito ^g Lacedæmonios iram divinam expertos, quod ^{Var. Hist.} Tænarenenses servos contra pacta occidissent. Et Diodorus ^h Siculus no- ^{VI, 7.}
tat, fidem servis datam in fano Palicorum nunquam a quoquam domino ⁱ fuisse

G R O N O V I I.

²² Opus est, ipse metu injusto] Non videtur sufficere relpondo: nam certe prædones, & fugitiivi, metu injusti causam contractui dedebant: nisi enim metuerentur, nulla cum iis fieret pactio. Malum dicere, id verum esse in eo promissore, qui fuit in potestate illius, cui promittebat, quippe huic nihil fuit indignum. itaque nec iuritus ejus consensus. At qui liber, & sui juris cum prædone contrahit, ejus plenus est consensus, utecumque provido metu inducti: nec hic est metus propriæ dictus, qui cadit in constantem virum, cum præsens obversatur periculum cruciatus, aut mortis, quo amittitur constantia, & omne consilium abjicitur, sed quidam propositus aduersus futurum malum, quod ita exspectatur, ut sepe non accidat.

²³ In heredem transeunt quæ in heredem] Debita ex contractu legitimo: si enim bonis adhaerent, & quicumque bona veniant, hoc

commodum, aut incommodum secum ferunt. At ubi quis injusto metu coactus interposito jurejurando promittit, nullus est contractus legitimus, sed tantum vinculum personale, quod cum persona extinguitur, nisi novum jus accedit, hoc est, moriens forte, qui promisit, ultima voluntate mandet heredi, ut illud solvat.

²⁴ Dissimulare] Impunita transmittere.

²⁵ Per se non injustam] Puta injusta tyrannide pressi.

²⁶ Jus tamen] Adstringit enim eos civilis ordo ad obedientiam, & patientiam.

²⁷ Pena promisso] Non liberatur princeps fide illis data, dicendo eos penam sibi debere: itaque cum illa promissum sumum compensari, nec se id servare teneri, & sufficere, si penam remittat.

(cc) At vide quæ diximus ad PUFEN-
DOREIUM, De Jur. N. & Gent. Lib. III.
cap. 6. §. II. Not. II. J. B.

fuisse violatam. ²⁸ + Metus autem illati exceptio & hic poterit elidi interposito jurejurando, sicut & M. Pomponius tribunus plebis jurejurando obstrictus servavit, quod L. Manlio metu coactus promiserat.

VII. Sed + hic + supra priores specialem difficultatem facit ²⁹ jus legis constituenda, + & jus supereminens dominii ³⁰ in res subditorum; + quod civitati competit, + & ejus nomine a summam potestatē habente exercetur. + Id enim jus si ad omnes spectat res subditorum, + quidni etiam ad ³¹ jus ex promisso bellico natum? quod si conceditur, + vindicentur inanes fore omnes tales pactiones, + ac proinde belli nisi per victoriam finiendo spes nulla. Sed notandum contra est, + jus illud supereminens ³² non promiscue competere, + sed quatenus communiter expedit + in regimine non dominico, + sed civili, etiam regio. + Plerumque autem communiter expedit, pacta talia servari; quo ea pertinent, quae de praesenti statu tuendo ^a alibi dicta a nobis sunt. Adde quod + ubi hujus domitii usum res exigit, ^b compensatio tamen facienda est, ut infra ^c L. I. L. ^d 4. §. 8. ^e 3. ^f §. 14. ^g latius explicabitur.

+ VIII. i. Præterea possunt pacta + sancti jurejurando, nec tantum a rege, + aut senatu, + sed ab ipsa civitate; quomodo in leges suas Lacedæmonios, + jurare fecit ^c Lycurgus, Athenienses ^d Solon, & ^e ne personarum mutatione jus jurisjurandi intercideret, repeti quotannis jurandum. (dd) + Id enim si fiat, omnino + ne publicæ quidem utilitatis causa recedendum a promisso erit: + nam & de suo cedere civitas potuit, + & verba possunt ita esse aperta, ut nullam exceptionem admittant. ^f Lib. V, Valerius ^g Maximus Athenas ita alloquitur: *lege legem, qua te jurejando obstrictam tenet.* Romani hoc genus ^h leges sacratas appellabant, ⁱ per quas ipse populus Romanus, ut ^j Cicero pro Balbo explicat, religione obligabatur.

2. Est

G R O T I L.

^g M. Pomponius tribunus plebis] Juravit tribunus, nec fefellerit, ^g cum unan accusatione remissa concioni reddidit. Nulli alii licuit impune tribunum in ordinem redigere. Seneca de beneficiis III, c. 37.

^h Leges sacratas appellabant] Vide *Manutium de legibus.*

G R O N O V I L.

²⁸ Metus autem illati] Quod dicere potest imperans, se a subjectis rebellibus injusto metu coactum ea promisso, coque civili jure posse rescindere contractum intum, id ei prodeesse nequit; quia plerumque intervenit jusjurandum.

²⁹ Jus legis constituenda] Quod suum potestas legem potest ferre, & abrogare.

³⁰ In res subditorum] Ut possit eas dominis auferre, aut consumere in utilitatem publicam. 2, 14. 7.

³¹ Jux ex promisso] Quod acquisiverunt subjecti ab imperante armis rebellibus expressum.

³² Non promiscue] Ut pro libidine sua possit princeps, vel civitas abuti privatorum bonis.

³³ Compensatio tamen] Quoties princeps, vel civitas, bona privatorum arripit publici commodi causa, debet pro illis satisfacere ei, qui sua perdit.

³⁴ Ne personarum] Ne posteri exciperent, jusjurandum illud fuisse personale, atque ideo obligasse tantum jurantes.

³⁵ Per quas ipse populus] Non hoc dicit Cicero, sed *sacra/ancium nibil esse, nisi quod populus, plebvre sanxisset.* Itaque oportebat quidem intervenire populum, ut lex sacrata ferretur: non tamen ubi populus intervenerat, ea lex statim sacrata erat: nisi fuisset adjecta sanctio, qui eam non servasset, ejus caput sacrum, hoc est, Diis devotum esset: coque is hemo a quovis posset occidi. (At vide quæ diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. J. B.)

³⁶ Cicero pro Balbo] C. 15.

(dd) Vide quæ diximus ad PU FENDO R-
PUM, *De Jure Nat.* & Gent. Lib. IV. Cap.
2. §. 17. Not. 2. J. B.

G R O-

2. Est ad hanc rem pertinens disputatio per se obscurior apud ^a 37. Livium libro tertio, ubi ex sententia multorum juris interpretum ait, + tribunos esse sacrosanctos, + non etiam ædiles, judices, decemviro, + quorum tamen si cui noceretur, id non jure fieret. + Causa discriminis est, + quod ædiles, atque alii ^b 38 lege sola defendebantur: + quod autem postremum populus jussisset, id ratum erat; + manente tamen lege nemini contra agere jus erat. + at tribunos religio publica populi Romani tuebatur. + nam jusjurandum intercesserat, + quod ab his ipsis, qui juraverant, salva religione tolli non poterat. Dionysius Halicarnassensis + libro sexto:

Βεβητοὶ ἐκκλησίας συναντώντων συνεργάτες τοῖς δημόσιαις ιεράν τῷ ἀσυλοῦ αποδέξου τὴν ἀρχήν, νόμῳ τε τῷ ὅρῳ βεβαιωσάστας αὐτῇ τῷ αὐτοῖς ἑδόναι ταῦτα πᾶσι. ^c 39. Brutus concione advocati auctor Quiribibus fuit, ut magistratum hunc non lege tantum, sed & jurejurando inviolabilem redderent; quod omnibus placuit. + Hinc lex illa sacrata appellatur. Ideoque improbatum fuit bonis i factum Tiberii Gracchi; cum Octavio tribunatum abrogavit dicens, tribunitiam potestatem a populo habere sanctimoniam, + non adversus populum. + Ergo, ut diximus, jurejurando & civitas, & rex obstringi poterunt, etiam in causa subditorum.

IX. ^d 40 Sed & tertio, + qui metum non intulit, promissio valide fiet: + nec scrutabimur, quid, aut quatenus ejus interfit, quæ juris Romani sunt subtilitates: + naturâ enim omnium hominum interest ut hominibus aliis consulatur. Sic Philippo, ^e pace cum Romanis inita, & jus sacerdi in Macedonas, qui in bello ab eo defecerant, ademtum legimus.

X. Sed &, quemadmodum probavimus ^f alibi, + status mixtos interdum existere, + sicut de statu puro in purum, + ita & ^g 41 in mixtum transiri pactis potest: ita ut ^h 42 subditi qui fuerant, incipiunt sumnum habere imperium, + aut certe partem ejus, + etiam cum libertate partis ejus vi tuendæ.

ⁱ XI. I. + Bellum vero solenne, + id est, publicum utrinque, & indictum, + sicut alia habet peculiaria + in jure externo posita, + ita & hoc, + ut quæ in eo bello, aut ejus finiendo causa promittuntur, adeo sint valida, ut ^j 43 ex causa metus injuste illati, invito eo, cui promissa sunt,

G R O T I I.

ⁱ Factum Tiberii Gracchi] Vide id late narratum Plut. in ejus vita. (pag. 831, & seq.)

^k Pace cum Romanis inita, jus sacerdi in Macedonas, qui in bello ab eo defecerant, ademtum legimus] Est simile exemplum apud Parutam lib. VI.

G R O N O V I I.

³⁷ Apud Livium libro tertio] C. 55. (G. L. 9. c. 9. Sum. Coc.)

³⁸ Lege sola] Non etiam jurejurando, ut vult. Non tamen hæc discriminis esse causa videtur, sed quod neminem voluerunt sacrosan-

ctum haberi, de quo id nominatim cautum non esset, ut factum fuerat in tribunis. Liv. 2, 33.

³⁹ Brutus] Non ille regum expulsor, sed L. Junius, unus e primis tribunis plebis.

⁴⁰ Sed & tertio] Qui tanquam pacificator, aut quomodocumque medius inter regem, & subditos intervenit.

⁴¹ In mixtum] Ex pura monarchia in temperatam aristocratiæ.

⁴² Subditi qui fuerant, incipiunt] Ut Helvetii excusso Austrorūcorum, Belgæ liberi Hispanorum jugo.

⁴³ Ex causa metus injuste] Eo praetextu, quasi vitium intervenerit contractui, aut metu injecto expressa sint, non possit ab his discedi, nisi remittente ipso rectore, cui promissa sunt.

^b Liv. 66
XXXIX.
c. 23.

^c L. I. c.
III. §. 17.

G R O -

funt, in irritum deduci non possint: quia ^a sicut alia multa quantumvis vicio non carentia ex jure gentium pro justis habentur, ^b ita & metus, qui tali bello utrinque infertur. ^c Quod ni id placuissest, bellis talibus, quae valde sunt frequentia, nec modus, nec finis potuissest imponi: ^d quod tamen fieri interest humani generis. ^e Et hoc potest intelligi jus illud esse bellicum, quod cum hoste servandum, ait ^f Cicero, cui & alibi ^g dictum, hostem in bello jura retinere, scilicet, ^h non tantum naturalia, sed & quædam ex gentium consensu orta.

^a De off.
^b Verr.
^c III. 29.
^d IV. 55.

2. Neque tamen hinc sequitur, ⁱ eum, qui tale quid bello injusto extortis, falva pietate, salvis viri boni officiis, posse retinere quod accepit, ^k aut etiam cogere alterum, ut fet pactis sive juratis, sive injuratis. ^l Intus enim, & ipfa rei natura id injustum manet: ^m neque interna hæc injustitia actus tolli potest, nisi ex novo, & vere libero consensu.

XII. Cæterum, quod metum, dixi, haberi pro justo, qui bello solenni infertur, ⁿ de eo metu intelligi debet, ^o quem jus gentium non improbat. ^p Nam si stupri inferendi metu extortum sit quippiani, aut alio terrore contra datam fidem, verius erit, rem constitutam intra jus naturale: ^q quia jus gentium ad tales metum suam vim non porrigit.

+ XIII. 1. Servandam autem fidem etiam perfidis, & nos ^r in generali tractatione supra ^s diximus, & idem docet ^t Ambrosius: quod haud dubie ^u porrigendum ad hostes quoque perfidos: quales Pœni, ^v quibus Romani fidem sancte fervaverunt. Se tunc Senatus, non eos, ^w quibus hoc praestabatur, affixit, ait in hoc arguento ^x Valerius Maxi- mus. Et ^y Sallustius: bellis Punicis omnibus, cum sepe Carthaginenses ^z in pace, ^{aa} per inducias multa nefanda facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere.

^e Lib. II.
^f c. XIII. 5.
^g 35.
^h Off. I.
ⁱ 29.
^j Lib. VI.
^k 6. n. 3.
^l Bell.
^m Cutil. cap.
ⁿ 50. Ed.
^o Woff.

2. Appianus ^s de Lusitanis foedifragis; quos ^{aa} Sergius Galba nova pactione deceptos trucidaverat: ^{cc} αἰσια μὲν ἀγα αἰσια μετίω, ἐπεὶ ἀκίνως δὲ 'Pomæniorum' μηδένες οἱ Βαρβαροί περιδια περιδια ultus contra Romanam dignitatem barbaros imitabatur. Eoque nomine idem Galba postea a Libone tribuno plebis accusatus est: quam rem narrans ^b Valerius Maximus, misericordia, inquit, illam quaestionem, non equitas rexit. (ee) (male editur texit) quoniam que innocentia tribui non poterat absolutio, respectui puerorum data est.

G R O T I I.

1 Ita ^{cc} metus, qui tali bello utrinque infertur.] Vide dictum scriptorem de compositione pacis.

in De eo metu intelligi debet, quem jus gentium non improbat] Sic nihil prodest extorquenti promissio, quam legato capto is extortus. Mariana XXX. (Cap. 12. & 19. Sed exemplum non quadrat. Vide Notas nostras Gallinas. J. B.)

G R O N O V I I.

45 Intus enim, ^{cc} ipsa rei natura] Fictione

tantum juris hoc justum est, ut aliquis finis perniciari discordia reperiretur; non per naturam rerum, aut legem morum, aut apud Deum.

45 Quem jus gentium] Qui infertur actionibus, quæ in bello consensu gentium licite prætantur.

46 Sergius Galba] Leg. Servius Sulpicius Galba.

(ee) Nescio quæ Editione ritus fuerit Author. Certè ejus avo jam legebatur heic rexit. Saltem ita habet Editio Wecheliana, ann. 1627. à Christophero Colero curata. J. B.

G R O

est. Cato in originibus scripsicerat, ^a nisi ⁴⁷ pueris, & lacrymis usus es-
set, poenas eum daturum fuisse.

XIV. Sed simul sciendum est, + duobus modis fieri posse ut quis a
perfidia vacet, nec tamen id faciat, quod promissum est, ⁴⁸ + defectu
scilicet conditionis, & ⁴⁹ + per compensationem. + Defectu conditionis
non vere liberatur promissor; sed eventus ostendit, nullam esse obligatio-
nem, ut + quæ non nisi sub conditione contracta erat. Et hoc referen-
tius casus, + si prior alter non implerit quod ex sua parte implere tene-
batur. Nam unius, ejusdemque contractus capita ⁵⁰ singula + alia aliis
inesse videntur per modum conditionis, + quasi expressum esset, hæc ita
faciam si & alter faciat quæ promisit. Ideo ^b Tullus Albanis respondens,
Deos testes facit, + uter prius populus res repelentes legatos aspernatus dimi-
serit, ut in eum omnes expetant clades belli. Non tenebitur pro socio, ait
^c Ulpianus, + qui ideo renunciarvit, quia conditio quadam, quæ societas erat
inita, ei non præstatur. ⁵¹ + Hanc ob causam quoties alia mens est, so-
let diserte ponii, ut si contra hanc, aut illam partem quid fiat, + cætera
non eo minus rata maneat.

+ XV. ^a + Compensationis originem ^d alibi indicavimus, cum di-
ximus, nos, si quod nostrum est, aut quod nobis debetur, consequi ali-
ter non possumus ab eo, qui nostrum habet, aut nobis debet, + tantum
dem in re quavis accipere posse: + unde sequitur, ut multo magis pos-
simus id, quod penes nos est, + sive corporale est, sive incorporale, re-
tinere. Ergo quod promisimus + poterit non præstari, si non amplius
valet, quam res nostra, quæ sine jure est penes alterum. ^e Seneca libro
de beneficiis sexto: *sic debitori suo creditor sape damnatur, ubi plus ex alia*
causa abstulit, quam ex credito petit. Non tantum inter creditorem, ^f de-
bitorem judex sedet, ⁵² qui dicat: *Pecuniam credidisti. Quid ergo?... 53* + agellum, quem non emeras, possides: estimatione facta debitor discede,
qui creditor veneras.

+ XVI. + Idem

G R O T T I.

^a Compensationis originem alibi indicavimus] Tertullianus Scorpico: nulli compensatio invi-
diosa est, in qua aut gratia, aut injurya com-
munis est ratio. (Cap. 6.)

^b Seneca libro de beneficiis VI.] Cap. 4.

G R O N O V I I.

⁴⁷ Pueris, & lacrymis] C. Sulpitii Galli,
hominis gratiosi ad plebem, filio, pupillo suo,
& duobus parvis suis, quorum se, tanquam
in procinctu testamentum faceret, fine libra,
& tabulis pop. Rom. instituere tutorem orbis
dicebat: atque hi fletu suo populum mo-
verunt.

⁴⁸ Defectu conditionis] Si quis promisit non
emmino, sed certo casu, & conditione, & is
casus, eave conditio non exfiltrerit.

⁴⁹ Per compensationem] Si promissum est,

& ipse rem nostram tenet mala fide, & cum
confilio non reddendi, quæ sit ejusdem esti-
mationis, cuius est quod promissum est.

⁵⁰ Singula alia aliis inesse] Adeo ut si unum
non servetur, omnia pro irritis, & violatis
habentur.

⁵¹ Hanc ob causam] Hæc exceptio ut eli-
datur, quoties eam valere nolunt contrahentes.

⁵² Qui dicat] Actori, pecuniam credidisti,
itaque illum, unde petitur, condeanno, ut tibi
reddat. Sed alia sape dicit. Quæ ista? nempe,
credidisti tu quidem illi pecuniam, sed argen-
tum, scilicet factum in valis, ab eo, qua-
eunque specie, aut occasione acceptum, ne-
que emtum, aut jure tuum, possides: id es-
timatum pluris est, quam quod petis. Ergo
sic abi e judicio, ut te debitorem scias, qui
creditorem præferbas, teque ultro aliquid de-
bere illi, a quo nummos petiturus huc venisti.

⁵³ Agellum, quem] Argentum, quod.

⁺ XVI. + Idem erit + si ex alio contractu is, quicum negotium est, plus, aut tantundem debet, + idque ego aliter consequi non valeo. In foro quidem, ut ^P idem Seneca ait, ⁵⁴ + actiones quædam separantur, nec confunditur formula: sed illa exempla, ut ibidem dicitur, + certis legibus continentur, quas necesse est sequi: + lex legi non miscetur: eundum est qua ducimur. + Jus gentium ista discrimina non agnoscit, + ubi scilicet alia juris sui obtinendi spes non est.

XVII. + Idem dicendum erit si qui promissum urget ⁵⁵ + non contraxerit, sed damnum dederit. ^q Seneca ibidem: ⁵⁶ + colonum suum non tenet, + quamvis ⁵⁷ tabellis manentibus, qui segetem ejus proculcavit, qui succedit arbusta, non quia recepit quod pepigerat, + sed quia ne recipereetur efficit. Mox alia addit exempla: + pecus abegisti, servum ejus occidiisti. ^r Deinde: + licet me comparare inter se quantum profuerit mihi quisque, aut quantum nocuerit, ^s tum pronunciare, utrum plus debeatur mihi, an debeam.

^a Cap. 5. XVIII. Postremo + & quod ex poena debetur ei, quod promissum est, ⁵⁸ potest contribui, quod eodem loco late explicatur: ^t + ^o beneficio gratia debetur, ^o injuryæ ultio: nec ego gratiam illi debo, nec ille mibi penam: + alter ab altero absolvimur. mox ^b: ^s comparatione facta inter se beneficii, ^o injuryæ, + video an etiam ultra mibi debeatur.

^o Cap. 6. ⁺ XIX. ⁱ Sed sicut ⁵⁹ si quid inter litigantes convenerit, ei, quod promissum est, + opponi lite manente non poterit, aut actio, de qua lis erat, + aut litis damna, & impensæ, ita nec manente bello compensari poterit aut id, unde ortum est bellum, aut + quidquid bellico gentium jure fieri solet. ⁶⁰ + Negotii enim natura, ne nihil actum sit, ostendit convenisse depositis belli controversiis. + nam alioqui nulla esset pactio, quæ non posset eludi: nec forte male huc aptem quod ^t + apud eundem, quem jam laudavi aliquoties, Senecam est: Nullam excusationem receperunt

G R O T I S.

^p Idem [Seneca] Eodem libro, capitibus 6.
^q Seneca ibidem] Dicto cap. 4.

^r Deinde] Dicto cap. 6.

^s Comparatione facta] Eodem cap. 6.

^t Apud eundem, quem jam laudavi aliquoties, Senecam est] De benef. VII, 16.

G R O N O V I I.

⁵⁴ Actiones quædam separantur] Ita sunt diversæ, ut compensari nequeant: sed si duorum uterque adversus alterum propriam actionem habet, uterque sua nti, & quod ea continetur, prosequi necesse habet: nec tollit altera alteram.

⁵⁵ Non contraxerit] Nihil quidem vicissim promiserit, sed in culpa est, ut alter minus habeat.

⁵⁶ Colonum non tenet] Non habet obliga-

tum, ita ut fructus, vel pecuniam, qua ille conduxit, exigere possit.

⁵⁷ Tabellis manentibus] Formula, vel instrumento conductionis illæso, & integro.

⁵⁸ Potest contribui] Pro eo, quod promissum est, ut non præstetur, potest imputari, & compensari id, quod propter maleficium promittendi debet, cui promissum est.

⁵⁹ Si quid inter litigantes] Si qui jam contendunt in foro, de alia causa contraxerint, non potest alter contrahentium salva fide promissum negare, quod dicat se ab illo lite vexari, & multum impendere. Sic etiam jam bellantes si quid inter se pacti fuerint, non re tota composita, nequit alter a pacto resiliere, propter causam, aut continuationem belli.

⁶⁰ Negotii enim natura] Hoc omni negotio naturaliter inest, ut præsumatur aliquid aetum, non pueriliter insum. Hoc autem causa non potest aliquid aetum videri, nisi se polita causa principali.

G R O N O-

recepérunt (majores) ut homines scirent fidem utique præstandam. Satis enim erat, + a paucis etiam justam excusationem non accipi, quam ab omnibus alii quam tentari.

2. + Quæ ergo sunt, quæ compensari cum eo, quod promissum est, poterunt? nimirum, + si quid alter, quamvis ex alio contracta, inter bellum inito, debet: + si damnum dedit intra induciarum tempora: + si legatos violavit, + aut aliud quid fecit, quod inter hostes jus gentium damnat.

3. Observandum tamen + ut ⁶¹ inter easdem personas fiat compensatio, + ac ne jus tertii cuiusquam lèdatur: + ita tamen ut subditorum bona pro eo, + quod civitas debet, jure gentium obligata intelligantur, ut alibi + diximus.

4. Addamus & hoc, + generosi esse animi stare federibus etiam post aliquid injuriæ acceptum: quo nomine sapiens ^b Indus Iarchas laudabat regem, qui Iesus a vicino federato, ἐπαρένυε τὸν ὄρκον ὅτι Βεβαίως ὁμοκέναι φίσας, ὡς μηδὲ ὅποτε ἀδικεῖτο λυπεῖν αὐτὸν, non discessit a jurata fide, + aijens, tam sancte se jurasse, ut alteri ne post acceptam quidem injuriā nociturnū esset.

5. Quæ vero de fide hostibus data incidere solent quæstiones, ferme omnes solvi possunt, + si adhibeantur regulæ supra traditæ ^c, cùm de vi, + tum quorumvis promissorum, + tum speciali jurisjurandi, + federis, ac sponsionum, + & de regum jure, ac obligatione, + deque ambiguis interpretandis dissertavimus. Tamen ut & antedictorum usus sit manifestior, & si quid præterea controversi est, discutiatur, + specialium quæstionum frequentiores, atque illustriores attingere non pigebit.

G R O N O V I I.

⁶¹ *Inter' easdem personas* [Quod in compensationem mei promissi imputare alicui volo, sit ejus, quicum mihi res est, non alicujus tertii.]

H E N R I C I D E C O C C E I I
C O M M E N T A R I U S
I N
H U G O N I S G R O T I I

L I B . I I I . C A P . X I X .

HACTENUS de jure belli egimus; + quid in bello licet: at quia finiri tandem bellum debet, quod plerumque per conventionem fieri solet, Autos tractationem de jure pacis hic incipit, & ea occasione in genere materiam fit, quatenus hosti debetur, tractat.

^a Libro
III, c. II.
§. 2.
^b Philof.
lib. III,
c. 9. (cap.
20. Ed.
Olear.)

^c Lib. II,
cap. XI.
XIII. XV.
XVI.

A D S. L

PARTES Priori] • Qua quarebatur,
• quid licet in hostem nude, citra pro-
• missum, sive ex jure naturæ, sive ex ja-
• re Gentium *L. 3. c. 1. §. 1.*

Qua est de fide hostium inter se?] • Ad-
• eoque ubi quæritur, quid licet in ho-
• stem ex promissio, *d. c. 1. §. 1.*

Inter bella fidem] Quæstio celebris est,
an fides hostibus data sit servanda? Nos
omnino affirmamus *i.* quia uteque con-
trahentium pro libertu de suo jure disponere
potest; prout igitur disponunt, ita jus
est. *Pos. J. G. 6. 20.* Quia hosti, ut ho-
sti, fides datur, adeoque utrinque consen-
sum in id est, ut hosti fides servetur. Et
cum *30. supra l. 2. c. 11. §. 7.* dictum
sit, fidem etiam vi injusta extortam valere
(quia aliud est fides data, seu dispositio,
aliud vis.), multo magis id obtinebit in
fide, quæ hosti datur, qui justam sibi as-
serit causam. *4º.* Nulla alias esset ratio
componendæ litis cum hoste, nisi interne-
cione vel ipsorum, vel reipublicæ nostræ.
Servanda igitur est fides ex mediæ necessitate.
Idque *5º.* confirmatur consensu Gentium.
Sane, perjurium Zedekiae regis er-
ga regem Babyloniae Idololatram prædicente
Jeremias punitum, legimus *2. Chron. 36. v.*
12. & 13. Ipse enim vicitus, captus, li-
beri occisi, ipsi oculi eruti, totaque vita
in vinculis fuit Babeliis. *2. Reg. 25. v. 4.*
seq. Saul violatam fidem Gabaonitis (da-
mnatis populis) datam fame triennii, &
morte septem filiorum luit. *Vid. l. 2. c.*
13. §. 4. Ex profana Historia id docent
exempla Auctoris: quibus adde quod Ga-
millus dixit, *et si cum Faliscis non sit so-*
cietas, qua pacio fit humano. esse tamen,
quam ingeneravit natura. *Liv. l. 5. c. 27.*
Perfidiam Ptolemæi Cerauni insigniter puni-
tam legimus: brevi enim post a Gallis
regno exutus, & obtuncatus est, diis id
vindicantibus. *Justin. l. 24. c. 23.* Maria
Guisiana, Jacobo V. Scoto nupta, fidem,
ubi potuit, fecellit, causata, fidem a Prin-
cipibus exigendam quatenus eis commodum
videretur, *Buchan. l. 16. p. 573. ad ann.*
1558; nec esse adeo anxie exigendam,
ibid. p. 577; hæretico autem minime ser-
vandam, *ibid. p. 576.* At tandem cum in

angustiis constituta primores legatos mit-
teret, nec audita, nec fides ipsi habita
fuit, *ibid. p. 579.* Uladislai calamitatem,
ex perfidia ortam, exposuimus *supra l. 2.*
6. II. §. 20.

Additio.

• Iisdem fere principiis nititur quæstio:
• an hæreticis, an perfidis, an prædonibus,
• an tyrannis fides servari debeat; de qui-
• bus supra *l. 2. c. 13. §. 15. &c. 15.*
• §. 8. &c. seq. egimus. *Conf. Differt. pro-*
• *am. XII. §. 418.*

Xenophon] • *& in Inst. Cyr. l. 8. p.*
,, 256.

Castra utilitatem] „, *Conf. Lucan. 2.*
„ *v. 243. Marcellin. 20. 26. Liv. 5. 27.*

Cassiod. 1. 12. Tesm. b.

Inducias facit] • Ut armati quoque a vi 2
abstineant.

Deditarum civitatum jura conservat] •
Quia fides hosti data servanda est.
Rerum bumanarum vinculum est] • Quod
pluribus auctoritatibus corroboravimus su-
pra *l. 2. c. 11 §. 1.*

Hostes qui sunt, homines non esse defi-
nunt] • *Vid. §. 2. n. 2.*

At omnes homines juris capaces sunt ex
promissio] • Hostes enim qua hostes, jus
habent de rebus, ac juribus suis pro la-
bitu disponendi; prout igitur qua hostes
inter se disponunt, ita jus est.

Quam ingeneravit natura] • Scilicet com-
munio juris, quam natura omnium animis
per rationem inscripsit; aliam enim so-
cietatem non dari, diximus.

*Ex hac autem societate rationis, & ser-
monis, nascitur ea, de qua agimus, obliga-
tio ex promissio.*] • Immo ea oritur ex utri-
usque placito, atque consensu.

Falsum eloqui] • Mentiri hosti licere,
diximus *supra l. 3. c. 1. §. 18.*

*Pari ratione hoc ad fidem datam referri
posse*] • Aliud omnino est mentiri hosti,
aliud fidem ei datam violare: priori casu
nulla a parte mei obligatio est roganti ve-
ritatem dicendi; at ubi fidem hosti qua
hosti dedi, jus in eum transtuli, quod
ei auferre non possum.

*Verum, eloquendi obligatio est ex causa,
qua bello fuit anterior*] • Ex illa judican-
di libertate nata cum ipso sermonis inter
homines commercio. *Vid. L. 3. c. 1. §.*
11. Gron. b. Quod refutavi *ibidem.*

Et bello tolli forte aliquatenus potest] Immo

• Immo nulla obligatio a natura est verum
• dicendi hosti; immo nec amico, si jus
• ejus non laeditur.

At promissio per se jus novum confert]
• Rationem cur mentiri hosti licet, non
• vero fidem datam violare, jam allegavi-
• mus.

Sunt enim hac alterius virtutis] • Nimi-
• rum, justitiae, que necessitatem infert
• fidem servandi.

A D §. II.

Nulle a nobis societas cum tyrannis]
• Resp. 1. Jus hoc, i. e. obligatio fidem
hosti servandi, non ex societate aliqua ori-
tur, sed ex jure, & facultate disponendi
de re sua pro lubitu: atque hoc jus 2. ob-
tinet, licet nulla daretur societas humana.
Sanc, 3. ob delictum hostibus non aufe-
runtur reliqua naturae jura, nec impune
in eos committuntur stupra, adulteria,
&c. ergo non magis in eos licita perfidia.
4. Sed & verum non est, cum tyran-
nion esse societatem, utpote quæ a natura
est inter homines. Quin hoc ipso 5. dum
quis cum hoste contrahit, agnoscit, socie-
tatem cum eo esse. Immo 6. fide post de-
lictum data remittitur jus, & pena, quia
partes ita disponunt. Denique & 7. nec
hostis nobis fidem servare teneretur, quia
quisque alterum injuria agere ait, & sic
hostis nos quoque extra societatem consti-
tuueret.

Additio.

• Alibi diximus, societatem inter homi-
nes non esse, adeoque frustra queri, an
cum hoste talis societas detur: optime
notavit B. Parenz, jus illud, quo hosti
fides servanda est, non ex societate, sed
ex dispositione oriri, quia partes prout
de jure suo disponunt, ita jus est.

Cum hoc nec fides esse debet] • Refuta-
tum hoc satis a nobis est.

Nec iurandum communare] • Contrarium
defendimus d. c. 13. §. 15. seq.

Adulterium non committi] • Dixi, cum
hoste jura naturae communia manere, ita
ut crimina in eum committi non possint.
Hinc incestus, & adulteria, nec cum ho-
ste committere licet. *Vid. supra L. 3. c.*
4. §. 19.

2 *Nullam iude exstituram fuisse obligatio-*

nem] • Ad quid enim opus fuisset tractare
de finiendis moribus?

Nos habent quidem isti specialiter istam
conventionem, quam inter hostes in bello
solenum introduxerit jus gentium] • Immo et.
dem ratio est hostis, & piratae circa pro-
missa. Utrique fides data servari debet;
quia partes de jure suo pro lubitu dispo-
nere possunt, & prout disponunt ita jus
est. Cæterum, bellum solenne, in quo
ex placito gentium jura quedam particu-
laria obtineant, non dari, supra vidi-
mus.

*At quia bondes sunt, conventionem ba-
bent juris naturalis]* • Cujus regula est;
ut is, qui alii etiam hosti aliquid pro-
mittit, id servare teneatur. *Conf. supradic-*
tae §. 1. n. 2.

Ex quo nascitur ut pax servanda sit] •
Dum enim hosti aliquid promitto, mea
voluntate jus in eum transfero, quod ei
præstare teneo ex regula illa naturali,
que suum cuique tribui jubet.

A D §. III.

Videamus tamen] • Auctor novas
objectiones contra regulam illam, fidem
hostibus esse servandam, format.

*Qui atrociter malefici sunt, &c. bi a quo-
vis homine puniri possint]* • Quod refuta-
vimus supra L. 2. c. 20. §. 3. & c. 21. §.
3. & 4. *Conf. Dissert. Proæm. XII. §.*
539. seq.

Nec pars sunt ullius civitatis] • Nam in-
stitutis civitatibus inter gentes conveni-
se, putat, ut singulorum delicta ipsis pro-
arbitrio punienda, aut dissimulanda re-
linquerentur: ita tamen, ut si extraneo
subdito injuria fiat, cives illius civitatis
vel puniri, vel dedi debeant. Quod ex-
minavimus d. c. 21. §. 3. & 4.

Ut alibi] • *Vid. Dissert. proæm. XII. §.*
539. seq.

Hic & res, & jura sua possunt auferri] •
Quia majus est vita, quam bona.

Inter jura autem est hoc jus ex promissio-
que fitum] • I. e. jus, quod hosti compe-
tit petendi id, quod ei promisi.

Respondeo] • Sensus responsionis est,
quod fidem dando remiserit poenam is, qui
eam exigere potuisset.

Additio.

» In hoste hæc specialis ratio accedit, quod ratione hujus actus communis consensu desinant esse hostes: invicem conveniunt, quod in reliquis se se invicem laedere velint, hoc actu, de quo fides data est, excepto.

Simil de remittenda pena] » Poenam autem delinquentibus remittere licet; & remissione stipulata, revocari nequit: quia jus somni in alterum translatum est.

Ea sumenda est interpretatio, que cavit ne actus in vanum recidat] » Immo id sequitur non ex aliqua presumptione, sed ex certitudine illa morali, quod Magistratus, qui poenam merito, sciens talem esse, aliquid promittit, hoc jus in poenam auferre non possit; quia jus in eum quam maleficum transtulit, adeoque hoc jus poenæ exemit.

Non male] » Adeoque Auctor existimat, si quid cum tyranno qua tali actum est, simul de remittenda poena, quatenus hanc rem attinet, actum censeri. Cum Nabide enim societatem iniverunt Romani, postea eum tanquam tyrannum bello prosequentes bantur: id exprobat Nabis Romanos. At alibi demonstravimus, contra Romanos, id quod Nabis respondit, allegari non posse. *Vid. l. 2. c. 16. §. 18.*

Locus est non dissimilis] » Immo locus hic plane non quadrat. *Vid. supr. l. 2. c. 16. §. 18.* Lacedæmonii declarant Atheniensibus, se velle Gracos liberos dimitti. Pericles ait, id æquum esse si tempore sacerdatis liberi fuerunt. Qua, quæfö, ratione hæc applicari possunt ad thesin Auctoris, quod si maleficio qua tali aliquid promittiatur, simul remissa, quod eam rem attinet, pena videatur? *Vid. n. præc.*

A. S. I V.

P o r k o Auctor eidem sententiae opponit, metum, adeoque injuriam, dedisse causam promissioni; hoc damnum reparari, debere ab eo, qui intulit. Admodum hic fluctuat Grotius, & responderet, 1^o. id non esse generale, nec ad omnia promissa prædonibus facta pertinere, *tb 4: 2^o*. ad evitandam omnem cavillationem prælonem exigere posse ut promissum jurejurando firmetur, *tb 5. 3^o*. Valere promissum, quod maleficio sit qua tali, *tb. 6. 4^o*. Neque ob-

stare, ait, ejusmodi promissio jus supereminentis dominii, *tb. 7. & 8: 5^o*. valere quoque si tertio fit, qui metum non intulit, *tb. 9: item 6^o*. si in statu mixto subditi, & Princeps aliiquid promittunt, *tb. 10. 7^o*. jure Gentium omnem metum bello solenni illatum justum esse, indeque metu promissa eo jure valere, §. 11. modo jus gentium metum illum non improbet, §. 12.

Tota res expeditur distinctione inter promissionem, & vim: illa licita est, hac regulariter illicita. Ex priori obligatur promissor ad præstandum id, quod promisit, ex posteriori agit ad reparationem damni vi illa dati: quod plenius explicavimus *l. 2. c. 11. §. 7.*

Eum, qui metu causam dedit promissio, teneri liberare promissorem] » Immo subsistit promissio, quia licet coactus voluerit, tamen voluit, *l. 2. ff.* Quod metu causae adeoque non tenetur alterum liberare, sed separata actione agit ad id, quod interest metum illatum non esse.

Quia damnum dedit per injustitiam] » Verum est, per vim damnum injurya datum esse: sed inde non sequitur, cogentem teneri liberare promissorem a promissione, quæ facta est a volente, licet coacto.

Per actum pugnantem, & cum natura libertatis humana] » Recte: sed ideo tenetur ad id, quod interest vim illatum non esse, salva ceterum promissione.

Et cum natura actus, qui liber esse debuit] » Immo actus ille etiam vi, ac metu perfici potest, quia coacta voluntas etiam est voluntas.

Ita non ad onania promissa prædonibus facta pertinet] Immo ad nulla.

Opus est ipse metu injusto causam promissio dederit] Jure naturæ nec tunc tenetur liberare promissorem, quia promissio ipsa vitiosa non est: sed tenetur ad reparandum damnum, quod vi, adeoque injuria datum est.

Si quis ergo, ut amicam vinculis eximeret, promiserit pretium, tenebitur] Casum exhibuimus supra *l. 1. c. 4. in Cive Neapolitano*, qui noluit fidejussori pecuniam reddere, quam hic Gallis pro eo liberando solverat.

Huic enim metu illatus non est, qui ad contrahendum sponte venit] » Diximus dicto loco, duo hic negotia esse: 1. factum incarcerationis, quod intercedit inter carcere

carcerantem, & incarceratum; idque in
juria factum supponitur: 2. fidejusso-
nem, quod negotium intercedit inter in-
carceratum, & fidejussorem, & maxime
licitum, quin laudabile est.

, Neque obstat, quod vis alterius cau-
sam huic promisso dederit: Nam ideo
contra eum, qui vim intulit, actio pro-
mittenti competit ad omne id, quod in-
terest; at inde promissio spontanea, quæ
fidejussori facta est, non vitiatur. Sane,
jus suum recuperaret cum alterius jactu-
ra; nam sine fidejussione mansurus in
vinculis fuisset.

A D S. V.

*Quo i injusio metu coactus promisit, teneri
poterit accidente jurisjurandi religione] » Im-
mo jusjurandum nullum jus daret præ-
doni, si ex pacto id ei non competeteret.
» Vide L. 2. c. 13. §. 14. ubi diximus
omnem promissionem, ut ut metu extor-
tam, valere, nedum si juramentum ac-
cesserit.*

*Homo non homini tantum, sed & Deo
obstringitur] » Ex solo juramento homo non
obligatur homini, nisi dispositio præces-
serit, et si metu extorta.*

*Adversus quem metu exceptio non est]
Immo nec ea adversus hominem est;
quia non obstante metu voluit.*

*Ex tali vinculo solo promittentis hæredem
non teneri] » Immo promittentis hæres ex
promisso metu ab antecessore facto tene-
tur, eodem modo uti promittens ipse. At
hæres vicissim eandem actionem ad id
quod interest, habet, quam defunctus
habuit contra eum, qui vim injuria intu-
lit. Cæterum, verum est, quod hæres
ejus, qui jurato promittit, de perjurio
non teneatur Deo, quia ipse non jura-
vit.*

*Quia in hæredem transiunt quæ in hu-
mano sunt commercio] » Succedit hæres in
omne jus defuncti, excepto eo, quod so-
li personæ cohæret, nec ab ea separari
potest. Hinc in delictis, adeoque & in
perjurio, hæres non succedit. Vid. L. 2.
c. 13. §. 17, c. 9. §. 17. c. 21. §. 19.*

*Ex primæva dominii lege] » Ex hypothesi
Auctoris simul cum dominio fuit intro-
ductum, ut bonis defuncti cohærerent
ea, quæ alicui debentur, ex ipsa rerum*

inæqualitate. L. 2. c. 21. §. 19. Nos ali-
bi demonstravimus, dominium non esse
introductum facto hominum, sed a na-
tura constitutum naturali ratione in hæ-
redes cum suo onere transfire, utpote qui
in omne jus familæ succedunt. Vid. L.
2. c. 5. Sed & obligationem proprie non
origi ex rerum inæqualitate, diximus L.
2. c. 12. §. 8.

*At in his non est ius illud Deo quaesitum
qua tale] » Sensus est, Jus Deo ex jura-
mento quaesitum non esse in humano
commercio ex primæva dominii lege;
atque ideo hæredes non obligari ex ju-
ramento defuncti. Verior est ratio, quam
supra L. 2. c. 21. §. 19. allegavit, nimi-
rum, hæredem in meritis, quæ sunt per-
sonalia, non succedere, adeoque nec in
obligationem, quæ ex delicto, seu per-
jurio oritur.*

*Eum eo nomine pœnam apud alias gentes
non debiturum] » Passim hoc repetit Au-
ctor L. 2. o. 13. §. 14. L. 3. c. 4. §.
18. L. 3. c. 23. §. 2. & c. 12. §. 5.
At saepius dictum est, gentes invicem jus
puniendi non habere, adeoque frustra
metueret perjurus tales pœnam ab ex-
tranea gente.*

*Quia odio prædonum placuit gentibus,
&c.] » Dixi 1. Prædoni quoque promissum
servandum esse, et si metu extortum; id
que 2. multo magis verum esse, dixi,
si juramentum accessit: sed prædonem q.
peculiaris actione teneri ob vim injuria il-
latam. Ade 4. tale placitum odio præ-
donum inter gentes initum non existere,
nec ulla ratione probari.*

A D S. Y L.

*A u c t o r ait, subditis quoque rebelli-
bus fidem datam servandam esse, si qua-
talibus data sit. Quod verissimum est.*

*Etiam si causam per se non injustum ba-
beant, ius tamen per vim agendi deesse,
&c.] » Ex hypothesi Auctoris jure naturæ
cuilibet læso jus competit vindictam su-
mendi etiam a Principe: at institutis ci-
vitatis inter gentes communis consensu,
& placito jus hoc resistendi sub gravissi-
mis pœnis sublatum fuit, proleg. §. 41.
& L. 1. c. 4. §. 2. n. 1. Quod refuta-
vimus dictis locis. Diximus, 1. verum
non*

non esse, cuique privato jus puniendi lædentem competere. Diximus, 2. Princi-
pi resistere nunquam licere. Denique, &
3. diximus, placitum commune gentium
non existere.

Aut causa injustitia] » Si scilicet subdi-
ti absque causa resistunt.

Aut resistendi improbitas] » Si scilicet
causam resistendi subditi habent, at enor-
mes in resistendo committunt excessus.

Ut patiri graviter possit] „ De his ergo
criminosis queritur, an fides ipsius data
servanda sit.

Pana promisso opponi non potest] » Quia
dum fidem dat rex, remittit poenam.

Et servis fidem servandam] » Non enim
desinunt esse homines; cum quibus na-
turæ jura obtinent.

*Metus autem illati exceptio & hic poterit
solidi interposito jurejurando*] » Immo si ex-
ceptio metus ejusmodi promissis opponi
possit, etiam jurijurando oblitura esset.
Diximus, jure naturæ valere promissionem
delinquentibus qua libus factam, etiam
non accidente juramento.

M. Pomponius tribunus plebis],,, Examinav-
mus hoc exemplum supra l. 2. c. 13.
» §. 14.

A D. §. VII.

Hic] » Scilicet, ubi fides datur subdi-
tis rebellibus.

Supra priores] » Nimirum, quod cum iis
non sit societas, §. 3; quod vim infe-
rens damnum det injuria, §. 4.

*Et jus supereminens dominii in res subdi-
torum*] » Vi cuius bona, & jura subditis
ob utilitatem publicam, vel in poenam
auferre potest. L. 2. c. 14. §. 7.

Quod civitati competit] » Impropius voca-
tur dominium.

*Et ejus nomine a summam potestatem ba-
bente*] „ Princeps enim ex delatione po-
puli imperium exercet.

*Id enim jus si spectat ad omnes res subdi-
torum*] » Immo & ad omnia jura eorum,
quæ in poenam auferri possunt, d.
» 14. §. 7.

*Quidam etiamsi ad jus ex promisso bellico
natum*] „ Vid. Gron. b. At male hæc pro-
missio bellica dicitur, quia cum subditis
jus belli nunquam est.

*Videntur inanes fore omnes tales pactio-
nes*] » Quia privilegium subditis datum
& jus subditis ex illo pacto quæsumum
tum contraria lege, tom vi supereminen-
tis dominii iterum auferre posset.

*Ac proinde belli nisi per victoriam fini-
endi spes nulla*] » Ita ut rebellio non nisi
internecione rebellium finiri queat: ubi
denus notandum, abusive bellum hoc di-
ci, & victoriae nomen huc non pertine-
re.

*Jus illud supereminens non promiscue com-
petere*] » Sed saltē intra fines legitimæ
administrationis.

Sed quatenus communiter expedit] » Prin-
ceps jus subditis quæsumum auferre non
potest, nisi 1. ob utilitatem publicam,
2. in poenam.

In regime non dominico] » Grotius sta-
tuit, in dominico, seu patrimoniali regno
regem pro lubitu de juribus subditorum
disponere posse; quod alibi late refuta-
vimus.

Sed civilis] » Id est ex populi voluntate
delato.

*Plerunque autem communiter expedit,
pacta tulia servari*] » Cum in arbitrio sit
regentis, judicare an utile sit, an non,
ex hac ratione parum securitatis sibi pro-
mittere poterunt subditi rebels. Ver-
ratio est, quod princeps rebellibus, qua-
re rebellibus, ob utilitatem publicam fidem
dederit, quam proinde violare nequit.

*Ubi hujus dominii usum res exigit; com-
pensatio tamen facienda*] » Ita ut Princeps
si ob necessitatem publicam res subditis
antea rebellibus contra fidem datam eri-
pit, pro illis satisfacere debeat. Adeoque
fidem non frangit, sed salva fide jure suo
utitur; neque tunc tanquam in rebelles
id statuit, sed ex jure illo, quod in quo-
cunque cives principi competit.

A D. §. VIII.

Auctor porro ad evitandum da-
bium, quod ob utilitatem publicam jus
subditis, olim rebellibus, ex pacto quæ-
sumum auferri possit, cautelam hanc affert,
ut jurato sanciantur paëta; & tunc prin-
cipem teneri putat. At jam satis demon-
stratum est, cum etiam sine juramento
obligari.

Sanciri

Sanciri jurejurando] » Ut omnia pacta possunt firmari adjectione rei sacræ, cum jus metu absterreatur promittens ne viollet illa, ita & pacta inter regem, & subditos inita.

Aut senatu] » Qui repræsentant civitatem.

Sed & ab ipsa civitate] » Id est a populo in statu populari.

Jurare fecit Lycurgus] » *Just. 3. 3.*
Id enim si fiat] » Id est si pactum jurando sancitur.

Ne publica quidem utilitatis causa receundum a promissio erit] » Tales promissiones, etiam non juratae, nec ob publicam utilitatem tolli possunt.

Nam & de suo cedere civitas poterat] » Obligando se, quod mutare nolit.

Et verba possunt ita esse aperta, ut malam exceptionem admittant] » Adeoque nec exceptionem metus.

Per quas ipse populus Romanus religione obligabatur] » Quia earum observantiam jurato promisit. De quo mox plenius agemus.

2 Tribunos esse sacrosanctos] » Id est inviolabiles, d. l. 9. c. 9.

Non etiam adiles] » De Ædilium origine, & officio vid. Heinr. antiq. L. I. tit. 2. §. 25. seq.

Quorum tamen si cui noceretur, id non iure fuerit] » Quia noceretur ei, cui id legge non licet. *Liv. d. c. 55.*

Causa discriminis est] » Quod nimurum tribuni sacrosancti dicantur, non adiles.

Quod adiles, atque alii lege sola defendebantur] » Non jurisjurandi religione.

Quod autem postremum populus jussisset, id ratiōne erat, &c.] » Adeoque populus legem illam tollere potuisset.

Mox tamen iure, nemini contra agere ius erat] » Quamdiu lex sublata non est, tutti erant ex lege.

At tribunos religio publica populi Romani tuebatur] » Tribunos veterem jurejurando plebis, cum prima eam potestatem creavit, sacrosanctos fuisse, interpres illi docebant apud *Liv. d. c. 55.*

Nam iusjurandum intercesserat] » Quod ex modo allegato loco Livii appetat; unde de religione eos inviolatos esse, ait. *Conf. Liv. l. 9. c. 9.*

Quod ab his ipsis, qui juraverant, salva religione tolli non poterat] » Mutuo enim consensu leges hæ latæ, & juramento fixi.

Tom. IV.

matæ sunt: adeoque quod mutua voluntate conventum est, altero invito tolli non potest.

Hinc lex illa sacrata appellatur] » Immo sacratae non inde vocantur, quia populus de servanda illa lege juravit. Nam plures leges sacratae existabant, que jurejuringando non erant munitæ. Talis lex erat, ne cuius militis scripta nomen nisi ipsa volente deterretur: item ne quis, ubi tribunus militum fuit, postea ordinum ductor esset. *Mann. de Leg. Rom. c. 12.* *Augustin. de Leg. Verb. sacrata lex.* Venant leges sacratae privatis hominibus irrogari, id est privilegia dari, *Cicero pro Sexto Auguftino d. 1.* item ne de capite civis nisi comitiis centuriatis rogare licet. *Cic. pro Sexto. & de legibus l. 3.* *apud Mann. d. l. c. 26.* Sacratae igitur dicebantur, quia is, qui adversus eas faceret, sacer alicui Deorum cum familia, pecuniaque fiebat. *Festus voce sacrata leges* (idem quoque Paulus Diaconus in epitome ibidem statuit); ubi simul quosdam opinari, ait, sacratas dici, quas plebs iurata in monte sacro scriverit. Ex præmissis igitur patet, etiam illam legem, quam sanctum est, ut qui Tribunis, adiutibus, judicibus, decemviris vocuissent, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad eadem Cereris, liberi, liberaque ventus irent, ad sacratas referri posse. *Vid. Liv. d. c. 55.*

Non adversus populum] » Recte probis viris hoc factum improbatum fuit, quia populus ipse per patres hanc legem probavit. *Liv. d. l. c. 56.*

Ergo ut diximus jurejurando & civitas, & rex obstringi poterunt, etiam in causa subditorum] » Hoc omnino verum est: at etiam citra juramentum obligantur ex promissie subditus, ut ut rebellious, facto.

A D §. IX.

Qui metum non intulit, promissio valide fiet] » Auctor subditis rebellibus hic consilium dat, ut per tertium, qui metum non intulit, promissum acceptent. huic enim exceptionem metus opponi non posse. Valere autem talē promissionem tertio factam, ait, et si ejus nihil intersit.

Verum, ex hac promissione illi tertio
R. s. jus

Jus non oritur, sed tantum subditis: & tertius, qui eorum nomine, & voluntate fidem recipit, nudum est instrumentum, omneque jus ad causam pertinet; adeoque & tertio exceptio metus obstat.

Additio.

» Auctor supponit casum, ubi inter conditiones pacis, vel capitulationis (ut vocant) hosti promittimus, transfugas, vel rebellibus subditos puniri non debere. Hoc pactum omnino etiam prodest ipsis subditis; & si pacificens contra fidem datam eos violet, & subditis fit injuria, & tertio, cui securitas subditorum promissa est.

» Neque obstat, inutile esse pactum, quod alii fit, in primis cum non intersit pacientis. Resp. Jure naturae omne pactum valet, eti alterius non intersit. Vid. l. 2. c. 11. §. 1. Sed & maxime hic interest ejus, qui transfugas, quos recipit, securos esse vult; hinc sancte tales conventiones observari solent hodie que.

Nec scrutabimur, quid, aut quatenus ejus intersit], Sufficit enim, promissum, id est jus translatum esse in eum, cui promittitur. Vid. l. 2. c. 11.

Natura enim omnium hominum interest ut hominibus aliis consulatur] » Id, quod interest, nunquam hoc sensu sumitur in jure. Rectius igitur dicendum est, promissum valere eti alterius non intersit.

A D S. X.

S T A T U S mixtos interdum existere] Ubi potestas summa & populo, & regi competit: at status mixtos non dari, probavimus in Diff. procem. XII. §. 624. Sicut de statu puro in purum] » Ita enim subditi, qui ante sub statu mere Monarchico fuerunt, liberi pactis fieri possunt; quod exemplis Helvetiorum, & Belgiorum, infra confirmabimus.

Ita & in mixtum transfiri potest] Immo mixturam illam non pertinere ad statum, sed ad administrationem, probavimus d. §. 624.

Aut certe pars ejus] » Diximus, im perium non dividi, sed administrationem. Etiam cum libertate partis ejus vi tuer-

da.] » Si scilicet Rex promittens fidem datum non servaverit: at id ex pacto est. L. i. c. 4. §. 8. §. 13.

A D S. X L

A u c t o r metum bellicum non infirmare pacta, idque ex jure gentium exter- no in bello soleanni ita introductum esse, ait. At diximus, nec jure naturali, nec civili, pacta vi, & metu inita infirmari.

Bellum vero solenne] » De bello solenni, & minus solenni, vide Diff. procem. IX. §. 63. seq. Diff. IV. §. 14.

Id est publicum utrinque, & indistinctum] » Vid. l. 2. c. 3. §. 4.

Sicut alia habet peculiaria] » Ipsum jus gentium non tantum, sed & particularia illa jura bello solenni jure gentium tributa, merum figmentum esse, probavi d. §. 4.

In jure externo posita] » Cujus effectum esse, fingit, ut possessor talis tutus sit apud omnes gentes; ut non possit res ab eo repeti, nec is tanquam fur, ac praedator puniri: quæ omnia explosimus dict. diff. IX.

Ita & hoc, ut qua in eo bello promittuntur, sint valida] » Immo id ex ipso jure naturæ est, non demum ex ficto aliquo jure gentium externo.

Sicut alia multa quantumvis vitio non parentia ex jure gentium pro justis, &c.] » Vid. diff. procem. IV. §. 18. seq. Diff. IX. §. 65. seq. & ea, quæ notavimus dict. diff. IV. §. 29. & dict. Diff. IX. §. 168.

Ita & metus, qui tali bello utrinque infertur] Negamus: quædam jure gentium pro justis haberi, quæ vitio non parent. Negamus, metum, qui bello utrinque infertur, jure gentium demum justum esse. Verius est, metum hunc jure naturæ justum esse.

Quod ni id placuisse, bellis talibus, &c. nec finis imponi potuisse] » Ex hac ipsa ratione appetat, hosti servandam esse fidem non ex placito gentium, sed ex naturæ ratione, ex medii nimirum necessitate; quia alias lesiones forent immortales, quæ tamen cessant, ubi satisfactum est

» est laeso : est autem satisfactum , ubi in-
» juria pacto , vel transactione remissa
» est.

Quod tamen fieri interest humani generis]
» Immo non ideo quia interest generis hu-
» mani ; inter quasdam enim Americae gen-
» tes bella sunt perpetua , neque tamen hu-
» mani generis hactenus interest . Vera ra-
» tio est , quod transactione remittatur in-
» juria.

Et hoc potest intelligi jus illud esse bellum
» *civile] » Immo Cicero loquitur de jure na-*
» *turæ , non de facto aliquo jure gentium*
» *externo , quod in bello solenni obti-*
» *naturæ .*

Non tantum naturalia , sed & quedam
» *ex gentium consensu orta] » Immo tantum*
» *de naturalibus loquitur : nam jus gen-*
» *tium voluntarium Ciceroni cognitum non*
» *fuit.*

2. Estim , qui tale quid bello injusto extorfit ,
» *salva pietate , &c. posse retinere] » Nam ju-*
» *re gentium saltem ad effectus externos*
» *pacta ejusmodi servanda esse , dixit n. r.*

Aut etiam cogere alterum ut sit pacis]
» *Si scilicet id , quod promissum est , præ-*
» *stitutum nondum est.*

Inclus enim , & ipsa rei natura id injus-
» *trum manet] » Id est juxta justitiam inter-*
» *nam , quæ ex jure naturæ est , & extra*
» *quam nullam justitiam inter gentes agno-*
» *scimus . Cæterum , frustra hæc ab Auctore*
» *tractantur ; supponit enim , bellum injus-*
» *trum esse . At passim diximus , bellum*
» *inter duas summas potestates nec justum ,*
» *nec injustum asseri posse , quia uterque*
» *justitiam causæ sibi tribuit , nec judex*
» *inter eos est ; adeoque semper inter eos*
» *servanda sunt pacta .*

Neque hoc injustitia actus tolli potest , nisi
» *ex novo , & vere libero consensu] » Adeo-*
» *que jure naturæ tunc demum fidem ho-*
» *sti ex injusta causa bellum gerenti ser-*
» *vandam esse , ait , si fides illa novo actu ,*
» *& libera voluntate postea ratificetur . At*
» *diximus , talia pacta semper servanda es-*
» *se , nec novo actu opus esse .*

A D §. XII.

DE eo metu intelligi debet , quem jus
» *gentium non improbat] » Dixi 1. non dari*
» *bellum solenne ex sensu Auctoris ; 2. non*

» dari jus gentium voluntarium ; nedum 3.
» verum esse , eo jure gentium effectus quo-
» dam tribui externos bellum gerentibus .
» 4. Fidem metu bellico extortam etiam ju-
» re naturæ valere , dixi . Certum igitur
» est , plane hic non spectari , an jus gen-
» tium improbet metum , an non .

Nam si stupri inferendi metu extortum
» *fit quipiam , &c. verius erit , rem con-*
» *stitutam intra jus naturale] » Diximus , o-*
» *mnem fidem , quovis metu datam , fer-*
» *vandam jure naturæ esse : adeoque etiam*
» *eam , quæ metu stupri fit . At alia quæstio*
» *est , an propter hanc injuriam agere quis*
» *ad reparandum possit ? quod affirmamus ,*
» *sed peculiari actione .*

Evidem jure civili quidem distingui-
» *tur inter metum justum , & injustum ,*
» *ad eum effectum , ut exceptio metus*
» *non detur ob metum justum , nec re-*
» *scindatur pactum nisi ob metum injustum .*
» *At jus hoc civile inter duas gentes bel-*
» *lum gerentes allegari nequit . Vid. supra*
» *l. 2. c. 11. §. 7. & c. 12. §. 10.*

Quia jus gentium ad tales metum vim
» *suam non porrigit] » Dixi , jus gentium*
» *non dari , & promissum stupri metu jure*
» *naturæ valere , ac promittentem inde o-*
» *bligari . At quia causa metus ipso naturæ*
» *jure , inter hostes quoque , illicita est ,*
» *ideo separata actione coactus agere potest*
» *ad omne id , quod interest . Adeoque*
» *jus naturæ omnino vim suam etiam ad*
» *tales metum porrigit , ita ut promittens*
» *inde obligetur .*

A D §. XIII.

AUCTOR ait , etiam hosti perfido fi-
» *dem esse servandam ? Quod plenius ex-*
» *plicavimus l. 2. c. 13. §. 16. Vid. infr. l.*
» *3. c. 23. §. 2.*

In generali tractatione] » Ubi de pro-
» *missis juratis in genere egit . L. 2. c. 13.*
» *§. 16.*

Porrigendum ad hostes . quoniam perfidos]
» *Nam ex eo , quod hostis delinquit , no-*
» *bis delinquendi facultas nulla competit .*

Neque obstat 1. quod ex delicto hoc ho-
» *stis teneatur ad reparationem . Resp. Immo*
» *remisisse videtur hanc injuriam dum con-*
» *trahit cum perfido ; ac ideo fidem datam*
» *fallere nequit .*

R r 2

Obstat

Obstat 2. quod agenti ubique obstat exceptio non impleti a sua parte contractus, & quod dolo facere videatur qui petit ex contractu, quem ipse non adimplevit. Resp. Hoc verum est si promissio respectum habuerit alterius promissionis, quia tunc inest conditio, si & tu fidem mibi seruaveris: secus si diversi generis sunt promissa, tunc enim alterius perfidia mihi licentiam non dat delinquendi. *Vid. supr. c. 13.*
§. 16.

Obstat 3. jus talionis. Sane, in alio improbare hostis perfidus non potest quod in se probat. Idque consensu gentium probari videtur. Poeta ait:

*Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude,
Exemploque licet ludere quemque suo.*

Consentire videtur jus civile in L. 21. c. paci. l. 6. c. transact. l. 7. comm. utr. iud. l. 13. §. 8. Att. ent. Conf. Besold. in Diff. de pace c. 6. §. 9. Ayala de jure belli l. 1. c. 6. Resp. Vel fides reciproca data est ante perfidiam hostis, vel post. Priori casu, diximus, distinguendum esse, an promissio respectum habuerit alterius promissionis, tunc enim frangi vicissim fides potest, quia ea inest conditio, si alter implaverit: an vero diversi generis sint promissa, tunc recedere a fide data non license. Neque jure talionis, utpote quod tantum obtinet cum tantundem quis recipit, non ubi tantundem delinquit.

Additio.

„Si gens quædam hostilis olim fidem „nobis datam violavit, (qua perfidiæ no- „ta Carthaginenses celebres fuere) quæri- „tur, an talionis jure nos quoque fidem „ipfis datam violare possimus? Recte hoc „negat Grotius, quia ultimum pactum cum „perfido, a scientibus talem esse, initum, „adeoque perfido ex voluntate, & consen- „su hostiō jus quæsumus est: quod extra „omne dubium constituitur in allegato „exemplo Pænorum, ubi de præcedenti „perfidia pace transactum fuit.

„Evidem negari nequit, nos id, quod „ex pacto debemus, retinere posse, do- „nec hostis id, quod ex præcedenti pacto „forte præstare tenetur, si de eo trans- „actum non est, solvat: at hoc non in- „fert perfidiam, sed securitatem saltam „nobis paramus.

„Sed & si hostis novissimum pactum a „sua parte non implet, nec nos ei stare

,, tenemur, mutuo enim consensu a con- „ventione receditur.

Quibus Romani fidem sancte servaverunt] , Quia fides ut perfidis data, eoque inju- „ria, & vindicta remissa erat.

A.D. §. X I V.

D u o s u s modis fieri posse ne quis a perfidia vacet, nec tamen id faciat, quod promissum est] , Minus propriæ dicunt his „casibus, cum quis non facit id, quod „promissum est, a perfidia vacare, &c. „Nam primo casu in hunc eventum nihil „promissum est; adeoque frustra de perfi- „dia queritur: in secundo casu impletur „promissum dum tantundem præstatur, „adeoque ei, cui promittitur, nihil abeat. Defectu scilicet conditionis] , si quis non „simpliciter promisit, sed sub certa con- „ditione, quæ postea deficit, in hunc ca- „suum nihil promissum est; adeoque nihil „est, quod præstari debeat.

*Per compensationem] * Si is, cui ego „promisi, vicissim mihi tantundem debet „ex alia causa. Vide §. seq.*

Defectu conditionis non vere liberatur pro-“missor] , Quia nunquam obligatus fuit de-“ficiente conditione.

Qua non nisi sub conditione contrafacta erat] , Adeoque effectum nunquam habuit, „conditione quippe deficiente.

Si prior alter non implet quod ex sua parte implere tenebatur] , Immo hic casus „huc non pertinet; neque hic illa con-“ditio subest. Sed vera ratio, cur alter „quoque resilire a pacto absque perfidia „possit, si unus stare nolit, hæc est, „quod cum neuter implere promissa velit, „communi consensu recedant, eoque li-“berentur ab obligatione semel rite con-“tracta.

Alia aliis iusesse videntur per medium con-“ditionis] , Hoc jam refutavimus. Uterque „pure ex hoc pacto obligatur: si vero unus „resilit ab articulo pacti, recedit quoque „a reliquis, qui respectum ad illum arti-“culum habent; adeoque alter quoque re-“silire potest ab eodem non tantum articulo illi-“culo, sed ab omnibus, qui articulo illi-“certo respectu insunt: non ob defectum „conditionis, quæ non est, sed ob mu-“tuum

„tuum dissensum. Vid. c. 20. §. 35.

„Quasi expressum est, bac ita faciam si
Et alter, &c.] „, Figmentum hoc est, quod
„ex praecedentibus destruitur.

„Uter prius populus] „, Hic non de pacto
„agit, sed de mutua violatione legato-
„rum. Quod an iure talionis fieri possit,
„alibi vidimus.

„Qui ideo renunciat, quia conditio qua-
„dam] „, Recte: dum enim alter conditio-
„nem non praestat, alter vero societati re-
„nunciat, mutuo consensu recedere a socie-
„tate videntur.

„Hanc ob causam] „, Scilicet, ut elidatur
„illa difficultas, quod uno articulo rupto
„alter quoque recedere possit.

„Cetera non eo minus rata maximeant []
„De qua questione late alibi egimus.

A D §. K V.

ALTER modus, quo fieri potest ut quis
a perfidia vacet, nec tamen id facit, quod
promissum est, Auctori est compensationis. At
hic quoque verum non est quod Auctor
statuit, non fieri quod promissum est. Nam
qui compensat, revera alteri satisfacit, &
ipso iure tollitur debitum; nihil enim alte-
ri amplius abest, neque promittens plus suo
habet.

Compensationis originem alibi indicavimus]
„Principia Grotii haec sunt. Supponit, in
„primaeva rerum statu omnia fuisse com-
„munia, & dominia rerum facto deum
„hominum (nimis divisione, & acce-
„dente tacito hominum consensu occupa-
„tione) introducta esse.

„Introductio autem dominio sequi, ait,
„ex ipsa dominii vi, ac natura, id est ex
„justitia expolitrix, ut si rem ipsam, quae
„mea fuit, consequi non possum, aliud
„tantundem valens accipiam ab eo, qui
„rem meam detinet, vel eam mihi debet,
„quia morali estimatione idem est, L. 2.
„c. 7. §. 2. n. 1; neque enim mei juris
„mei explementum consequi, nisi tantun-
„dem accipiam, ibid.

„Atque hinc compensationem originem
„capere, ait bac §. 15. Si enim pro eo,
„quod nostrum est, tantundem in re qua-
„vis accipere possumus, multo magis pos-
„sumus id, quod jam penes nos est, si
„ve corporale sit, sive incorporale, reti-

„nere. Unde concludit, nos id, quod alii
„debemus, compensare posse cum eo,
„quod alias nobis debet, si non amplius
„valet, quam res nostra, d. §. 15.

„Compensationem ergo Grotius deducit
„ex lege naturae, sed ex lege naturae pro
„certo verum statu, quod sequitur intro-
„ducto domino, d. c. 7. §. 2. n. 1.

„At saepius iam dictum est, verum non
„esse 1. in primaeva rerum statu omnia fu-
„isse communia, & 2. dominia facto de-
„mum hominum introducta esse; sunt
„enim a primaeva matera. 3. Verum non
„est, compensationem tunc deum locuta
„habere, cum aliter rem meam consequi
„non possum: ea enim locum habet, et si
„actione rem meam facili via consequi
„possum.

„Vera igitur ratio compensationis haec
„est. Naturae iure debitor A ideo obliga-
„tur creditori B, quia ille aliquid alieni
„in bonis suis habet, quod huic deest,
„& quod proinde huic tribuere tenetur.

„Tota haec obligationis ratio cessat, si
„creditor B vicissim tantundem debet de-
„bitor A. Tunc enim revera neuter vel
„plus, vel minus suo in bonis habet, sed
„utriusque phone satisfactum est.

„At requiritur 1. ut debitum utrinque sit
„liquidum. Sane, si alter seget se debere,
„nec de veritate debiti constet, creditor al-
„ter per compensationem non acciperet
„tantundem, id est seque liquidum: 2. ut
„eadem quantitas debeatur, id est ut res
„sit fungibilis. Nam in his deum singu-
„la partes sunt aequales estimatione; ad-
„eoque in his tantum rebus tantundem
„restitui potest. In omnibus aliis rebus par-
„tes sunt inaequales; adeoque ex sola
„quantitate res cum alia re comparari ne-
„quit. Sane, allegane debitor non potest,
„creditori satisfactum esse, qui negat se
„sandom estimationem recipere.

„Aque haec principia juris naturalis in
„iure Romano sunt translata. Vid. jus
„meum controver. tit. de Reb. cred. quest. 14.
„§. 15.

„Bene autem a compensatione distinguen-
„dum est jus retenzione: hoc enim etiam
„in illiquidis, & rebus diversi generis ob-
„tinet; quia securitatis sakem gratia, us-
„que dum id, quod alter vicissim debet,
„plene probatum fuerit, vel estimatione of-
„ficio judicis perfecta fuerit, res, vel de-
„bitum retinetur. Hinc praesita cautione
R r 3 jus

» jus illud retentionis locum non habet.
» Toto ergo cœlo retentio differt a com-
» pensatione.

Tantundem in re quavis accipere posse]
» Nam ex hypothesi Grotii lege naturæ,
» quæ ex ipsa dominii natura, ac vi se-
» quirur, alienatio fit quoque explectione
» juris, id est si tantundem accipio. *L. 2.*
» *c. 7. §. 2. n. 1.*

*Unde sequitur ut multo magis possimus
id, quod penes nos est]*, Immo hæc non
» est ratio compensationis, sed ea, quam
» modo allegavimus.

Sive corporale est, sive incorporale], Com-
» pensatio ob quodvis debitum fieri potest,
» sive ex contractu, sive ex delicto ori-
» tur; modo liquidum utrinque, & quan-
» titas debita sit. Sane, injuria tunc non
» est in eo, qui paratus est præstare, si &
» alter præstet, sed in eo, qui id, quod
» æqualiter debet, vicissim præstare de-
» trestat.

*Poterit non præstari, si non amplius va-
let]* » Pro præstito enim habetur si alter
» tantundem debet; tunc enim nec alteri
» aliquid abest, nec alter plus suo habet.

Agellam, quem non emeras, possides,
» *&c.]* » Magis huc pertinent quæ præmi-
» sit Seneca: pecuniam aliquis mibi credi-
» dit, sed domum meam incendit s. pensa-
» tum est creditum damno: nec reddidi il-
» li, nec tamen debo. Hæc autem intel-
» ligenda sunt ex sensu juris Romani, si
» is, qui damnum pastus est, pecuniariter
» agit, & quantitas definita est s. tunc
» enim hic compensationem opponere pot-
» est. *L. 10. §. 2. ff. comp.* Extra hunc ca-
» sum si creditor exigit debitum, non pot-
» est ei a debitore opponi: tu tantundem
» mihi debes, quia fervum occidisti, pe-
» cus abegisti, &c. domum incendiisti; &
» creditor vel neget factum, vel neget
» tantundem damni datum esse. Sane, ipse
» Seneca fatetur, hoc casu *estimatione* opus
» esse: quæ supponit, de quantitate non
» constare. Potest igitur creditor debitum
» liquidum interim exigere. Sed & in ge-
» nere notandum, Senecam insignem suil-
» se philosophum, at juris prudentia pa-
» rum peritum.

AD S. XVI.

*Grotius in §. precedenti egit de
retentione rei alienæ pro re nostra,*
» quam alius penes se habet. Hic agit de
retentione rei alienæ pro debito, quod
» is, cuius res penes me est, ex alio con-
» tractu mihi debet.

Idem erit] » Id est, possimus id,
» quod penes nos est, retinere.

*Si ex alio contractu is, quicunq; negoti-
um est, plus, aut tantundem debet]*
» Verum hoc est, positis terminis habili-
» bus; si nimis debitum utrinque est
» liquidum, & res ejusdem sint generis.

Idque ego aliter consequi non valeo] » Im-
» mo eti aliter consequi valeam: nam ip-
» so jure tollitur obligatio ex rationibus:
» ante allegatis.

Actiones quedam separantur], Ita sunt
» diversæ, ut compensari nequeant: sed
» separatim invicem institui debent. At
» hoc verum tantum est, ubi vel illiqui-
» dæ sunt, vel ubi de estimatione certa-
» tur; adeoque ubi non constat, an tantun-
» dem sit id, quod debetur: idque juria
» quoque naturalis est.

Certis legibus continentur], Sed ha-
» leges ratione naturali nituntur.

*Lex legi non miscetur; eundum est qua-
» ducimur]*, Id est cum ex unoquoque ne-
» gotio tum depositi, tum furti (nam de-
» iis agitur) propria, & separata actio de-
» tur legibus, non potest depositum cum
» furto, nec contra compensari, uti id
» ipse explicat: depositum habet actionem
» propriam, tam me bercule, quam fur-
» tum, d. c. 6. At statim demonstrabi-
» mus, hæc discrimina non ex ineptiis ju-
» risconsultorum, sed ex ipsa ratione na-
» tura originem trahere.

Jus gentium ista discrimina non agnoscit]
» De jure gentium voluntario id fateor,
» quia tale non agnosco: at de jure gen-
» tium, quod & naturale est, id nego.
» Tota enim ratio compensationis in ea
» consistit. quod is, a quo ex pacto rem
» fungibilem peto, mihi solutionis loco af-
» signare possit id, quod vicissim ei de-
» beo, & quod tantundem est. Hoc enim
» casu alteri nihil abest, nec ego plus
» meo habeo.

Quoties

„ Quoties igitur 1. res non sunt ejusdem generis, nec 2. ejusdem bonitatis, vel 3. nec certo, ac liquide debentur; nec natura compensatio fit, sed unusquisque separata actione agit.

„ Atque huc pertinet exemplum, quod Liberalis proposuit apud Senecam d. L. 6. c. 5. in fin. Si qui apud me pecuniam deposituerit, idem mibi postea furtum fecerit. Hoc casu separatae actiones obtinent, nec is, qui pecuniam deposita tam habet, furtum cum deposito compescere potest: quia res furto ablata non est ejusdem generis, & non statim appareat, quid, quale, & quantum debetur; examinari igitur prius furtum, & res estimari debent, &c. Non ergo is, qui ex deposito agit, repellere potest exceptione, tu mibi ex furto debes, quia nondum constat, an tantundem furderetur; neque id certum, aut liquidum est, adeoque assiri nequit, furi nihil abesse, & depositario praecise tantundem deberi.

Ubi scilicet alia juris sui obtinendi spes non est] „ Jus naturae omnino agnoscit ista discrimina, etsi alia juris sui obtinendi spes sit, quia si utrinque liquidum est debitum, compensando neuter plus sibi habet, neutri aliquid abest. Eoque jus suum cuique tribuitur.

A D §. XVII.

I D E M dicendum erit] „ Id est ut id, quod penes nos est, retinere possimus.

Non contrarerit, sed damnum dederit] „ Immo compensatio tunc locum non habet, quia non idem genus, nec eadem quantitas debetur, nec debitum utrinque certum est.

Colonum suum non tenet] „ Id est, non agere cum effectu contra conductorem potest, ut ille mercedem promissam solvat.

Quamvis tabellis integris] „ Id est, etsi instrumentum locationis producatur.

Sed quia no recipere et efficit, &c.] „ Adeoque locator, proculando v. g. getem efficit, ne conductor fructus ex re locata percipiat. Evidem compensatio hic locum non habet: nam a parte

, locatoris certum est debitum ex Tabulis, & constat, quid, quale, & quantum debeatur; at a parte conductoris debetur, in primis si locator id neget, certum non est: & si de damno in generali re dato constaret, nondum tamen constat, quid, quale, & quantum debeatur; adeoque deficit eadem quantitas, & idem genus, eoque & compensatio. At si locator non sit solvendo, vel retineri, vel deponi pecunia, vel cautio locatori praestari debet.

Pecus abegisti, servum ejus occidisti] „ Totum compensationis ratio hic cessat: res utrinque nec ejusdem generis, nec ejusdem bonitatis est, adeoque separata actione quisque ius suum persequi debet.

Licet me comparare inter se] „ Hoc exemplum pertinet ad disciplinam Ethices. Nam Auctor proponit casum, ubi quis beneficium in me contulit, & postea in iuriam fecit; & querit, an separatae hinc orientur actiones, ita ut illi reddere beneficium teneat, ille poenam mihi debeat: an vero beneficium, & injuria compensentur. Sen. l. 6. de benef. c. 5. Liberalis prius negabat, & separationem actionis nisi inter ineptias Jurisconsultorum refrebat. Seneca in c. 6. dubio huic respondet, legibus id constitutum esse in debitis juris, quas necesse esset sequi; at beneficiam, de quo quaestio proposita erat, nulli legi subjectum esse, & a solo arbitrio eius dependere, qui beneficium accipit: indeque eum estimare, an injuria accepta tanti sit, ut eum liberet ab avridaque. Apparet igitur, hic non esse mutuum debitum (alter enim, qui injuriam mihi fecit, non habet actionem ex beneficio mihi ante dato), adeoque frustra de compensatione queri.

A D §. XVIII.

E t quod ex pena debetur ei, quod promissum est, potest contribui] „ Verum hoc est si id, quod ex poena debetur, est certum, & liquidum: uti si poena pecuniaria decreta est, l. 10. §. 2. ff. comm. pens.

Et beneficio gratia debetur] „ Dixi in §. præced. exemplum hoc huc non pertinet, re. Gratia, quæ ex beneficio debetur, non est debitum juris, sed sola poena injuria:

„ juriæ : adeoque cum mutua hic debita
„ non sint, leges compensationis hic appli-
„ cari non possunt.

*Alter ab altero absolvitur] „ Jure na-
„ turæ id verum non est; non enim mu-
„ tuum hic subsist debitum.*

*Videbo] „ Adeoque is, qui beneficium,
„ & injuriam ab altero accepit, expendit,
„ an ob acceptum beneficium injurie vin-
„ dictam remittere debeat? quod plane ad
„ compensationis materiam non pertinet.*

AD §. XIX.

QUADRITUR, an uti inter privatos,
ita & in bello inter duas summas potestates
possit fieri compensatio? Resp. si promissum
quid sit bello, vel lice durante, non pot-
est perfari cum eo, de quo lis est. Verum,
si liquida sint, potest: quia jure naturæ
non species, sed æs, & æstimatio inspec-
tus. *Vid. supr. §. 7.* Si proinde invicem
tantundem debent, neuter plus suo habet.

I Opponi lite manente non poterit. aut actio,
de qua lis erat, &c.] » Ponamus, Cajum
promisisse Sejo 100; & cum Sejus nega-
ret solutionem, causam in judicium de-
ductam esse. Pendente lite Sejus ex alia
causa promittit, se Cajo 100. daturum:
queritur, an Sejus 100 hæc, cum il-
lis 100, quæ in lite sunt, compensare
possit? Negatur, quia 100, quæ in lite
sunt, non sunt liquida, quia de illis ad-
huc disceptatur; adeoque Cajus non ac-
cipere tantundem.

*Aut litis damna, & impensa] „ Cum
enim causa ipsa adhuc in lite sit, non
dum certum, aut liquidum est, an da-
mna, & expensa litis debeantur; adeo-
que compensari cum novo debito certo,
& liquido non possunt.*

*Quicquid bellico gentium iure fieri solet] „ Adeoque hostis, qui debitor est, non
potest debitum compensare cum damnis,
quæ occasione belli inferuntur: nam id
quoque in lite est, an damna durante
bello data reparari debeant: adeoque il-
liquidum cum liquido compensari nequit.*

*Negotii enim natura, ne nihil astum,
&c. seposita belli controversia] „ Vera ra-
tio est, quia antiquum debitum, quod
hostis compensare vult, liquidum non
est, cum bello de eo disceptetur: hostis*

„ igitur, qui durante bello cum hoste con-
„ trahit, belli controversiam se posuisse vi-
„ detur.

*Nam aliqui nulla pax est, qua non
posset eludi] „ Quia hostis ei, qui ex no-
va promissione agit, semper opponere
posset: tu mihi debes ex causa, ob
quæ bellum gerimus, sive rem, sive da-
ma, sive expensas.*

*Apud eundem, quem jam laudavi aliquo-
ties, Senecam est] „ Nihil aliud ex hoc Se-
neca loco elicetur, quam fidem datum es-
se fervandam, & legislatores nullam ex-
ceptionem ideo accipere.*

*A pacis etiam justam excusationem non
accipi] „ Immo non est justa excusatio si
debitor creditori opponeret: ego pecu-
niæ incendio perdidii, adeoque eam ti-
bi reddere non possum (de tali casu lo-
quitur Seneca); nam res perit suo do-
mino.*

*Quæ ergo sunt, qua compensari cum eo,
quod promissum est poterunt] „ In genere
dicendum, quoties res ejusdem generis
liquido invicem debentur.*

*Si quid alter, quamvis ex alio contradic
inter bellum initio, debet] „ Adeoque si
durante bello, & causa adhuc controver-
sa, hostes qua hostes sibi mutuo quedam
promiserunt, vel ex aliis causis invicem
debent, compensatio locum habet si utrin-
que liquidum est debitum, & ejusdem
generis.*

*Si damnum dederit intra induciarum tem-
pora] „ Immo hoc casu non tantum per
compensationem retinere debitum potest;
sed ob violatas inducias, novamque in-
de datam belli causam, prædictæ loco id
retinere potest salvo eo, quod sibi de-
betur.*

*Si legatus violavit] „ Idem hic dicen-
dum, vel compensare potest si vult de-
bitum, vel jure prædictæ id retinere, ob
novam hanc injuriam.*

*Aut aliud quid fecit, quod inter hostes jus
gentium damnat] „ Rectius, quod jus na-
turæ damnat, uti si jus, quod etiam ho-
sti tribui debet, violeatur. At tunc laesum
jure prædictæ retinere debitum posse, di-
ximus.*

*Ut inter easdem personas fiat compensa-
tio] „ Id est, inter mutuos debitores, l.
2. ff. l. 4. c. de comp. cujuscumque se-
rvas, retatis, & conditionis. *Laws. comp.*
p. 270. Tunc enim demum dici potest,
ei,*

, ai , qui a me petit , satisfactum esse , si
 „ is tantundem a me in suis bonis habet :
 „ quæ ratio cestat si non is , sed tertius
 „ mihi debet , v. g. creditoris mei filius ,
 „ uxor , pupillus , &c. *Laut. p. 271.* Secus
 „ si sint creditoris mei creditores. *Vid. jus*
 „ *meum controv. tit. de obligat. q. 7.*

Ac ne jus tertii cuiusquam lœdatur] „ Par-
 „ tes enim suo facto jus tertio quæsumit
 „ auferre non possunt.

Ita tamen ut bona subditorum] „ Hoc
 „ non fit per compensationem , sed jure pi-
 „ gnoris ; non tollitur hic debitum , uti in
 „ compensatione , sed manet , & in ejus se-
 „ curitatem retinetur res capta , donec sa-
 „ tisfiat.

Quod civitas debet , jure gentium obligata
intelligantur] „ Immo id non ex jure gen-
 „ tium demum , sed ex ipsa ratione natu-
 „ rali sequitur.

4 *Generosi esse animi , stare fæderibus , etiam*
post aliquid injuria acceptum] „ Hoc virtu-

, tis est , non juris ; adeoque huc non pertinet.
Aiens , tam sancte se iurasse] „ Pietatis
 „ hoc est , non necessitatis.

Si adhibeantur regulæ supra traditæ] Quas 5
 „ tamen sèpius fallere , in ipsa tractatione
 „ vidimus.

Tum quorūq[ue] promissorum] „ De qui-
 „ bus l. 2. c. 11. § 12.

Tum speciali jurisjurandi] „ De quo L.
 „ 2. c. 13.

Fæderis , ac sponsionum] „ L. 2. c. 15.
Et de regum jure , ac obligatione] „ L.

„ 2. c. 14.

Deque ambiguis interpretandis] „ L. 2.
 „ c. 16.

Specializm questionum frequentiores] „ Hinc
 „ 1º. tractat de fide data , qua bellum fini-
 „ tur , c. 20. 2º. de fide data manente bel-
 „ lo , uti tempore induciarum , &c. c. 21.
 „ 3º. de fide a ducibus belli data , c. 22.
 „ 4º. de fide a privatis data in bello , c.
 „ 23. 5º. de fide tacita , c. 24.

C A P U T X X .

De fide publica , qua bellum finitur , ubi de pacis pactione , de
 forte , de certamine condicto , de arbitrio , deditione ,
 obsidibus , pignoribus.

- I. *Fidei inter hostes divisio ad ordinem sequentium.*
- II. *Pacem facere , in regio statu esse regis.*
- III. *Quid si rex sit insans , furiosus , captivus , exul ?*
- IV. *In procerum , aut populi statu jus pacis faciende esse penes plures.*
- V. *Quomodo imperium , aut pars imperii , aut regni bona pacis causa valide alienentur.*
- VI. *Quatenus ex pace per regem facta populis , aut successores teneantur.*
- VII. *Res subditorum pace concedi posse ob utilitatem publicam , sed cum onere damni resarcendi.*
- VIII. *Quid de rebus jam bello amissis.*
- IX. *Non distingui hic inter quæsita jure gentium , & jure civili.*
- X. *Utilitatem publicam apud externos pro probata haberi.*
- XI. *Regula generalis in pace interpretanda.*
- XII. *In dubio credi conventum , ut res maneant quo sunt loco ; quod quomodo accipiendum.*
- XIII. *Quid si convererit , ut restituantur omnia in eum statum , quo ante bellum fuerant ?*
- XIV. *Tunc , qui , sui juris cum essent , sponte se alicui subjecerunt , non reddi.*
- XV. *Damna bello data remissa in du-
 bio censi :*

Tom. IV.

S 3

XVI. Nov

- XVI. Non etiam quæ ante bellum privatis debebantur.
- XVII. Pœnas etiam, ante bellum publice debitas, in dubio remissas censeri.
- XVIII. Quid de jure privatorum ad pœnas?
- XIX. Jus, quod ante bellum publice obtinebatur, sed controversum erat, facile censeri remissum.
- XX. Capti post pacem reddenda.
- XXI. De pacto reddendarum rerum, quæ bello captæ sunt, regula quedam.
- XXII. De fructibus.
- XXIII. De nominib[us] regionum.
- XXIV. De relatione ad pactum antecedens: & de eo, per quem stetit.
- XXV. De mora.
- XXVI. In dubio interpretationem faciendam contra eum, qui leges dedit.
- XXVII. Distinguuntur, novam bello causam præbere, & pacem rumpere.
- XXVIII. Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod omni paci inest.
- XXIX. Quid si socii vim intulerint?
- XXX. Quid si subditi: & quomodo eorum factum approbatum censeri debeat?
- XXXI. Quid si subditi aliis militent?
- XXXII. Quid si subditis nocitum sit? ubi distinctio adhibetur.
- XXXIII. Quid si sociis? ubi item distinguuntur?
- XXXIV. Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod in pace dictum est.
- XXXV. An facienda distinctio capitum pacis.

CAPUT X X.

- XXXVI. Quid si pena sit adjecta?
- XXXVII. Quid si necessitas obsterit?
- XXXVIII. Pacem manere, si id velit is, qui Iesus est.
- XXXIX. Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod est de speciali natura cujusque pacis.
- XL. Amicitiae nomine quid veniat?
- XLI. Subditos, & excutes recipere, an contra amicitiam sit.
- XLII. Sorte quomodo bellum finiatur.
- XLIII. Quomodo conductio certamine; & an id licitum.
- XLIV. An factum regum populos hic obliget.
- XLV. Quis vicitor censendus.
- XLVI. Quomodo per arbitrium finiatur bellum, & arbitriu[m] hic intelligi sine provocatione.
- XLVII. Arbitros in dubio intelligi adstrictos juri.
- XLVIII. Arbitros de possessione prouinciare non debere.
- XLIX. Que sit vis deditio[n]is puræ.
- L. Quid officium vicitoris circa eos, qui sic se dedunt.
- LI. De deditio[n]e conditionata.
- LII. Obsides dari qui possint, & debent.
- LIII. Quod jus in obsides.
- LIV. An fugere obsidi liceat.
- LV. An obses in aliam causam recte retineantur.
- LVI. Mortuo eo, pro quo quis obses venit, obsidem liberari.
- LVII. Rege, qui obsidem dedit, mortuo, an obses teneatur?
- LVIII. Obsides interdum principaliter obligari: & alterum ex alterius facto non teneri.
- LIX. Pignorum obligatio qualis?
- LX. Luendi jus quando amittatur.

^a L Inter hostes quæ conveniunt, ^b fide aut expressa, aut ^c tacita constant. ^d Fides expressa ^e aut publica est, ^f aut privata. ^g Publica aut summarum potestatum, ^h aut inferiorum. ⁱ Quæ summarum est potestatum, aut bello finem imponit, ^j aut eo manente vim habet. ^k In his, quæ bellum finiunt, spectantur principalia, ^l & accessiones. Principalia sunt ipsa, ^m quæ bellum finiunt, ⁿ sive actu suo, ut pactiones, ^o sive ex consensu ^p ad aliud relato, ^q ut fortes, ^r prælii exitus, ^s arbitri pronuntiatio. ^t quorum illæ mere sunt fortuitæ, ^u alia duo ^v casum temperant cum viribus animi, aut corporis, aut cum facultate judicante.

H. Pactiones inire, quæ bellum finiant, ^w eorum est, quorum est bellum ^x. ^y rei enim suæ quisque moderator. Unde sequitur, ^z ut in bello utrinque publico hoc ^{aa} eorum sit, qui summi imperii exercendi jus habent. ^{bb} Regis igitur hoc erit ^{cc} in statu vere regio, ^{dd} modo is rex etiam ^{ee} jus habeat non impeditum.

^{ff} HI. 1. Nam rex, qui ætatis est ejus ^{gg}, ^{hh} quæ iudicij maturitatem non ⁱⁱ habet, ^{jj} (quod in regnis aliquibus ^{kk} lege definitur, ^{ll} alibi probabilibus ^{mm} conjecturis erit ⁿⁿ estimandum) ^{oo} qui inaminutæ mentis est, ^{pp} pacem facere non potest. Idem dicendum est ^{qq} de rege captivo, ^{rr} si modo regnum ex consensu populi ortum habet ^{ss} non enim credibile est, a populo imperium delatum ea lege, ut & a non libero exerceri possit. Ergo & hoc casu imperii ^{tt} non quidem jus totum, ^{uu} sed exercitio, & quasi tutela erit pes nes populum, ^{vv} aut eum, cui id populus commiserit.

2. De his tamen, ^{ww} quæ privatim sua sunt, si quid pepigerit rex etiam captivus, valebit, ad exemplum eorum, quæ de privatis conventionibus ^{xx} dicemus. Quod si exul sit rex, ^{yy} pacemne facere poterit? fane, ^{zz} si constet, eum non ^{aa} obnoxium vivere: ^{bb} cæteroqui ^{cc} parum a captivo fors ejus distabit: ^{dd} nam sunt & ^{ee} laxæ custodiæ. Regulus sententiam ^{ff} in senatu dicere recusavit, ^{gg} dicens, ^{hh} quamdiu jurejurando hostium ⁱⁱ teneretur, non esse se senatorem.

IV. 1. In

G R O T I I.

^a Regis igitur hoc erit] Mariana XXI, 1.
^b De rege captivo] Vide Guicciardinum lib. XVI. & lib. XVIII. non semel.

^c Non quidem jus totum] Arumeus in aurea bulle dilatus: Rudolphus Palatinus metu in Angliam profugerat, Henricus Moguntinus & Trevirensi vi erat ejclaus. Eleazarum tam non so non perdidere.

^d Pacemne facere poterit] Lucanus:

Vejos habitante Camillo
Ilic Roma fuit. (Phars. V. 28.)

Vide Chaffanorum de gloria mundi parte V,
confid. 49.

G R O N O V I I.

^e Tacita] Quæ scilicet eorum consensum

colligunt ex signis non nimium dubiis, aut ex iis, quæ expressa sunt, tanquam horum postera, & consequentia.

^f Sive actu suo] Præsenti partim confusu.

^g Ad aliud relato] Dilato in fortunæ, aut medice persona arbitrium.

^h Casum temperant] Partim sunt fortuita, partim pendent a numero, & virtute copiarum, partim a vi mentis.

ⁱ Jus habeat non impeditum] Potestate sua liber utatur.

^j Lege defensur] Quo ætatis anno a tutela, aut cura liber habeatur.

^k Obnoxium vivere] Servire cogi ei, cuius in finibus est.

^l Laxæ custodiæ] In quibus non quidem vincetus est aliquis, nec tamen sui arbitrii, ut Vonones apud Tacitum 2, annal. 4.

IV. 1. In procerum, aut populi imperio + jus pacisendi erit penes maiorem partem, + illic ⁹ consilii publici, + hic civium ¹⁰ sententiae di-
 c. V. §. 17. Lib. II. cendae + jus ex more habentium, secundum ea, quæ diximus + alibi.
 Itaque sic pacta obligabunt + etiam eos, qui aliter senserunt. Livius,
 XXXII. c. b Lib. b ubi sentent decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicerit, pro
 bono, atque utili fædere defendendum. Dionysius c Halicarnassensis: δικαιον την
 c L. XI. δεσμα τοις νπο πλειόνων κρθεῖσιν. parendum his, quæ pars major censuerit. Appia-
 c. 56. d Immo nus d: δει πάντας τὸ κρίσιν ἀποφασίσως ποιεῖν omnes decreto obsequi tenentur,
 Polyb. V, nulla admissa excusatione. Plinius: e quod pluribus placuisse, cunctis te-
 49. e L. VI. nendum. f Quos autem obligat pax, ¹¹ iisdem & volentibus prodest.
 epist. 13. + V. 1. Nunc de rebus pactioni subjectis videamus. f Imperium aut
 f Vafq. contr. ill. omne, aut ejus partem reges, quales nunc sunt + plerique, regnum ha-
 l. I, c. 4. bentes + non in patrimonio, sed tanquam ¹² in usufructu, + pacisendo
 ibi multos alienare non valent. Immo antequam regnum accipient, quo tempore
 allegat, & c. 5. vi. lib. II, c. de supra plane irriti reddi possunt, + ita ut ¹³ nec ad id, quod interest, obliga-
 tionem pariant, + Atque id populos voluisse credibile est, + ne alioqui si
 & seq. ad id, quod interest, salva esset actio contrahenti, ¹⁴ subditorum bona
 pro debito regis caperentur, + ac sic de non alienando imperio vana es-
 fet cautio.

2. Ergo ut imperium totum valide transeat, populi totius consensu
 opus est, qui expediri potest + per ¹⁵ partium legatos, quos Ordines vo-
 cant. + Ut pars aliqua imperii valide alienetur, dupli opus est consensu,
 & corporis, & specialiter ejus parti, de qua agitur, + ut quæ invita a
 corpore, cui coaluit, avelli nequeat. Sed pars ipsa tamen valide in se
 imperium + transcribet sine populi consensu in summa, atque alias inevi-
 tabili necessitate, + quia eam potestatem credibile est exceptam, cum
 societas civilis coita est.

3. At + in regnis patrimonialibus quo minus rex regnum alienet,
 nihil impedit. Fieri tamen potest ut talis rex partem aliquam imperii alien-
 are non valeat, + si nempe regnum sub onere ejus non dividendi in
 proprietatem acceperit. + Bona vero, quæ regni dicuntur, quod attinet,
 + possunt & hæc in patrimonium venire regis duobus modis, + aut sepa-
 rabiliter,

G R O N O V I A.

⁹ Consilii publici] Senatus comitiorum.

¹⁰ Sententiae dicendæ] Suffragii ferendi.

¹¹ Iisdem & volentibus] Loquitur de illis, qui dissenserunt quidem initio, sed tamen in eo, quod majori parti placuit, acquieverunt.

¹² In usufructu] Non ut de eo, tanquam de privatis bonis paterfamilias, statuant pro arbitrio suo, sed id teneant, ut beneficium populi, quo ad vitam fruantur, quodque quantum in ipsis est, fideliter conservent, & au-
 geant.

¹³ Lege publica] In capitulando, ut vulgo

loquuntur, seu lege regia formanda, in quam in aditu imperii jurent, potest præcaveri, ut si quid tale faciat rex, irritum, & inane sit.

¹⁴ Nec ad id, quod interest] Non modo ad implendum contractum, sed ne quidem ad satisfaciendum aliqua compensatione pro eo, quod non impletur.

¹⁵ Subditorum bona pro] Subjecti venirent in periculum bonorum amittendorum, quæ invadere poterat qui contraxit pro eo, quod non præstatur male promissum a rege.

¹⁶ Partium legatos] Provinciarum deputato-

rabiliter, + aut individue cum ipso regno. Si hoc modo, ¹⁷ transcribi poterunt, + sed non nisi cum regno : + si illud, + etiam seorsum.

4. Qui vero reges in patrimonio regnum non habent, + his + vix est ^{a Lib. II.} ut jus regni bona alienandi concessum videatur, + nisi diserte id appareat ^{c. VI. §. 13.} ex primitiva lege, + aut more, cui contradicturnunquam sit.

VI. Sed & quatenus promisso regis populus, ac simul successores obligentur, alibi + diximus : nempe e + quatenus obligandi potestas ¹⁸ sub imperio comprehensa est. + quod nec in infinitum protrahi, + nec ad angustias nimias arctari debet, sed ita intelligi, + ut valeat quod probabilitate nimirum sit. Plane aliud erit + si quis rex simul subditorum dominus sit; + neque tam + civile, + quam familiare imperium acceperit: + ut qui bello victos in servitutem redigunt: + aut si in personam quidem dominium non habeat, sed in res habeat, + ut Pharao in terra Egypti ex emulo, + & alii, qui advenas in suum privatum receperunt. Nam hic ¹⁹ + jus praeter regnum accedens + efficit ut ex eo consistat, + quod alioqui per se solo regio jure consistere non posset.

VII. 1. Disputari & hoc solet, + quid in res singulorum possint pacis causa statuere, qui reges sunt, + nec in res subditorum aliud jus habent, ²⁰ quam regium. ^d Alibi diximus, f res subditorum + sub eminenti dominio esse civitatis, + ita ut civitas, + aut qui civitatis vice fungitur, + iis rebus uti, easque etiam perdere, & alienare possit, non tantum ex summa necessitate, + quæ privatis quoque jus aliquod in aliena concedit, sed ob publicam utilitatem, + cui privatas cedere illi ipsi voluisse censendi sunt, qui in civilem cœtum coierunt.

2. Sed addendum est, id cum fit, e + civitatem teneri his, qui suum amittunt, sarcire damnum de publico, in quod publicum nomen ^{e Vasq.} ^{d L. I. c.} ^{I. §. 6. c.} ^{Rom. conf.} ²¹ + & ipse, qui damnum passus est, si opus est, contribuet. Neque hoc onere levabitur civitas, + si nunc forte ei præstationi par non sit, sed quandocumque copia suppetit, + exsæret sese quasi sopita obligatio.

VIII. Neque illud indistincte admitto, quod dicit Ferdinandus f Vasqius, ^{f Lib. I.} ^{310. Sylv.} ^{in verb.} agnoscere civitatem non debere id damnum, quod jam bello datum est, + eo quod jus belli talia permittat. ^{4. in fine.} Nam jus illud belli ²³ populos

G R O T I I.

e Quatenus obligandi potestas sub imperio comprehensa est: quod nec in infinitum protrahi, nec ad angustias nimias arctari debet] Vide Reinhard. lib. I., classe III. cap. 5. num. 30. Vide & supra lib. II., cap. XIV. §. 11. & 12.

f Res subditorum sub eminenti dominio esse civitatis] Gail. II. obs. 57

G R O T I I.

17 Transcribi] Alienari.

18 Sub imperio comprehensa] Est pars ejus, quod illi populus in se concordit, imperii.

19 Jus praeter regnum accedens] Dominicum.

20 Quam regium] Non etiam familiare, aut herile.

21 Et ipse, qui damnum passus est] Fecit voluit dicere: is paullo minus accipiet, quam amisit, proportione scilicet, secundum quam conferre deberet, si alius damnum fecisset, quod pro parte illi erat compensandum. (Sine causa Vir Doctissimus reprehendit heic Autorem nostrum, quasi male dixerit, *Damnum pati, pro facere.* At vero *Damnum pati* non tantum dicitur ab ULPIANO, L. 29. §. 1. D. Ad L. Aquil. sed etiam à SENECA, *De Ira*, l. 2. & à LUCANO, *Phar.* VIII, 750. Vide BRISSON. *De verbor. sign.* & FABRI *Thesauro*. ult Ed. J. B.)

22 Agnoscere non debere] Civitatem non obligari ad sarcendum.

23 Populos alios spectat] Liberat populum a populo, externos ab externis; non civem a civi.

S 3 G R O

^a Lib. III, pulos alios spectat, + ut alibi ^a exposuimus: + partim & hostes inter se, ^b c. VI. §. 2. + non cives inter se, + qui cum socii sint, æquum est ^b ut communia ^c L. cum habeant daimna, quæ societatis causa contingunt. Plane + civili lege & hoc duob. ^d S. constitui poterit, ut ^e rei bello amissæ causa nulla adversus civitatem actio quidam. ^f D. pro socio.

IX. + Sunt qui latum discrimen collocant inter ea, + quæ civium sunt ex gentium jure, & ea, + quæ eorundem sunt ex jure civili, ut in hæc jus laxius regi concedant, + etiam auferendi sine causa, & compensatione, in illa non item: perverse: nam dominium + ex qualicumque causa ortum sit, + suos semper effectus habet ex ipso jure naturali, ut scilicet auferri nequeat + nisi ex causis, ^g quæ aut dominio insunt suapte natura, + aut ^h ex dominorum facto ortum habent.

X. Sed + hæc inspectio, ne nisi ex publica utilitate res privatorum concedantur, + regem spectat, & subditos, + ut illa de damno farciendo civitatem, & singulos. + Nam externis, qui ⁱ cum rege contrahunt, sufficit factum regis, + non tantum ^j ob præsumptionem, quam secum ad fert dignitas personæ, + verum etiam ob ^k gentium jus, + quod bona subditorum obligari ex facto regis patitur.

ⁱ Lib. III. c. II. ^d L. II. ^e XVI. §. 21, 12. XI. 1. Circa interpretandas pacis conventiones observandum est quod supra ^d a nobis est traditum, ^l quo quidque plus habet favoris, eo laxius accipendum; ^m + quo longius abit, eo restrictius. Si + jus naturæ merum spectamus, + maximus favor in eo esse videtur, ut suum quicunque consequatur, quod Græci dicunt ἐξαγονοῦ τὴν τὸν ιερὸν, + & proinde videtur ⁿ ambigue positorum interpretatio eo ducenda, + ut qui justa arma habuit, id consequatur, ob quæ arma sumvit, & damna, sumtusque recuperet: + non item ut peccata nomine quicquam lucretur; id enim est odiosius.

2. Sed + quia ad pacem veniri ^o vix solet injuriæ confessione, ideo + ea sumenda est in pactis interpretatio, ^p quæ partes quoad belli justitiam quam maxime æquet: + quod fieri solet duabus maxime modis: aut ^q + ut quarum rerum turbata bello possessio est, ^r ex formula juris antiqui

G R O T I I.

^s Ut quarum rerum turbata bello possessio est, ex formula juris antiqui componatur] Vide Partem lib. V.

G R O N O V I R.

^t Rei bello amissæ] Quemadmodum Romani in armis sustulerunt postliminium.

^u Quæ aut dominio insunt] Velut inest ei, ut possit servire publico, & totius civitatis periculum levare.

^v Ex dominorum facto] Sive contrarerint, sive deliquerint.

^w Cum rege contrahant] Et aliquid subjectis ejus ablatum accipiunt, etiamsi citra necessitatem, & publicam utilitatem ablatum, etiamsi civitas id non resarciat, non verendum est malo jure rem temeant, quia illis pro e

mni jure est factum regis tradentis.

^x Ob præsumptionem] Quod presumitur rex hoc non nisi iuste facere.

^y Gentium ius] Quo, et si non traderet, arripi tamen bona subiectorum possent propter debitum regis tanquam pignori opposita.

^z Quo quidque plus] Quo quidque caput est de re magis favorabili.

^{aa} Quo longius] Odiosiorem rem continet.

^{bb} Ambigue positorum] Dubio sensu scriptorum.

^{cc} Vix solet injuria] Nemo enim volens factetur injuria se fecisse.

^{dd} Quæ partes] Qua parti utrique, quantum potest, relinquitur salva iustitia fama, & species.

^{ee} Ex formula juris antiqui] Restitutatur cuique, quod antea habuit.

G R O.

S. XI — XIV. De fide publica; qua bellum finitur, &c. 327

tiqui componatur: (quæ verba sunt Menippi in oratione, qua de federum generibus differit) aut ³⁶ ut res maneantur quo sunt loco: quod ^{a Liviu} Græci dicunt ἔχοντες & ἔχονται. ^{b L. in bello 12.} ^{c. 57.}

XII. 1. Ex his duobus + posterius in dubio magis est ut præsumatur, quia facilius est, & nullam inducit mutationem. ^{+ Hinc est illud,} quod a Tryphonino notatum est, ^{b +} ut in pace illis demum captivis postliminium sit, de quibus id in pactis erat comprehensum, ut ^{+ recte} emendare Fabrum, diximus ^c supra, ^{+ &} certis argumentis evicimus. ^{+ Sic & transfugæ non reddentur nisi convenerit. Nam} ^d ^{+ trans fugas} ^d jure belli recipimus. id est, ^{+ per} jus belli licet nobis admittere, & nostris adscribere eum, qui partes mutat. ^{+ Res cæteræ tali pacto manent penes} tenentem.

2. ^{+ Illud autem tenere} ³⁷ + non civiliter, sed ³⁸ + naturaliter sumitur: ^{+ in bellis enim sufficit facti possesso,} ^{+ nec alia attenditur.} ^{e + A-} gros autem diximus ^f ita teneri si manitionibus quibusdam clausi sunt: ^{+ nam temporariam infessionem, ut per} ³⁹ stativa, hic non spectari. Demosthenes pro Ctesiphonte ^g festinatum, ait, à Philippo, ut quæ posset loca occuparet, ^{+ gnarus ut res erat,} ^{+ pacis confecto negotio,} retenturum se quæ teneret. ^{+ Incorporalia non tenentur nisi per res,} quibus adhaerent, ^{+ ut servitutes prædiorum,} ^{+ aut per personas,} quarum sunt ^{b,} ^{+ dum ne in solo,} ⁴⁰ quod hostium fuit, exercenda sint.

XIII. ^{+ In altero illo pacificandi genere,} ^{+ quo restituitur possesso} bello turbata, notandum est, ^{+ ultima-n,} quæ ante bellum fuit, possessionem respici, ^{* ita tamen ut} ⁴¹ privatis dejectis ⁴² + interdicto, aut ⁴³ + vindicatione apud judicem experiri liceat.

XIV. At si quis ⁺ sui juris populus sponte se bellantium ^{+ alteri} subjicerit, ⁴⁴ + ad eum restitutio non porrigitur, ^{+ ut quæ ad ea tantum pertineat,} quæ vi, metu facta sunt, aut alioqui & dolo non nisi in hostem licito. Sic pace inter Græcos Thebani ⁱ Platæam retinuerunt, dicen-

G R O T I I.

h Transfugæ jure belli recipimus] Supra hoc libro cap. i. in fine, in pace convenire & hoc solet, ne transfugæ recipiantur. Vide pacem Justiniani cum Chosroë apud *Menandrum Prostectorum*. (Pag. 118. Ed. Hæschel.)

i Platæam retinuerunt] Locus hic est apud Thucydidem V. (Cap. 17.) Præcesserat similis lib. III. μὴ ἀναδοθεῖται ἐν τῇ Πλάταιᾳ, οὐ κατὰ τὸν ἵκενταν προσχωρούσανταν ne reddenda sit Platæa, cum ejus urbū homines sponte acceptarent. (Cap. 52. In iis autem, quæ statim sequuntur post locum primum, legitur quoque quod Author ait de Nysæa.)

G R O N O V I I.

36 Ut res maneantur] Ut servet quisque quod bello cepit.

37 Non civiliter] Cum justo titulo aqui-rendi.

38 Naturaliter] Quomodo tenere dicitur,

quicunque habet quavis ratione.

39 Stativa] Castra ad tempus posita.

40 Quod hostium fuit] Eorum, qui hostes fuerunt, & nunc ita fecerunt pacem, ut de personis istis nihil fint pacti. (Immo id vult Author, et si non teneatur ille, qui habet, e. g. jus Ususfructus, aut Feudi, modo solum jure belli occupationi fuerit, in quo jura illa exercenda sunt, nil ad rem tunc facere, quod personæ captae non fuerint, & jura vel extingui, vel è personalibus realia fieri, respectu hostis possidentis. J. B.)

41 Privatus dejectus] Si forte paullo ante bellum vis facta est, nec jure vindicata propter bellum interveniens, ita ut oriente bello invaserit possideat.

42 Interdicto] Unde vi, quo possesso adseritur. §. 6. Inst. de interd.

43 Vindicatione] Qua proprietas adseritur.

44 Ad eum restitutio non] Is non restitutus ex generali conventione, sed oportet specialiter de eo cautum fuetit.

G R O

* Livius
lib.
XXXIII.
c. 13.

dicentes : & βίᾳ ἀλλ' ὁμολογίᾳ αὐτῶν προσχωρούσατων, οὐ & προδότων, ἔχει τὸ χωρόν.
habere se eum locum non vi, non proditione, sed eorum, quorum erat libera
voluntate, + Parique jure Nisaea penes Athenienses mansit. Eadem distin-
ctione adversus Ætolos utebatur. * T. Quinctius. Captarum, inquiens,
urbium illa lex. Theffaliae civitates sua voluntate in ditionem nostram vene-
runt.

XV. + Si nihil aliud convenerit, + omni pace id actum censeri debet,
ut quæ bello data sunt damna, eorum nomine actio non sit. + quod de
damnis etiam privatim acceptis intelligendum est : + nam & hæc belli ef-
fecta sunt. + In dubio enim ita censentur contrahere voluisse bellantes,
+ ut neuter injustitiae damnaretur.

* Dec.
conf. 61.

+ XVI. Non tamen & 45 quæ privatis deberi + coeperunt, belli tem-
pore condonata censeri debent ; + nam hæc non belli jure quæsita sunt,
+ sed bello tantum exigi vetita. Itaque + sublato impedimento + vim suam
retinent. Jus vero, quod ante bellum fuit, + quamquam nemini facile ad-
mitum censeri debet, (hanc enim ob causam maxime ut sua tenerentur
res publicæ, civitatemque constitutæ sunt, ut recte ait * Cicero) + intelli-
gendum id tamen de eo jure, quod ex rerum inæqualitate nascitur.

* L. II.
De offic. c.
81.

XVII. k + De jure ad poenas non æque, nam id jus, quatenus inter
ipso reges, aut populos verfatur, + remissum ideo censeri debet, ne pax
non satis pax sit, si veteres ad bellum causas relinquat. + Quare & igno-
rata hic venient sub verbis generalibus, ut de mercatoribus Romanis,
quos a Carthaginiensibus mersos 46 ignorabant Romani, narrante Appiano.

* Antiq.
Rom. Lib.
III. c. 8.
pag. 138.
Ed. Oxon.
e Pag.

xpōtīs̄ dñs̄ dñs̄ ī oīs̄ ḡd̄ t̄s̄ ḥgnōt̄ v̄d̄ m̄m̄t̄x̄s̄, inquit * Dionysius Hali-
carnassensis : optima conciliaiones, quæ iram, ḥoffensarum memoriam delent.
Isocrates * Plataica : siphvns ḥōns̄ & προσῆκες μ̄m̄t̄x̄s̄ περὶ τῶν τότε γενέμενων + in
pace non decet ante peccata exequi.

299. B.
Ed. H.
Steph.

XVIII. + De privatorum jure ad poenam + non tanta est ratio ut re-
missum censeatur : + quia sine bello judiciis expediri potest : tamen cum
hoc jus + non ita nostrum sit, ut quod ex inæqualitate nascitur, + & poe-
næ semper aliquid odii habeant, 47 + levis verborum conjectura sufficiet,
ut hoc quoque donatum intelligatur.

f Supra
S. 16.

XIX. Quod vero f diximus, jus, quod ante bellum fuit, + adematum
facile

G R O T I I.

k De jure ad paenas non æque] Gail de ar-
restis. c. XIV. n. 7.

G R O N O V I I.

45 Quæ privatis deberi coepserunt] Ex contra-
etu civili ante bellum inito : ut ex. gr. quod
colonus meus mihi debere coepit, dum hostis
agrum insulet : vel usurpæ, quarum dies cessit,
dum debitor cum patria sua in hostium pote-
estate est.

46 Ignorabant Romani] Cum scilicet pacem
facerent, dein eo cognito non poterant propterea

turbare pacem factam, aut novas paenas exige-
re. Sed exemplum est alienum, nam illa non
erant facta, & ignorabantur ante pacem statutas,
& primum bellum finitum ; sed aliquanto post
id tempus. Itaque postquam ea resciverunt
Romani, merito, quod prius fœdus violatum
esset, minando bellum Penis imparatus, ade-
gerunt illos ad novum fœdus, quo Sardinia
cesserunt. (Vide APPIAN. Bell. Punic.
pag. 3, 4. Edit. H. Steph. & consule heic
Notas Gallicas. J. B.)

47 Levis verborum conjectura] Si minimæ
detur ansa formulam pacis ita interpretandi,
ut & itæ lites cessare debeant.

G R O

facile censeri non debere, id + in privatorum jure firme tenendum est.
+ in jure autem regum, & populorum facilius est ut condonatio aliqua intelligatur facta, + si modo verba, + aut conjecturæ non improbabiles suppetant: maxime vero + si jus, de quo agitur, non liquidum erat, sed in controversia positum. + Benignum enim est credere id actum, ut belli semina evellerentur. Idem, quem modo laudavi ^a Dionysius Halicarnassensis: ἐν ἀπόχετ τοῦτο μένον ἡμᾶς σκοτεῖσθας τὸν παρουσια ἔχθραν διαλυσαιμένα ^{c. L. III.}
τῷς αἰδίνεσ, αἱρέστησιν αἰδίς ποτε πολεμώσαντες ἐτοι διη παρασημάσασιν: οὐ γὰρ αἰδονεῖς πομόμενοι τὸν μακρὸν συνελεύθεροι, αἱρέστησαντες non tam cogitandum est de farciendo in præsens amicitia, quam id curandum ne bello iterum implicemur: neque enim ad differenda, sed ad inferenda mala convenimus: quæ postrema verbo tenuis ferme desumpta sunt ex Ifocrate, ^b oratione de pace. ^{6 Pag.}

XX. + Quæ post perfectas pactiones capta sunt, reddenda fatis constat, ^{164. C.}
+ Sublatum enim jam erat belli jus.

+ XXI. At in pactionibus, + quæ sunt de reddendis his, quæ bello capta sunt, primum + latius interpretandas ⁴⁸ quæ mutuae sunt, + quam ^{c Alciat.} claudicant: deinde + quæ de hominibus agunt plus favoris habent, ^{V. Reip.}
quam quæ de rebus: + inter eas, quæ de rebus, haec, quæ de agris, plus, + quam quæ de rebus mobilibus: & quæ de his, quæ penes publicum sunt plus, quam quæ penes privatos: & inter eas, quæ penes privatos, + plus illæ, quæ redi jubent ⁴⁹ lucrativo titulo possessa, + quam onerofo, ut + quæ emtionibus ^d, quæ dotibus tenentur. ^{17.}

XXII. + Cui pace res conceditur, ei & fructus conceduntur + a tempore concessionis, + non retro; quod recte ^e defendit Cæsar Augustus ^{e App.} contra Sextum Pompejum, qui Peloponneso sibi concessa, + simul etiam ^{civ. V. p. 716.} tributa, quæ pro exactis annis debebantur, sibi vindicabat.

XXIII. ^f + Nomina regionum accipienda ex usu præsentis temporis, + non tam vulgi, quam peritorum. nam a peritis negotia talia tractari solent.

XXIV. + Habent & illæ regulæ frequentem usum, + quoties ⁵¹ relatio fit ad pactum antecedens, aut vetus, toties repetitas censi qualitates, aut conditiones priore pacto expressas, & ⁵² pro faciente habendum qui facere voluit, ^f + si per alterum, quicum controversia est, stetit quo minus fieret. ^{f Quinel. decl.}

XXV. Quod vero quidam ajunt, ⁵³ + moræ purgationem intra breve tempus

G R O T I L

¹ Nomina regionum accipienda ex usu præsentis temporis] Vide Guicciardini libro V. (in lite de Capitanata inter Francos, & Hispanos, quam illi partem esse Apruti contendenter, ⁵⁴ Apulia.)

G R O N O V I L

⁴⁸ Quæ mutuae sunt] Ubi ntrinque redi-
tar, quam ubi tantum ab altera parte.

Tom. IV.

⁴⁹ Lucrativo titulo] Donatione, testamento.
⁵⁰ Nomina regionum] Provinciarum, diocesium, quod interdum latius, interdum strictius accipiuntur.

⁵¹ Relatio fit] Si dictum sit, ita possideri, aut restitui debere, ut definitum sit in pacto ante tot annos inito.

⁵² Pro faciente habendum] Quasi restituerit, nec nasci cum eo novam actionem putandum.

⁵³ Moræ purgationem] Aliquam excusationem, si quis statutum restitutioni tempus non observaverit.

T t

G R O N C-

tempus admitti, ^m verum non est, nisi improvisa necessitas impedimento fuerit. Nam quod canones nonnulli purgationi tali favent, mirum non est, + cum eorum officium sit, Christianos ad ea permovere, quæ charitati mutuae convenient. At in hac quæstione de pactis interpretandis non jam quærimus quid melius sit, immo + nec quid a quoque religio, & pietas exposcat; + sed ad quid cogi possit, + quod totum versatur in eo jure, quod externum diximus.

XXVI. In dubio autem sensu magis est + ut contra eum fiat interpretatio, ⁿ s⁴ qui conditiones elocutus est, + quod esse solet potentioris: (est ejus, ^{s⁵} qui dat, non qui petit, conditiones pacis (aa) dare, + ait Annibal). sicut & contra venditorem ^a fit interpretatio: + habet enim quod sibi imputet, qui non apertius locutus est: alter autem quod plures sensus recipiebat, + id suo jure accipere potuit in partem sibi utiliorem;

^a L. Veteribus. 39.

D. de partibus. 39.

^b Ethic. Nicom.

VIII, 15.

+ unde alienum non est quod Aristoteles ^b dixit: διὰ τὸ κρίσιμον τῆς φιλίας ἁντικεῖν, οὐ τὸ παθόντες αἰφέντες μέρον τούτον ubi utilitatis causa amicitia est, ibi ^{s⁶} ejus, qui accipit, utilitas, + ejus, quod debetur, mensura est.

+ XXVII. Quotidiani usus & illa disputatio est: + quando pax rupta censeatur: quod Græci vocant ^{+ παρασκήνην}. + non enim idem est ^{s⁷} novam bello causam præbere, + & pacem rumpere: sed multum inter hæc interest, + tum ^{s⁸} ad committendam poenam a peccante, + tum ad liberandam in cæteris fadem ejus, in quem peccatum est. Rumpitur pax tribus modis, + aut faciendo contra id, ^{s⁹} quod omni paci inest, + aut contra id, quod ^{s¹⁰} in pace dictum est aperte, aut contra id, quod ^{s¹¹} ex pacis euclusque natura debet intelligi.

^c Lib. I. c. 123.

XXVIII. Contra id, + quod omni paci inest, fiet, si vis bellica inferatur, nimirum, ubi nulla nova subest causa: quæ si probabiliter ad ferri potest, + satius est injustitiam sine perfidia, quam cum perfidia admissam credi. Illud Thucydidis ^c vix opus babet moneri: λύσται τὰς συνδέσμους ὅπερι οἱ αἰμονόμενοι, διὰ τοῦτοι πρότεροι ἐπιόντες ^d pacem rumpunt non qui vim vi arcent

G R O N O V I I .

^{s⁴} Qui conditiones elocutus est] Qui formulam dictavit, aut concepit.

^{s⁵} Qui dat] Pacem.

^{s⁶} Ejus, qui accipit] Ex commodo accipientis grandius, aut minus estimatur quod debetur.

^{s⁷} Novam bello causam præbere &c.] Alterum, si temere fiat, injustitia est, alterum perfidia.

^{s⁸} Ad committendam] Quia in posteriore, quod gravius, plus penæ debet, qui sacratius juris aliquid violat, & liberior, excusatiorque est ad non servanda cætera, quæ convenerunt.

^{s⁹} Quod omni paci] Quod dictum, convenitum, pactum intelligitur in genere, quotiescumque pax coit.

^{s¹⁰} In pace dictum est] Qnod in ea, quæ nunc placuit, satis evidenter, & perspicue pautum est.

^{s¹¹} Ex pacis euclusque] Quod ipsum genus pacis, in quod consensum est, præstari oportere, recte judicantibus demonstrat. num. 39. Specialem naturam pacis vocat.

(aa) Dicere, non dare, est apud LIBRUM, qui ita Hannibalem inducit loquentem; Lib. XXX. Cap. 30. J. B.

G R O T I I .

^m Verum non est, nisi improvisa necessitas impedimento fuerit] Vide Albertum Argentinensem.

ⁿ Qui conditiones elocutus est] Plautus Perfa: tua merx, tua indicatio est. (IV. 4. 37.) In hac re solet prior loqui is, qui plus valet; ut vero petantur conditiones, loqui prior solet qui est inferior. Plutarchus Sulla: τῶν δοκιμῶν ἐσὶ τὸ προτέρων λέγειν τοῖς δὲ νικῶσιν ἔχειν τὸ στοιχάν. eorum est prius loqui, qui opus habent pacem, victori satis est tacere. (Pag. 467. C.) ^o Pacem rumpunt non qui vim vi arcent, sed qui

arcens, sed qui priores vim inferunt. + Hoc posito, + a quibus, & quibus illata vis armata pacem solvat, videndum est.

XXIX. + Qui ⁶² socii fuerunt + si quid tale faciant, pacem rumpi, video esse qui sentiant. + Nec nego ita conveniri posse, + non proprie ut ex alieno facto alius fiat poenæ obnoxius, sed ut pax non videatur plene inita, sed sub conditione, ⁶³ + partim potestativa, + partim casuali. Verum, + hoc modo facta pax, ni maniferte appareat, credi non debet: + est enim enorme, & communis pacem facientium voto non convenit: ergo + qui vim intulerunt, ⁶⁴ + aliis non adjuvantibus, pacis ruptæ ⁶⁵ tenebuntur, + & in eos bellandi jus erit, non in aliis: contra ⁶⁶ quam ^{a Paus.}
• Thebani aliquando contra ⁶⁷ Lacedæmoniorum socios dixerunt. IX. c. r.

XXX. Si quid + subditi per vim armatam faciunt sine jussu publico, videndum erit an privatorum factum ⁶⁸ + publice probatum dici possit: ad quod tria requiri, + scientiam, puniendi potentiam, & neglectum, ^{b L. II.}
^{c. XXI. §.}
^{2, &c. seqq.}
ex his, quæ suprà ^b tractavimus, facile potest intelligi. Scientiam evincunt ^{c Bell.}
^{Jud. Lib.}
^{II. Cap.}
^{16. §. 4.}
facta manifesta, aut denuntiata. + Potentia ⁷⁰ præsumitur + nisi defectio appareat. neglectum ostendit elapsum temporis spatium, quale in quaue civitate ad crimina punienda sumi solet: + Et talis ⁷¹ neglectus decreto idem valet, nec aliter accipendum, quod ait apud Josephum ^c Agrippa, regem Parthum arbitraturum pacem rumpi, + si subditi sui contra Romanos armati procedant.

XXXI. Quæri sæpe solet, an & hoc locum habeat, si cuius subditi ⁷² pag. 190.
* non per se arma moveant, + sed aliis bellum gerentibus militent. Certe ^{Edit. Hud-}
^{son. L. Bat.}
Ceri-

qui priores' vim inferunt] Vide Ammianum Marcellinum initio libri XXIX. qui sic de Romanis: opera consulta retro cedentes, ne ferro violarent adversorum quenquam primi, & jugicarentur discissæ fedes reæ, ultima trudente necessitate congressi sunt. Armenii in oratione ad Chosroen apud Procopium Persicorum II. (c. 3.) λύγοι μὲν γὰρ τὴν εἰσῆντα ωχ' οἱ ἀντλοὶ γένοντο πρώτοι, αἵτινες οἱ ἀντιβλεψόντες ἐν σπουδαῖς τοῖς πέλαις αἰδοῖν· rumpunt pacem non qui primi in armis sunt, sed qui federis tempore deprebenduntur infideliati alteris. Appud eundem. Vandalicorum II. Mauri: λύγοι γὰρ τὰς σπουδαῖς, ὡχ' οἵσοι αἰδοῖμενοι ἦν τὰ ἴμφαντά της πέλαις κατηγοροῦνται ἀφίσανται, αἵτινες οἵσοι υποσκοποῦνται ἔχοντες αἰδοὺς τοντούς, εἴτε βιάζονται, ὡχ' τὸν Θεὸν πολέμιον εφίσι ποιεῦνται, ὡχ' οἱ αἵτινες σφέτερα αὐτῶν κομισμένοι ὡχ' εἰρήνης χωροῖν, αἵτινες τῶν αἰδοτριῶν ἐπιβατεύοντες εἰς κτίνουν τοπέμενοι ποιοῦσανται· frangunt pacis federa, non qui injuriis affecti, palamque id dequestri ad alios se transerunt, sed qui, quos federatos habere volunt, violant: Deumque sibi faciunt hostem, non si qui rebus suis secum suntis ad alios transtinent, sed si qui aliena invadentes eorum dominos in bello periclitant cogunt. (Cap. II.)

G R O N O V I Z.

⁶² Socii fuerunt) Eorum, quibuscum bellavit.

⁶³ Partim potestativa] Qua caveatur partim de eo, quod in potestate est, & nostro arbitrio potest permitti, aut impediri: partim de eo, quod forte fortuna accidere potest.

⁶⁴ Aliis non adjuvantibus] Illis, quibus ameta socii fuerint, quietentibus, neque istos subornantibus.

⁶⁵ Tenebuntur] Ipsi & non, quorum socii antea fuerint.

⁶⁶ Paus. IX.] P. 544.

⁶⁷ Lacedæmoniorum socios] Platænenses, quod Lacedæmonii, quorum illi socii fuerint in bello, Cadmea ex iniustiis occupata pacem impensis, quamvis Platænenses ipsi nihil deliquerint.

⁶⁸ Publice probatum] Accipi possit, ut confilio, & approbatione populi, vel imperant, factum.

⁶⁹ Facta manifesta] Quæ qui fecit, ita palam fecit, ut civitas non possit non fore; aut si civitati ab eo, cui factum, significatum est.

⁷⁰ Præsumitur nisi] Creditur enim princeps, vel populus in privatos justum habere imperium, nisi contrarium doceat manifesta scitio.

⁷¹ Neglectus decreto] Perinde in culpa est, si decreto facinus esset probatum.

^aL. VII. Cerites apud ^cL. VII. ^bGell. ^c 20. Livium se purgant, suos non publico consilio militasse. Eademque ^dRhodiensium ^efuit defensio. ^fEt verius est, ut id quoque permittendum non sit, nisi probabilibus argumentis appareat ⁷² + actum aliud, ut nunc interdum fieri solet, exemplo veteri Aetolorum, quibus pro jure erat, ^gἄγειν λάθυρον αὐτὸν λαθύρην, + ex omni præda prædatæ sumere: ^hcujus moris hanc vim esse, ait ⁱPolybius: οὐχὶ ἔτεροι τοις πολεμῶσι πρὸς αὐτοὺς; οὗτοι Αἰτωλῶν Φίλοι καὶ σύμμαχοι, μηδὲν ἡτοι ἐκένου τοῖς Αἰτωλοῖς ἄνευ κοπῆς δέχονται τοῦ καὶ τοῦ αὐτοφερόντος πολεμῆσι τὴν χώραν ἄγειν τῶν αὐτοφερόντων etiam si non ipsi, sed alii bellum gerant amici ipsorum, aut socii, ut eo non minus Aetolis liceat, ^kcontra publicum decretum utriusque parti militare, ^let utrinque predas agere. Livius ^dLib. XXXII. c. 34. ^eLiv. lib. V. c. 17. ^fL. viii. ^gL. I. ^hL. per tot. ⁱPolyb. XVII. c. 4. ^jL. vii. ^kD. de vi. ^larm. Vide fert: ^mL. I. ⁿL. per tot. ^oL. viii. ^pL. vii. ^qPolybius. ^rCitra publicum decretum] Idem de Hunnis Sabiris suo tempore narrat Agathias libro IV. (Cap. 3.) ^sSi quorum subditorum ita perpetuum sit maleficium] Ita Augustus judicavit contra Sylleum pro Herode. Josephus XVI, 10. §. 8. Ed. Hudson. ^tSociis quoque vis armorum illata pacem rumpit] Thuanus lib. LXV. anno MDLXXVIII. Est & quod hoc pertinet, apud Horæum tomo II. Historia Brabantica in anno MDLVI.

^lRursum pax erupta censeri debet, non modo + si toti corpori civitatis, + fed & si subditis vis armata inferatur, nimirum ⁷³ + sine nova causa. Nam + ut omnes subditi tuti sint, pax initur: est enim pax actus + civitatis ⁷⁴ pro toto, & pro partibus. ^lImmo & si causa nova subsit, ⁷⁵ per pacem licebit se, suaque defendere. ^lNaturale enim hoc, ut ait ^fCassius, arma armis repellere: ^lideo ⁷⁶ abdicatum inter pares non est ut facile credatur. ^lUlcisci autem, aut ablata recuperare per vim non licebit, nisi postquam judicium erit negatum. ^lHæc enim res ⁷⁷ moram fert: ^lilla non fert.

²At + si quorum subditorum ita perpetuum sit maleficium, ac juri naturæ contrarium, ut quod faciunt, + id credendi sint omnino facere rectoribus suis improbantibus, + & in eos judicium postulari non possit, quales sunt + qui piraticam exercent; ab his & res + recuperare, & ultionem exposcere licebit tanquam a deditis. At + alios innocentes eo nomine armis impetrare, id vero est contra pacem.

^lSociis quoque vis armorum illata pacem rumpit: ⁷⁹ + sed

G R O T I I.

^pἌγειν λάθυρον αὐτὸν λαθύρην] Plautus Truculentus: de præda prædam capio. (II. 7. 15, 16.)

^qPolybius] Vide eum & in excerptis. (num. 6.)

^rCitra publicum decretum] Idem de Hunnis Sabiris suo tempore narrat Agathias libro IV. (Cap. 3.)

^sSi quorum subditorum ita perpetuum sit maleficium] Ita Augustus judicavit contra Sylleum pro Herode. Josephus XVI, 10. §. 8. Ed. Hudson.

^tSociis quoque vis armorum illata pacem rumpit] Thuanus lib. LXV. anno MDLXXVIII. Est & quod hoc pertinet, apud Horæum tomo II. Historia Brabantica in anno MDLVI.

G R O N O V I I.

⁷²Abdicatum aliud] Id prohibitum non esse.

⁷³Sine nova causa] Qui post pacem initam damnum non dederunt, vel offensam contraxerunt.

⁷⁴Pro toto, & pro partibus] Pro ipso corpore, five omnibus junctim, & singulis seorsum.

⁷⁵Per pacem licebit] Iis, quibus vis inferitur.

⁷⁶Abdicatum inter pares] Renuntiassit quemquam huic juri, qui non alteri se se submittit.

⁷⁷Moram fert] Ultionis, aut ablatorum persecutio non necesse est ut fiat in instanti, quemadmodum defensio contra repentinam vim, aut aggressionem.

⁷⁸Sociis quoque] Illorum, quibuscum velut cum ducibus adverbae partis pax facta est.

⁷⁹ + sed his demum, qui in pase comprehensi sunt, ut ostendimus cum Saguntinam controversiam examinavimus. Urgent hoo Corinthii in oratione, quæ est apud Xenophontem historiæ Græcæ ^b sexto: *τὰς διανοάς τοις οὐδέτοις, ὅμηρες νοσούσιοι πολεμοῦσι, οὐδὲν τοις οὐδέτοις γέγονεν.* Quod si ipsi socii non pepigerint, sed alii pro ipsis, + idem tamen statuendum erit, postquam satis constat, eos socios pacem ratam habuisse. nam quamdiu adhuc incertum est an ratam habere velint, ⁸⁰ + hostium loco sunt.

2. ^{c.} Aliorum sociorum, ^c ut & cognatorum, & affinium, ^c qui nec subditi sunt, nec in pace nominati, ^c separata causa est, ^c nec ad pacem ruptam vis in eos trahi potest. neque tamen sequitur, ut & supra ^{531.} diximus, bellum eo nomine ^c suscipi non posse, ^c sed id bellum erit ^{d L. II. a.} ex nova causa.

XXXIV. Rumpitur & pax, ut diximus, faciendo contra id, ^{e Sup.}
quod in pace dictum est: sub faciendo autem comprehenditur ^{et} non ^{s. 17.}
facere quod, & cum oportet.

+ XXXV. + Neque admittam hic discriminem capitum pacis, quæ majoris, quæque minoris momenti sint. + Satis enim magna ut serventur visideri debent quæ pace comprehensa sunt. + Bonitas tamen, maxime Christiana, leviores culpas, accedente præfertim pœnitentia, facilius condonabit, ut illud f locum habeat,

⁺ Quem paenit peccasse: pene est innocens.

Sed quo magis paci caveatur, consultum erit ^a ut capitibus minoris momenti adjiciatur ^g, ut si quid adversus ea factum erit, pacem non rum- pat: ^{aut ut} ^b arbitri prius adeantur, quam arma inferre liceat, quod erat in federe Peloponnesiaco, memorante Thucydide ^c. g Vide supra lib. II. c. XV. S. 15. b Lib. V.

XXXVI. Et plane sentio id actum videri, * si qua specialis poena c. 79.
adjecta sit: non quod nesciam posse ita contrahi, ut electio sit ejus,
cui facta est injuria, poenam malit, an a transfectione recedere, + sed
quod negotii natura hoc, quod dixi, potius requirat. Illud quidem con-
stat, & jam ⁱ supra dictum a nobis est, & historiæ auctoritate probatum,
pacem non rumpere qui pactis simpliciter factis ⁱⁱ posterior non stat:
neque enim tenebatur nisi sub conditione. Lib. III. c. XIX. §. 14.

FEBRUARY

¶ Ut capitibus minoris momenti adjiciatur, ut si quid aduersus ea factum erit, pacem non rumpat.] Vide egregium exemplum in pace Justiniani, Juthinianum inter, & Choſroen. Menunder Protector eam habet. (Pag. 118. Ed. Hæſchel.)

x Si qua specialis pana adjecta sit] Ut in Gotthorum pacis cum Francis. Vide Procopium Gotth. I. (Cap. 12.)

G R O N O V E L

79 Sed his demum 1 Potius dicendum . nisi

qui nominatim excepti sunt, aut nisi quos certo
constat comprehendendi non posse, ut si subje-
cti alterius alteri se se applicent.

80 Hostium loco sunt] Si scilicet ante pacem hostes fuerunt.

81 *Et non facere*] Facere contra pacta vi-
detur & qui non facit, quod eum facere pla-
cuit, & qui non facit, quo tempore facere de-
buit ex pacto, aut negotii natura.

82 Arbitri prius adeuntur] Sumatur **judeex** medius, & neutrarum partium, apud quem disceptetur.

83 *Adiecta sit*] Certo capiti, ni servetur.
84 *Posterior non stat*] Cum prius alter *cis*

XXXVII. Quod si necessitas aliqua in causa sit, quo minus pars una impleat id, quod promissum est, + puta si res perierit, + aut ablata sit, + aut factum redditum sit aliquo eventu impossibile, + pax quidem erupta non censembitur: nam, ut diximus, non solet illa pendere a ⁸³ conditio ne casuali. Sed alter + optabit, + an expectare malit, si qua spes sit impleri promissum serius posse, an ⁸⁶ aestimationem accipere, an ⁸⁷ mutuis præstationibus isti capiti respondentibus, aut æquum valentibus liberari.

^a Vide
supra hoc
libro c.
XIX. §.
13, 14.

^b Supr.
§. 27.

XXXVIII. Certe, + etiam post læsam fidem, ^a integrum est ⁸⁸ innocentia pacem servare, sicut + Scipio fecit post multa Carthaginensium perfida facta, + quia contra obligationem faciendo nemo se obligationi eximit: &, si additum est, ut tali facto pax erupta habeatur, + adjectum id censeri debet in commodum innocentis duntaxat, si eo uti velit.

XXXIX. Postremo ^b diximus, pacem solvi faciendo id, + quod specialis pacis natura repudiat.

XL. I. + Sic quæ ⁸⁹ contra amicitiam sunt, rumpunt pacem, quæ ⁹⁰ sub amicitiæ lege contracta est: + quod enim inter cæteros solius amicitiæ ⁹¹ officium exigeret, hic etiam pacti jure præstandum est. + Et huc, + non vero atque quamvis omnino pacem (+ est enim & fedus, non amicitiæ causa, ut nos ^c Pomponius docet) refero multa, quæ de ⁹² injuriis non armatis, & contumelias, a legum peritis dissertari solent, & præcipue illud ^d Tullii: post redditum in gratiam ⁹³ si quid est commissum, ⁹⁴ + id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentia, sed perfidia assignatur. Sed hic quoque ⁹⁵ + detrahenda quantum fieri potest facto invidia.

^c L. Post-
luminio 5.
D. de capt.
d Pro Ga-
bin. Apud
Hieronym.
Apol. adv.
Rufin.
e L. item
vñ. §. si
quis 35. D.
de injur.
Instit. §.
fugillationem
servis 3.
eod. tit.
Alex. II.
Conf. n. 3.

2. + Itaque personæ quamvis conjunctæ, aut subditæ facta injuria, ipsi, quicum pax inita est, facta non censembitur, + nisi aperte ad ipsius fugillationem facta sit, + quam naturalem æquitatem in ⁹⁶ servis atrociter lœsis sequuntur leges Romanæ: & + adulterium, aut stuprum ⁹⁷ libidini potius, quam inimicitiæ imputabitur: + & invasio rei alienæ novæ potius cupiditatis reum faciet, quam fidei læsæ.

3. + A-

G R O N O V R I .

85 Conditione casuali] Sed potestativa scilicet, id est, non solet ita statui, ut, quod forte sit, eam rumpat, sed quod consilio, & culpa.

86 Aestimationem accipere] Alind tantundem valens.

87 Mutuis præstationibus] Sibi remitti, quod ipse facturum se promisit, in compensationem ejus, quod ab altero non præstatur.

88 Innocenti pacem servare] Quiescere, & ab eo vineculo, quo tenetur alter, cum non dimittere.

89 Contra amicitiam] Quibus malevolus declaratur animus, et si proprio nihil fiat adversus præcipua pacti capita.

90 Sub amicitiæ lege] Cui additum est inter articulos, ut posthac vivant tanquam boni, & fideles amici.

91 Officium exigeret] Quod fieri deberet lege humanitatis, & morum, cui qui non paret,

facit quidem improbe, non tamen actionem alteri parit.

92 Injuria non armatis] Quæ frunt sine vi, aut si negentur honores debiti, aut fiat aliud quid in contumeliam faci.

93 Si quid est commissum] Si qua offensio data.

94 Id non neglectum] Pro fraude, & culpa habetur, non pro negligencia.

95 Detrahenda est invidia] Ne nimis cito in bellum ruatur, factum, quamvis malignum, leniore potius animo accipiatur, & mitiore vocabulo appelletur, quam graviore, & invidiosiore.

96 Servis atrociter lœsi] Tanquam id pertinet ad domini offendam.

97 Libidini potius] In eo peccasse magis aliquem interpretabimur, quod se continere non posset, quam quod in persona chara laicos nos vellet, aut contemneret.

G R O -

3. + Atroces sane minæ , + nulla nova causa præcedente , cum amicitia pugnant : & + huc referam arces in finibus structas , non tuendi , sed nocendi causa , & insolitam copiarum conscriptionem , + si iustis satis indiciis appareat , in non alium hæc , quam in eum , quicunq; pax facta est ; comparari .

XLI. 1. ✓ Subditos singulos , qui ex altera ditione in alteram migrare volunt , suscipere , + non est contra amicitiam . Neque enim + naturalis tantum , + sed & favorabilis est ista libertas , ut alibi * diximus . Eodem loco pono + perfugium exulibus datum . Nam in exules , ut ex ^a Euripide diximus * alibi , + nullum jus civitati . Perseus apud Livium ^b recte , quid attinet cuiquam exilium patere , si nusquam exuli futurus est ^c locus ? Aristides Leuctrica ^d secunda : διεσθαι τὰς ἀνατολάς , vocat ^e καὶ τὸν ^f κοινὸν ^g αὐτοῖς . + commune jus hominum exiles recipere .

2. Plane ^z oppida , aut magnos cœtus , qui civitatis ⁹⁸ partem integrantem faciant , + recipere non licet , ut * alibi diximus : neque magis eos , + qui ex sacramento , + aut aliter , ministerium , + aut servitutem debent . De his autem , + qui belli forte servi sunt , ⁹⁹ idem introductum gentium jure + apud quosdam populos , supra ^f memoravimus . Sed & de his , ⁱ qui exules non acti poenam justam effugiunt , dedendis egimus ^e & alibi .

XLII. + Sortis aleæ subjici belli exitus licite non semper potest , + sed tum demum , quoties de re agitur , ^z in qua plenum habemus dominium . Nam ad subditorum vitam , pudicitiam , & similia tuenda , + civitas , & ad bonum civitatis tuendum + rex arctius obligatur , quam ut omittere possit eas rationes , quæ ad sui , & aliorum tutelam maxime sunt naturales . Attamen + si vera æstimatione qui injusto bello impetratur tanto sit

G R O T I I.

y Subditos singulos , qui ex altera ditione in alteram migrare volunt , suscipere , non est contra amicitiam] Solon : γενέδαι πολίταις ὁ δίδωτι πλὴν τοῖς Φεύγοντις ἀειφυγα τὴν ἑαρῶν , ή πανεῖος Ἀθηναῖς μετομῆμένοις ἐπὶ τέχνην civium albo ascribi non sicut , nisi eos , qui e sua patria in exilium perpetuum ejecti essent , aut cum omni familia artificii alicuius exercendi causa Athenas migrassent . (PLUTARCH. Vit. Sol. pag. 91. E.) Perseus apud Appianum in excerptis legationum num. 25. κοινῷ γε πάγων αἰδρώπων νόμῳ καρδια καὶ νομίς τῶν ἵτηρων Φεύγοντας ὑποδέχεσθε feci hoc communis hominum jure , quomodo εἴ τοι alibi ejecitos suscipitis . (Pag. 367. Ed. Fulv. Uzfin.) Commune hoc jus pacis firmari , aut adstringi solet . Vide pacem Antiochi apud Polybium exc. leg. num. 35. & apud Livium (Lib. XXXVIII. c. 38.) pacem inter Romanos , & Persas apud Menandrum Protectorem . (Pag. 117 , 118. Ed. Haeschel.) Similiter de Helvetiorum inter se pacis . Aradii , regibus

Syria inter se certantibus , obtinere , ut fugientes suscipere possent , sed non emittere . Testatur id Strabo XVI. (Pag. 754. Ed. Caub. Paris.)

z Oppida , aut magnos cœtus , qui civitatis partem integrantem faciant , recipere non licet , ut alibi diximus Libro II , cap. V. §. 24. Vide & Bizarum libro XII.

G R O N O V I I.

98 Partem integrantem] Qualis pars si abscedat , totum non manet integrum , sed multum fit .

99 Idem introductum] Ut eos aufugientes a dominis , in quorum servitutem bello venerunt , recipere , nec reddere liceat .

i Qui exiles non acti] Qui non sunt damnati exilio sed ipsi solum mutaverunt fuga , ne gravius punirentur .

z In quam plenum] In qua & exequi jus nostrum , & id remittere sine iustitia possumus .

G R O N O-

Sit inferior, ut resistendi nulla spes sit, videtur fortē offerre posse, ut certum periculum incerto evadat: + hoc enim est de malis minimum.

XLIII. I. Sequitur valde agitata quæstio + de præliis, 3 quæ definito numero condicuntur + belli finiendi causa, puta inter singulos utrumque, ut Aeneam, & Turnum, Menelaum, & Paridem: inter binos utrumque, (bb) ut inter * Etolos, & Eleos: inter ternos utrumque, ut inter Horatios ^{a Pausan.} Romanos, & Curatios Albanos: inter tricenos utrumque; Lib. V. I, 24, & ut inter 4 + Lacedæmonios, & Argivos.

2. + Si jus gentium externum tantum spectamus, non est dubitandum, + quin per id ipsum talia certamina sint licita: + hostium enim eadem id jus + indiscrete permittit. Quod + si vera esset veterum Graecorum, Romanorum, & aliarum gentium opinio, quemque vita sua esse summo jure dominum, + jam & interna justitia talibus præliis non deferset. Sed + hanc sententiam rectæ rationi, ac Dei præceptis pugnare, aliquoties + jara diximus. In proximi charitatem peccare eum, qui ob res, quibus carere possimus, retinendas, hominem occidit, alibi + ostendimus & ratione, & sacrorum oraculorum auctoritate.

3. Addemus nunc, + & in se, & in Deum peccare, qui vitam sibi a Deo pro magno beneficio concessam tam vili aestimat. Si res bello digna agitur, ut multorum innocentium falus, + pro ea totis viribus nitendum est. + Condicto certamine 5 uti, tanquam testimonio bonæ causæ, aut g. 95. art. 3. & ibi judicii divini instrumento, vanum est, & a vera pietate alienum.

4. Una res est, (cc) quæ tale certamen + justum, ac prius potest reddere ex una duntaxat parte, si aliqui omnino expectandum sit, + ut qui injustam causam fovet, victor sit futurus cum magna innocentium strage: nihil enim ei imputandum est, qui mavult ea ratione certare, quæ spem ipsi maxime probabilem ostentat. + Sed & hoc verum est, quædam, quæ non recte fiunt, ab aliis tamen recte non probari, sed permitti, ut graviora mala, quæ aliter vitari non possunt, vitentur. *Egid. Re-* quomodo multis in locis tolerantur + & improba fœnora, + & impudicitiam *g. 95. art.* professæ mulieres.

5. Quod ergo supra 5 diximus cum de præveniendo bello ageretur,

G R O N O V I E.

3. Quæ definito numero] Ubi jubentur pauci decertare de fato, & eventu populi utrumque. 2, 23, 10.

4. Lacedæmonios, & Argivos] Ducibus Othryade, ac Thersandro. (Vide M E U R S I I M i - scellanea Laconica, Lib. IV. c. 13. ubi fusè de hac historia agit, & plures auctoritates veterum adducit. J. B.)

5. Ut tanquam testimonio] Quemadmodum superioribus statibus, iu defectu probatiorum innocentia sua, solebant cum accusatoribus in certamen armorum descendere.

6. Nihil ei imputandum] Nulla ejus est culpa.

(bb) De singulis tantum loquitur PAU-

SANIAS, quem in ora libri Auctor noster testem indicat (neque enim alio referri potest illius testimonium) nimurum Degenus Eleus, ab una parte; Pyrechma Etolus ab altera, electi sunt, qui singulari certamine de re inter utrumque Populum controversa decernerentur. Neque in memoriam revocavit Auctor, se idem exemplum, tanquam è Strabone, alibi adtulisse, Lib. II. Cap. 23. §. 10. sum. 1. Epes enim, & Eleus, ibi unum, idemque sunt. Ceterum locus Pausanie, de quo jam agitur, exstat Cap. 4 dicti Lib. V. J. B.

(cc) Confer heic PU F F N D O R F I U M nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. VIII. c. 8. §. 5. J. B.

G R O.

si duo, quos inter de regno controversia est, parati sint inter se armis cernere, + pari id posse populum, ut major calamitas cæteroqui imminens evitetur: + idem &, cum de bello finiendo agitur, dicendum erit. ^a Quomodo Assyrium regem Cyrus provocavit: & apud Dionysium ^a Hallicarnassensem Metius ait, non iniquum fuisse, ^b ut ipsi principes populorum armis rem inter se disceptarent, si de ipso, non de populorum, potentia, aut dignitate controversia fuisset. Sic ^c Heraclium Imperatorem cum Cosroë filio Persarum pugnasse singulari certamine, legimus.

XLIV. Cæterum, + qui sic in prælii exitum conjiciunt controversiam, + sibi quidem jus, si quod habent, adimere possunt, + non & alteri, qui non habet, dare, + in illis quidem regnis, quæ in patrimonio non sunt. Itaque, ut valeat pactio, + & populi, + & si qui jam nati jus ad successionem habent, consensum necesse est accedere: + in ^d feudis non liberis, + etiam domini, sive senioris.

XLV. I. Sæpe + in talibus præliis quæri solet, ^d 9 + uter pro viatore sit habendus. + Victi non possunt videri nisi qui aut omnes occubuerunt, aut in fugam dati sunt. Sic ^e 10 in fines se, aut oppida recipere, apud Livium ^b victi signa.

2. Apud tres nobiles historicos, Herodotum, Thucydidem, Polybiūm, ^f 11 tres proponuntur de victoria controversiæ, quarum prima ad ^g 12 condicuum certamen pertinet. Sed, si quis recte advertat, inveniet, omnibus illis præliis ^h 13 sine vera victoria discessum. + Nam ⁱ Argivi non ^e Herod. I. c. 82. fugati

G R O T T I.

^a Quomodo Assyrium regem Cyrus provocavit] (Apud XENOPHONTEM, De Cyri infinito, Lib. V. c. 3. n. 4.) Et multo ante Hyllus Eurystheum. Vide Euripidem Heraclidis. (v. 804, & seqq. At aliter rem narrat Diodorus SICULUS, Bibl. Histor. Lib. IV. c. 59, 60. J. B.)

^b Ut ipsi principes populorum armis rem inter se disceptarent] Hoc Adrianopolita respondebant Mahumeti de ipso, & Musa Zelebe. Leunclavius lib. XI. Sic Cunibertus Langobardorum rex Alachin provocat. Paulus Warnafredi lib. V. (Cap. 40.) Sic de Chersonis castro Pharnacus cum Sauromato pugnare volebat, ne multitudo ob ipsorum controversiam periculis obiceretur; narrat Constantinus Porphyrogeneta capite de castro Chersonis. Vide exemplum singularis certaminis de regno apud Pontanum historia Danica: & quæ de provocationibus inter Carolum V. Imperatorem, & Franciscum Primum Galliæ regem, narrant historici. (Certamen singulare, de quo Pontanus, fuit inter Edmundum, & Canutum. Vide Lib. V. pag. 151. Ed. Amst. 1631. Illius autem inter Pharnacum, & Sauromatum, nullum est vestigium in Cap. De Castro Chersonis, quod est ultimum Lib. II. Conf. Porphyrogen-

netæ De Thematis; neque alibi in toto opere. J. B.)

^c Heraclium] Vide Aymoinum libro IV, cap. 21. & Fredegarium cap. 64.

^d Uter pro viatore sit habendus] Ennius: (Apud Servium, in fragm.)

Qui vicit non est viator, nisi vicius satetur.

Vide Scaligerum ad illud Festi, herbam do.

^e In fines se aut oppida recipere, apud Livium / vidi signa] Et apud Guicciardinum, lib. II.

G R O N O V I I.

^f 7 Sibi quidem jus] Pacto suo efficiunt, ut, si vincantur, perdant jus regni; non tamen ut id statim acquirat viator, nisi etiam consenserint, quorum interest.

^g Feudis non liberis] Ligiis. I, 3. 23.

^h Uter pro viatore] Quia exitus sape sunt tales, ut uterque illos pro se possit interpretari.

ⁱ In fines se, aut oppida] Excedere campo, neo castris confidere audere.

^j Tres controversia] Tria controversiarum hujusmodi exempla:

^k Condicuum certamen] Num. 43.

^l Sine vera] Plena, & consummata alterius utrius partium.

a Thue. 1. fugati ab Othryade, sed nocte superveniente abierant, victores se rati, & c. 51. 54. id suis renuntiaturi. ⁺ Neque Corinthios fugaverant Corcyrae, ^a sed Corinthii, cum feliciter pugnassent, Atheniensium classem validam conspicati, nullo cum Atheniensibus virium periculo facto, cessim ierant. Philippus

b Lib. XVI. c. 1. ⁺ nihil minus quam fugaverat. Itaque, ut ^b Polybius notat, magis pro pag. 1014, 1015. *Ed.* victore se gerebat, quam victorem se sentiebat.

Amst. 3. Illa vero, ¹⁴ spolia legere, ^f cadavera ad sepulturam concedere, *c Lib.* XXIX. ¹⁵ prælio iterum laceſſere, quæ & dictis locis & apud ^c Livium aliquo- *XL.* tias reperias ut signa ponи victoriæ, per se nihil probant, nisi quatenus cum aliis indiciis ⁺ valent ad docendam hostium fugam. Et certe, ⁺ qui loco cessit, in dubio magis est ut fugisse credatur. At, ubi victoriæ firma argumenta non sunt, res ⁺ manet ¹⁶ eo loco, quo ante prælium fuit: & ⁺ aut ad bellum, ⁺ aut ad novas pactiones veniendum est.

d L. socie- XLVI. 1. Arbitriorum, ^d Proculus nos docet, ⁺ duo esse genera: *tatem.* 76. ⁺ unum ejusmodi, ut sive æquum, sive iniquum, parere debeamus; quod *D. pro fa-* obſervatur, ait, ⁺ cum ¹⁷ ex compromiſſo ad arbitrum itum est: ⁺ alte-*cio.* rum ejusmodi, ut ¹⁸ ad boni vii arbitrium redigi debeat, cuius generis

e L. Si exemplum habemus in ^e Celsi responſo: *si libertus,* inquit, *ita juraverit* libertus. ^{30. D. de} dare ſe quod operas patronus arbitratus fit, non aliter ratum fore arbitrium ^{op. lib.} patroni, ⁺ quam ¹⁹ *si æquum arbitratus fit.* Sed hæc jurisjurandi interpre-*tatio*, ut Romanis legibus induci potuit, ⁺ ita verborum simplicitati per ſe ſpectatæ non convenit. Illud tamen verum manet, ⁺ utrovis modo ar-*bitrum sumi posse,* ⁺ aut ut ²⁰ conciliatorem tantum, quales Athenienses inter Rhodios, & (dd) Demetrium fuſſe legimus, ⁺ aut ut ²¹ cuius dicto parendum omnino sit. (ee) ⁺ Et hoc eſt genus, de quo nos hic agimus, &

G R O T I I.

f Cadavera ad sepulturam concedere] Plutar- chus Ageſilaο: ὡς δὲ ἐπειψόν οἱ πολέμου νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτήντες, ἵσπεισατο, καὶ τὴν νίκην ὅ- τως εὐθεῖαν αυτοῖς, εἰς Δελφοὺς ἀπενομοῦ- poſtquam autem boſtes mifere ut mortuos tollere liceret, conceſſit, eoque modo νικήσας refi- niūm adeptus Delphos abiit. (Pag. 606. B.) Idem Nicia: καὶ τοις κατὰ νόμον τινα καὶ συν- ſtictas οἱ νεκρῶν υποσκονδὸν λαβόντες ἀναίρεσιν, απολύγεδοι τὴν νίκην, καὶ τρόπαιον ἰσχάναι τοῖς τρίτοις τυχόντας εἰς ἔδοσιν ἦν, quanquam more, & inſtituto recepto qui mortuos deportan- dos conceſſu acceperant, cenſebantur a ſe abdicare νικήσαν, & qui id impetrassen, eis ius non erat trophya figendi. (Pag. 527. A. B.)

G R O N O V I I.

¹⁴ *Spolia legere, cadavera*] Quæ indicio ſunt, locum acies, antea communem, nunc eſſe ejus, qui ſpolia legit, & cadavera concedit. Jufkin. 6, 6.

¹⁵ *Prælio iterum laceſſere*] Quod detrefet

hostis, neque audeat prodire in æquum. *Liv.* 22, 12.

¹⁶ *Eo loco, quo ante*] Ambigua.

¹⁷ *Ex compromiſſo*] Ubi convenit inter par- tes, ut quicquid statuerint arbitri, eo ſtetur fine exceptione,

¹⁸ *Ad boni vii arbitrium*] Ubi convenit hoc ita, ſi patuerit arbitros ſe gerere tan- quam medios, & bonos viros.

¹⁹ *Si æquum arbitratus*] Si non abuſus fue- rit liberti bonitate, qui ejus arbitrio ſe commiūt.

²⁰ *Conciliatorem*] Qui perſuasione, & indu- cione utatur.

²¹ *Cuius dicto*] Qui imperio, & ſententia decretoria.

(dd) Habet hoc è PLUTARCHO, *Vit. Demetr.* pag. 899. A. Nihil enim de hoc of- ficio Atheniensium memorat Diodorus Siculus, Lib. XX. Cap. 100. quum tamen fuſe narret fruſtraneam Rhodi obſidionem, quæ ad pacem ineundam Demetrium compulit. J. B.

(ee) Confer heic PUFENDORFIUM no- strum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. cap. 13. §. 4, & ſeqq. J. B.

G R O -

& de quo nonnulla supra ^a diximus + cum de cavendi belli rationibus loqueremur.

2. Quanquam vero etiam de talibus arbitris, ²² in quos cōpromissum est, lex civilis statuere possit, & alicubi statuerit, + ut ab iis provocare, & de injuria queri liceat: g + id tamen inter reges, ac populos locum habere non potest. ²³ Nulla enim hic potestas superior, quæ promissi vinculum aut impedit, aut solvat. + Standum ergo omnino, sive æquum, sive iniquum pronunciaverint, ita ut Plinii ^b illud huc recte apes: + sumnum quisque cause sue judicem facit, quemcumque eligit. Aliud enim est ²⁴ + de arbitri officio, + aliud ²⁵ de compromittentium obligatio-
ne quærere.

XLVII. I. In arbitri officio spectandum, + an electus sit ²⁶ in vicem judicis, + an ²⁷ cum laxiore quadam potestate, quam (ff) arbitri quasi propriam vult Seneca, c cum dicit: melior videtur conditio causa bonæ, ^{c Lib. III. de benef.}
+ si ad judicem, quam si ad arbitrum mittitur: + quia ²⁸ illum formula in-^{c. 7.}
cludit, & certos, quos non excedat; terminos ponit; hujus libera, & nullis adstricta vinculis religio & detrahere aliquid potest, & adjicere, & sententiam suam, non prout lex, aut justitia suadet, + sed prout humanitas, & misericordia impulit, regere: Aristoteles ^d quoque ἵππους, id est, æ-
qui, & commodi hominis esse, ait, εἰς δικαίων μᾶλλον ἢ εἰς δίκην βέλεσαι λέγει, ^{c. 13. in fin.}
malle ire ad arbitrum, quam in ius, rationem adjiciens, ὁ γὰρ δικαστὴ τὸ
ἴτινες ὅπερ ὁ δὲ δικαστὴ τὸν νόμον καὶ τὴν ἔνεκα δικαστὴν εὐθὺς ὅπως τὸ έπιτιμῆς ιχύν. nam
+ arbiter id, quod æquum est, respicit, judex legem: immo arbiter ejus rei
causa repertus est, + ut vulneret equitas.

2. Quo in loco æquitas non proprie significat, + ut alibi, partem illam justitiae, ²⁹ quæ legis sonum generalem ex mente auctoris adductius interpretatur, (+ nam hæc & judici commissa est) + sed omne id, quod rectius

G R O T I .

g Id tamen inter reges, & populos locum habere non potest] Mariana libro XXIX, 15. Beinbus libro IV. (fol. 62.) Paces per arbitrum factas habes aliquam multas in Polonica historia Cromeri libris X. XVI. XVIII. XXI. XXIV. XXVII. XXVIII. Habes & in Danica Pontani libro II. confer quæ nos supra libro II, c. XXIII. §. 8.

G R O N O V I .

22 In quos cōpromissum] Qui omnem habent pronuntiandi, & litem terminandi potestatem.

23 Nulla hic potestas Superior] Ut in privatarum rerum arbitris est magistratus, vel princeps.

24 De arbitri officio] Quid facere illum decent.

25 De compromittentium obligatione] Quid facere necessario teneantur.

26 In vicem judicis] Ut merum jus, summae justitiae legem, & causarum merita spestet.

27 Cum laxiore quadam] Ut possit etiam præter jus ex æquo, & bono statuere.

28 Illum formula] Cum qua semper dabatur a prætori judex, veluti: si pataret dare, vel facere oportere.

29 Quæ legis sonum] Quæ quod lex dicit, cum possit in alienum, & absurdum sensum rapi, ex ratione, & prudentia id intelligentium monet. 2, 20, 27.

(ff) In loco S E N E C A non agitur de Arbitris ex compromissu: sed illi Arbitri veri sunt Judices, nimurum Pedanei, seu à Prætore dati; Arbitri autem dicuntur, quod dentur in Judicis bonæ fidei, ubi laxior erat eorum potestas, adeo ut ex æquo, & bono decernere eis licet; quum Judices strictè sic dicti, qui in Judicis stricti juris addicebantur intra verba, & legum subtilitatem manete deberent. Vide C I C E R. Orat. pro Rosc. Comed. c. 4. I N S T I T. de Actionib. §. 1. & 30. imprimis Eruditiissimi N O O D T I I eximium Opus De Juri. & Imp. Lib. I. cap. 13. J. B.

rectius fit, quam non fit, ³⁰ etiam extra justitiae proprie dictae regulas. Sed + tales arbitri sicut inter privatos, & ejusdem imperii cives frequentes sunt, + & specialiter Christianis commendantur ab Apostolo Paulo I Cor. VI. ³¹ + ita in dubio non debet tanta potestas concessa intelligi: + in dubiis enim, ³² quod minimum est, sequimur: præcipue vero id + locum habet inter summam potestatem obtinentes, qui cum judicem communem non habeant, arbitrum + censendi sunt adstrinxisse iis regulis, quibus judicis officium adstringi solet.

+ XLVIII. Illud tamen observandum est, arbitros lectos a populis, aut summis potestatibus ^h ³³ de principali negotio pronuntiare debere, + non de possessione: + nam ³⁴ possessoria judicia juris civilis sunt: + iure gentium possidendi jus dominium sequitur. + Ideo, dum causa cognoscitur, ³⁵ nihil est innovandum, + tum ne præjudicium fiat, + tum quia difficilis est recuperatio. Livius in ^a historia disceptatorum inter populum Carthaginensem, & Masinissam, + legati, inquit, *jus possessionis non mutatur.*

^a Lib. XI.
c. 17.

XLIX. I. + Alterius generis est arbitri sumtio, cum quis ipsi hosti de se arbitrium permittit, + quæ est deditio pura, + subditum faciens eum, qui se dedit, ei vero, cui fit deditio, + summam deferens potestatem. *ἐπιφένεια τὰ καθ' αὐτὸν dicunt Græci. Sic + Etolos in senatu rogatos legimus,*

^b Livius ^b lib. XXXVII. permitterentne de se arbitrium populo Romano. Consilium P. Cornelii Lentuli apud Appianum, ^c circa finem belli Punici secundi, de re Carthaginensium hoc erat: + permittant, inquit, *Carthaginenses se arbitrio nostro, ut vieti solent, οἱ multi antehac fecerunt: videbimus deinde nos, οἱ, si quid fuerimus largiti, 36 + habebunt nobis gratiam: 37 neque enim fedus dicere poterunt, permultum autem interest. Quamdiu federa cum illis inimus, ut ea rumpant, semper aliquid causabuntur tanquam laeti adversus aliquam federis partem. Nam quia multa sunt dubia interpretationis, patet semper perplexandi materia. At, ubi ut deditis abstulerimus arma, corpora ipsa acceperimus in potestatem, tum denum intelligent nihil se habere proprium, demittent animos, οἱ quodcumque a nobis acceperint, id tanquam de alieno datum libentibus animis accipient.*

^c Bell. Punic. p. 34. Ed. H. Stepb.

2. Sed

G R O T I I.

^h *De principali negotio pronuntiare debere, non de possessione*] Id Dux Sabaudæ dicebat in controversia Salucie. Vide Serratum Henrico IV. (aut potius eum, qui Serrani Historiam ulterioris deduxit.)

G R O N O V I I.

³⁰ *Etiam extra justitiae*] Etiam per leges possit non fieri.

³¹ *Ita in dubio*] Ubi non plane, ac diserte de iis conventum est.

³² *Quod minimum*] L. 9. D. de R. J.

³³ *De principali negotio*] Utrius sit res, de qua ambigitur: non uter interim eam possidere debeat.

³⁴ *Possessoria judicia*] Quibus in antecessum certatur, uter, dum lis est, possidere debeat: nam is onus probandi in alterum devolvit.

³⁵ *Nihil est innovandum*] Non auferenda possello ei, qui rem tenet.

³⁶ *Habebunt nobis gratiam*] Id beneficio nostro consecuti fuerint.

³⁷ *Neque enim fedus dicere*] Ex federe quicquid illis deberi.

G R O.

2. Sed hic quoque distinguendum est, + quid victus pati debeat, & + quid victor jure, + quid etiam salvo omni officio facere possit, + quid denique eum maxime deceat. Victus post deditio[n]em + nihil non patientum habet: quippe jam subditus, + &, si jus belli externum respicimus, eo in loco, ut ei nihil non eripi possit, + etiam vita, etiam libertas personalis, multo magis bona, + non publica tantum, + sed & singulorum. *Aetoli*, inquit alio ^a loco Livius, ³⁸ permisso libero arbitrio, ne in corpora seviretur, metuebant. Citavimus ^b alibi: ubi omnia ei, qui armis plus potest, dedita sunt, que ex iis habere victor, quibus multari eos velit, ipsius judicium, atque arbitrium est. Eodem (gg) illud ^c Livii c pertinet: Romanis mos vetutus erat, cum quo nec federe, nec aequis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina, humanaque dedisset, ob[st]ides accepti, arma ademta, praesidia urbibus imposta forent. + Etiam occidi licite interdum deditos ^d ostendimus.

L. i. At victor, + ne quid injuste faciat, spectare primum debet, + ne quem occidat, nisi id ³⁹ suo facinore meritum, sic &, + ne cui quicquam auferat, nisi in justam poenam. ⁱ + Intra hunc autem modum, ⁴⁰ + quantum securitas patitur, ad clementiam, & liberalitatem propendere, + semper honestum est, interdum pro circumstantiis + etiam ex morum regula necessarium.

2. Diximus alibi, + bellorum egregios fines, quoties ignoscendo transigitur. Nicolaus Syracusanus apud ^f Diodorum: παρέδωκεν ἑαυτὸς μετὰ τῶν ὄπλων πιστεύοντας τῇ τῶν χριστήντων εὐγνωμοσύνῃ. διόπειρ ἡνὶ ἀξίου αὐτὸς τῆς ἡμετέρας Φειδηναὶ φιλανθρωπίας. tradiderunt se cum armis, confisi clementiae victoris: quare indignum foret eos decipi spe nostra humanitatis. Postea: g τις Ἐλλήνων τὰς παρόδοτας αὐτὸς οὐ τῇ τῶν χριστήντων εὐγνωμοσύνῃ πιστεύοντας ἀπαφογήτης τιμωρίας ἤξιοτεν; quis unquam Græcorum eos, qui se clementiae victoris permetterent, ⁴¹ indeprecabili supplicio puniendos censuit? & Cæsar Octavius apud ^b Appianum, L. Antonium, qui se deditum venerat, alloquens, σπονδάς γάρ μοι τιθέμενος. ^{b Bell.} ^{c Lib. III.} ^{c. XV. in fin.} ^{d Lib. III.} ^{e Lib. VII.} ^{f Lib. XIII. c. 21.} ^{g Cap. 23.} ^{h Civ. V. p. 697.} επυχεῖ ὅν πόλισμένος οὐ νεκρωτότερος. ἀσπονδον δὲ σαντὸν τε οὐ ταῖς Φιλες ἐπιτέρεπον ἡμῖν οὐ τὸν σπαρὸν, αφαιρῆ μὲν πᾶσαν ὄργην, αφαιρῆ δὲ οὐ τὴν ἔξεσταν οὐ σπειδόμενος οὐ ἔδωκε (male editur ^{ēdōke}

G R O T I I.

ⁱ Intra hunc autem modum, quantum securitas patitur, ad clementiam, & liberalitatem propendere, semper honestum est.] Vide nobile exemplum Ferdinandi Legionenium regis apud Marianam lib. XI. c. 15. Et repete que nos supra hoc libro, cap. XI. §. 14. & 15.

G R O N O V I I.

³⁸ Permissio libero arbitrio] Si senatus, populi Rom. omne de se arbitrium facerent, ne principes eorum vinculis, & suppliciis traderentur, metuebant.

³⁹ Suo facinore] Proprio, extra communia, & egresso modum eorum, que vulgo, & pro-

misce in bello fiunt.

⁴⁰ Quantum securitas] Concedere potest victor, ita ut ipse extra metum cladis, aut rebellionis maneat.

⁴¹ Indeprabili supplicio] Ut Gell. I., 13. Pena indeprabilis.

(gg) Locus non exstat Lib. VII. quem Auctor in margine indicat, sed Lib. XXVIII. c. 34. quem errorem tacitus emendasse, ut innumeros alias ejusmodi silentio præterii, nisi fontem ejus ostendere possem, & aliquatenus id juvaret. Nimirum locum illum noster excrisperat ē PETRI FABRI SEMESTR. Lib. I. c. 7. p. m. 43. ubi tamquam ex Lib. 7. laudatur, & alterius libri ejusdem Scriptoris numerus falso notatur. J. B.

εἰδώνα) ὑπ' αὐτάκος συμπέλευτου γὰρ οἵ τε εἰδῶν εἰδῆς πάθειν, τὸ προσκόντον ὃν ἐπὶ δίκαιον
ἴσι ποιεῖ ὁ δὲ προτιμόνων. *Si ad federa pacis credula venisses,* ⁴³ *sensisses me καὶ vi-*
tores, *καὶ injuria affectum.* nunc, cum te *καὶ* amicos, *καὶ* exercitum arbitrio
noſtro permittis, demis mihi iram, demis *καὶ* eam potestatem, quam in federe
coactus esſe concedere. ⁺ Nam cum eo, quod vos dignum esſt pati, simul jani
καὶ alterum spectandum esſt, ⁺ quid me facere par sit: atque hoc praeferam.

3. Occurrit ſæpe in Romanis historiis locutio, ⁺ tradere ſe in fidem,

^{a Cap. 9.} tradere in fideim, & clementiam. Sic apud Livium lib. ^a XXXVII. *Lega-*
^{b Cap. 4.} *tiones finitimas tradentes in fidem civitates suas benigne audivit.* Lib. ^b XLV.
Paulo, ut ſe, suaque omnia in fidem, *καὶ* clementiam populi Romani permitte-
ret, contendente, ubi de rege Perſeo ſermo eſt; ſciendum autem eſt, his
verbis ⁺ nihil aliud, quam ⁴³ ditionem meram intelligi: *καὶ* neque fidei
nomen his in locis aliud ſignificare, quam ipſam probitatem victoris, cui
ſe vicitus committit.

4. ¹ Nobilis eſt apud Polybiū, & Livium historia de Phanea Aetolorum legato, qui in oratione ad Manium conſulem eo prolapsus eſt ut

^{c Polyb.} *diceret: διότι κέχειται τοῖς Αἰτωλοῖς σφᾶς αὐτὸς λύχειρίκεν εἰς τὴν Παναλων πίσιν.* (ita ^d
^{Exc. Leg.} vertit Livius) ſe, suaque omnia fidei populi Romani permittere. Cumque
^{e 13. pag.} percūntanti conſuli iterum ⁺ id affirmaſſet, postulaſſe conſulem, ut qui-
^{f Amſl.} *dam 44 belli incentores ſibi ſine mora dederentur.* Cum Phaneas excepif-
^{g Lib.} ſet, non in ſervitutem, ſed in fidem tuam nos tradimus, &, quod impera-
^{XXXVI.} *reſt, non eſſe moris Græcorum, respondiſſe conſulem, nihil ſe curare,*
^{h c. 28.} *quid Græci eſſet moris, ſe more Romano ⁺ imperium habere in deditos*
suo decreto, & catenis vinciri legatos juſiſſe. ⁺ In Græco eſt, *περὶ τῆς δεινῆς*
καὶ καθηκόντος ποιεῖτε λόγον, δεδωκότες ἀντὸς εἰς τὴν πίσιν; *de officio, καὶ decoro hic dispu-*
tatur, cum jam vos fidei noſtre permiferitis? ⁺ Ex his verbis apparet, quan-
tum impune, & non violato gentium jure facere poſſit iſ, in cujus fi-
dem populus aliquis ſe permifit. ⁺ Neque tamen hac potestate uſus eſt

^{i Val.} *Romanus conſul, ſed & legatos dimiſit, & + Aetolorum concilio de integro*
^{Max. lib.} *deliberandi fecit potestatem. Sic populus Romanus.* ^e *+ Faliscis respondiſſe*
^{VI. c. 5.} *legitur, edoctum ſe, Faliscos ſe non potestati, ſed fidei Romanorum com-*
^{n. 1.} *miſiſſe: & de Campanis legimus, ſe eos non federe, ſed ditione in fi-*
^{f Livius} *dem veniſſe.*

S. + Ad

G R O T T I .

*καὶ Neque fidei nomen hūs in locis aliud ſigniſſare, quam ipſam probitatem victoris, cui ſe vi-
elua permittit.] Polybius: παρὰ Ρωμαῖοις λ-
εονναῖαι τὸ, τε εἰς τὴν πίσιν αὐτὸν ἐπιχειρή-
σθαι, καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δὲναι περὶ αὐτὸς τῷ
κρατεῖται. apud Romanos idem valent, ſe in fi-
dem aliuſius committere, καὶ victori de ſe ſta-
tuendi liberam facere potestatem. (Ibid.) Græci
dicunt, εἰς δίκην σφᾶς αὐτὸς παρεδίδοται, ut
Thucydides libro III. (Cap. 67.) ait: καθ
αὐτῶν ἐπιτρέπειν ἔξοσις, ut Diodorus Siculus
lib. XIV. (Cap. 112. pag. 453. Ed. H. Steph.
ubi additur, τὴν πᾶσαν &c.*

*1 Nobilis eſt apud Polybiū.] In excerptis
legationum num. 13.*

G R O N O V I I .

⁴³ *Sensifles me καὶ viſtorem] Duras tibi con-*
ditiones preſcripsiſſem, qdod & poſſum, ut vi-
tor, & jure poſſum, ut affectus injuria.

⁴³ *Ditionem] Romani rerum acerbitatem*
verbis mitigate ſolebant. Sic fidem dicebant
potestatem liberam de aliquo ſtatnendi. Sic
ſocios, qui erant veri ſubiecti. Sic Magiſtri-
tus in edictis ponebant bonum factum, id eſt,
reče ſaciēti, pro eo, qnōd eſſet, volumus, &
jubemus. Sic lictor ſupplicium ſumturus ju-
bebatur lege agere.

⁴⁴ *Belli incentores] Autoreſ, & concitores.*

C R O

§. + Ad officium vero ejus, cui facta est deditio, non male retulæris Sericeæ ^a illud : clementia liberum arbitrium habet : ⁴⁵ + non sub formula, + sed ex aequo, & bono judicat, & absolvere illi licet, & quæcunque vult ^{a L. II.} taxare item. + Neque referre existimo, an dedens se dicat se dederæ alterius sapientiæ, an moderationi, an misericordiæ, hæc enim omnia + blandimenta sunt; res manet, + ut viator arbiter fiat.

L. Sed sunt tamen & + deditiones conditionatae, quæ aut singulis consulunt (hh), ut + quibus vita salva, + aut corporum libertas, + aut & quædam bona excipiuntur; + aut etiam universitati: quarum nonnullæ etiam ⁴⁷ + mixtum quoddam imperium possunt inducere, de quo egimus alibi.

+ LII. + Accessiones pactionum sunt + obsides, & + pignora. ^m Obsides diximus dari + aut sua voluntate, ⁴⁸ + aut ejus, qui imperium habet; nam in summo civili imperio comprehenditur & ⁴⁹ jus in actiones subditorum, ut in bona. Sed civitas, aut ejus rector + tenebitur illud incommodum ei, qui patitur, aut proximis repensare; & si plures sint, quorum quis obses eat, reipublicæ nihil interfit; danda opera videtur, + ut forte res dirimatur. + In vasallum, nisi idem subditus sit, jus hoc ⁵⁰ feudi dominus non habet: neque enim reverentia, & obsequium, quæ debet, + hoc usque pertingunt.

LIII. + Interfici ⁵¹ obsidem posse, diximus, per jus gentium externum non etiam interno jure, + nisi par ipsius culpa accedat. + Servi quoque non fiunt: immo + & jure gentium bona habere, & heredibus relinquare possunt, + quanquam Romano ^c jure cautum est, ut bona eorum in fiscum cogantur.

LIV. + An fugere obsidi liceat, queritur? & constat non licere, ⁵² + si ab initio, + aut postea, quo laxius haberetur, fidem dederit. Alioqui videtur + non is animus fuisse civitatis obligandi civem ne aufugeret, + sed hosti dandi facultatem qualis vellet custodiæ. + Et sic defendi potest Clœliæ ^d factum. Sed et si ipsa nihil peccaverat, ⁿ civitas tamen recipere

^b Lib. I.
^c III. §.
^{g. n. 1. &}
17.

^c L. Di-
uum, 31.
D. de jure
fisci.

^d Liv. lib.
II. c. 13.

G R O T T I.

in suos relinquat dedito, exceptum ab imperio viatoris.

⁴⁸ Aut ejus, qui imperium] Ipsos invitatos.

⁴⁹ Jus in actiones] Potest qui summum imperium habet, publici boni causa, auferre singulis arbitrium agendi, vel non agendi, ut potest auferre bona.

⁵⁰ Feudi dominus non habet] Ut eum vasallum obsidem det invitatum.

⁵¹ Obsidem posse] Si non servet pactum qui obsidem dedit.

⁵² Si ab initio quo laxius] Ut minus arcta, vel moleste custodiretur, dextra data, & jure jurando promisit se nonabiturum.

^m Obsides diximus dari] Hoc libe, c. IV. §. 14. vide & caput XI. §. 18.

ⁿ Civitas tamen recipere, & retinere obsidem non poterat.] Vide Plutarchum in Publicola hac de re. (Pag. 107.) Ad illud Virgilii, (Æn. VIII. 651.)

Vincis innaret Clavia ruptis.
Vinculis federis, ait Servius.

G R O N O V I I.

⁴⁵ Non sub formula] Non est adscripta verbis conceptis.

⁴⁶ Taxare item] Quantum vult, imponere multam.

⁴⁷ Mixtum quoddam] In quo aliquid juris

(hh) Sic Phocænenses, dum sese dedunt ^Æ milio, paceti, ne quid hostile patarentur, narrante Livo, Lib. XXXVII. c. 32. num. 10. J. B.

G R O N O

^a Diff. e. 13. pere, & retinere obsidem non poterat. Sic ^a Porsenna: *si non dedatur ob-*
ses, pro rupto se fedus habiturum. Deinde: *Romani pignus pacis ex federe*
refituerunt.

^b Vide ^c Lib. III. c. 2. + LV. + Odiosa autem est obsidum obligatio, tum quia libertati ini-
mica, tum quia ex facto alieno venit. + Ideoque stricta interpretatio hic
locum habet, + quare ⁵³ in unam causam dati, in aliam retineri non
poterunt: quod ita intellige, + si aliud quid sine obsidum accessione pro-
missum sit. + At si in alia causa fides jam violata sit, + aut contractum
debitum, jam poterit obses retineri, non ut obses, + sed eo gentium
jure, quo subditi ex facto imperantium detineri ^b possunt, ⁵⁴ + ^{xar'}
ἀνδροληψίαν: quod ipsum tamen ne fiat, + caveri poterit, adjecto pacto de
redd. indis obsidibus, ubi id, cuius nomine dati erunt, impletum erit.

^c L. si
^d patre 115.
^e D. de capt. Bell. pag. 117.
^f Lib. XXXIV. c. 3. + LVI. Qui obses datus est, ⁵⁵ tantum ut alterum captivum, aut ob-
sidem redimat, + eo mortuo liberatur. + nam in illo, dum moritur, jus
pignoris extinctum est, ⁵⁶ + ut in captivo redempto dixit ^c Ulpianus.
Quare, + sicut in Ulpiani quæstione pretium non debetur, ⁵⁷ quod in per-
sonæ locum succedit, + ita nec hic persona manebit obligata, quæ perso-
næ vicaria facta est. Sic Demetrius a senatu Romano non inique postu-
labat dimitti, ὡς Ἀντιόχεια μὲν ἀντιδοθεῖται, Ἀντιόχεια δὲ ἀποθανόται, inquit ^d Appia-
nus. Justinus ^e ex Togo: *Demetrius, qui obses Roma erat, cognita mor-
te Antiochi fratri, senatum adiit, obsidemque se (malim legere obsidem in-
quiens se (ii), ut cohæreat oratio) vivo fratre venisse, + quo mortuo, cu-
jus obses fit, ignorare.*

^f Lib. II. ^g obses, pendet ab eo, quod ^f alibi tractavimus, + an fedus habendum sit
^c XVI. ⁵⁸ personale, an reale, + nam ⁵⁹ accessoria non possunt efficere, ut in
^{S. 16.} principalium interpretatione a regula recedatur. + ejus autem naturam &
ipfa sequi debent.

+ LVIII. Obiter hoc addendum est, obsides + interdum non acce-
sionem esse obligationis, sed revera partem principalem: ut cum quis ex
contractu ⁶⁰ + factum promittit non suum, & quia, eo non præstito, +
tenetur ad id, quod interest, + ejus vice obsides obligantur: + quam-
fuisse

G R O N O V I E .

⁵³ In unam causam dati] Elapso tempore, in quod, aut perfecta re, ob quam dati erant.

⁵⁴ Kqr' *ἀνδροληψίαν*] Per clarigationem, vel pignoris capionem.

⁵⁵ Tantum ut alterum] Dum alter captivus, vel obes invicit patriam, & redemptionis pre-
mium comparat.

⁵⁶ Ut in captivo redempto] Si quis patrem alicuius redemit, ut, in recepto pretio a filio, eum liberum dimittat, & is pater mortuus sit priusquam pretium a filio redderetur.

⁵⁷ Quod in persona locum] Quod cum ero-
gandum esset pro captivo, & cuius ipse capti-
vus ergandi, pignus fuisset: pro eo mortuo,

& sic jure pignoris soluto, habet, retinetque filius.

⁵⁸ Personale, an reale] Cum solo rege per-
cussum, an cum rege, & populo:

⁵⁹ Accessoria non possunt] Propter obsidem datum non statim fedus intelligitur esse rea-
le, si aliud ab initio actum esse appareat.

⁶⁰ Factum non suum] Quod alius debet
præstare.

(ii) Hanc conjecturam, tacito nomine Au-
toris, rejicit *Matthias Bernecerus*; tuerit au-
tem *J. Schefferus*, nisi que detrahatur de voce
Obsidem, ut habent nonnulli MSS. Quod ulti-
mum verius videtur. *J. B.*

suisse videri sententiam Caudinæ sponsonis, diximus ^a alibi. Non dura ^a Lib. II.
tantum, sed & iniqua est sententia existimantium ^b, ^c ^d obsides etiam sine ^e XV. §.
consensu suo alterum ex facto alterius posse obligari. ^f ^{16.}

^b LIX. Pignora quædam communia habent cum obsidibus, quædam ^b ^{Aib.} Gent. l.II,
propria. Commune, quod ^e & ex alio jam debito retinentur, ^e ^f nisi
obstet data fides: proprium, quod quæ de iis est pactio, ⁺ non tam stri-
cte sumitur, quam illa de obsidibus: neque enim ^g æquale est odium. ⁺
Res enim natæ sunt, ut teneantur, ⁺ non & homines.

LX. Illud alibi quoque diximus ^c, ^g + nullum tempus id efficere ^{c.} Lib. II.
posse, ne luitio sit pignoris, ⁺ si id præstetur, pro quo pignus supposi- ^{c.} IV. §.
tum est. ⁺ Nam qui actus causam ^h veterem, & notam habet, ⁺ non
reditur ⁱ ex nova procedere. Ideo ^j patientia debitoris ⁺ veteri contra-
ctui, ⁺ non derelictioni imputatur, ⁺ nisi certæ conjecturæ aliam interpre-
tationem exprimant: ⁺ ut si quis luere cum vellet, impeditus id silentio
transmisisset ⁺ tanto tempore, quod ad consensu conjecturam sufficere
possit.

G R O N O V I I.

⁶¹ *Obsides etiam sine consensu*] Si aliquis ob-
sidum peccet, aut aufugiat, pro ejus delicto
alterum, qui simul sit obses datus, teneri.

⁶² *Et ex alio debito*] Si jam solutum sit, cu-
jus causa pignus datum est, & interim debi-
tor aliud debitum ab eodem creditore contra-
xit, in bujus quoque debiti securitatem olim
datum pignus potest retinari.

⁶³ *Nisi obstet data fides*] Nisi expresse can-
tum est, non nisi in unam causam, quicquid
etiam interveniat, hunc obsidem esse debere.

⁶⁴ *Æquale est odium*] Favorabilior est cau-

sa pignoris, quam obsidum: ideo laxior ejus
interpretatio.

⁶⁵ *Nullum tempus*] Placuit enim, tempus
non esse modum finienda obligationis. ^{W-}
semb. ad tit. *Quibus modis pign. vel hyp. solvitfr.*

⁶⁶ *Veterem, & notam*] Ut pignus contractum.

⁶⁷ *Ex nova*] Habitio pro derelicto.

⁶⁸ *Patientia debitoris*] Quod debitor pignus
tamdiu penes tenentem esse pauci est, id
præsumitur fecisse, quia confidebat contractui,
per quem putabat id sibi repetrere, quando-
cumque vellet, licere, atque integrum esse:
non quod id pro derelicto haberet.

HENRICI DE COCCEII

COMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. XX.

PA X in genere sumitur pro quiete, &
concordia. *Vid. cap. I. §. lices &c.*
X. de judic. c. I. in fin. X. de Treuga &
pacæ in specie vero pro pacto, quo bellum
componitur. *L. I. §. I. L. §. I. ff. do-*
Tom. IV.

pacæ. Nomen igitur est a pacificando, &
supponitur lis quædam inter pacientes,
quæ pactio hac finitur.

Constat ex his, pacem vel a natura esse,
vel ex pacto. *Uta* bello prior est, quia is

X. §. statu

status naturæ est; bac posterior, quia bellum præcedit, quod pactione componitur.

De bac hic agitur, non de illa.

Cum vero Auctor in genere capite præcedenti demonstraverit, fidem hosti quoque servandam esse, hic jam porro ait, fidem, quæ hosti datur, vel dari ad finiendum bellum, de qua hoc capite agit; vel durante bello, ut in induciis, de qua cap. seq.

Additio.

• Compendium Systematis Grotiani circa fidem publice datam hosti, exposuimus in Diff. proem. XII.

A D §. I.

Fides aut expressa, aut tacita constant] • Omnis enim voluntas vel tacite, vel expressa, id est verbis, vel factis declaratur. Pof. J. G. IV.

Fides expressa] „, Immane & tacita fides est „, vel publica, vel privata: de qua tacita fide agetur infra c. 24.

Aut publica] „, De qua c. 20. 21. &c. 22.

Aut privata] „, De qua c. 23.

Publica, aut summarum potestatum] „, De qua hoc capite vigelimo agitur.

Aut inferiorum] „, Quæ non tenet rempunctionem, nisi jussi superioris detur; ad eoque haec quoque dependet a consensu superioris. Vid. cap. 22.

Quæ summarum potestatum est aut bello finem imponit] „, Quod sit per pacem, de qua h. c. 20.

Aut eo manente vim habet] „, Ut in pacto induciarum, commeatus, &c. Vid. c. 21.

In his, quæ bellum finiunt] „, Id est in pacto de pace.

Et accessiones] „, De quibus infra c. 52.

Quæ bellum finiunt sive actu suo, ut partiones] „, Adeoque ubi partes suo consenserunt, suaque voluntate, circa relationem ad aliud finem bello imponunt.

Sive ex consensu ad aliud relato] „, Ubi partes de pace consentiunt, relatione habita ad id, quod arbitri, &c. decisuri sunt.

Ut sortes] „, Vid. infr. §. 42.

Praeterea exitus] „, Vid. infr. §. 43. 44. 45.

Arbitri pronunciatio] „, Vid. infr. §. 46. 47. &c. 48.

Quorum illæ mere sunt fortuitæ] „, Scilicet sortes.

Alia duo casum temperant, &c.] „, Ad eoque ubi præter fortunam & prudentiam, & fortitudo operantur.

A D §. II.

Eorum est, quorum est bellum] „, Id est summæ potestatis. Transigitur enim de bello, de quo nemo disponere potest, nisi cuius est jus belli. Unde nec bellum dux, nec alii privati pacem inire possunt.

Rei enim sua quisque moderator] „, Quæ ratio desumpta est ex l. 21. c. Mand.

Ut in bello utrinque publico] „, Diximus alibi, non dari aliud bellum inter gentes, nisi utrinque publicum.

Eorum sit, qui summi imperii exercendi jus habent] „, Adeoque qui superiorem, & sic judicem non habent.

In statu vere regio] „, Quis status sit vere regius, explicavimus l. 1. c. 3. §. 7. seq.

Modo is rex jus habeat non impeditum] „, Id est modo non sit restricta ejus potestas pacto, aut jurejurando, ne pacem facere possit absque consensu precerum; &c. d. c. 3. §. 11. seq.

A D §. III.

Auctor dixit, regem in statu regio pacem facere posse. Excipit autem merito infantes, & furiosos. Etsi enim jus regni habeant, administratio tamen eis committi nequit; sed vel tutores, vel curatores eis dantur: si natura sunt inhabiles, nec jus eis competit.

Quæ judicii maturitatem non habet, &c.] „, Ut si sit infans, vel impubis: si enim puber est, maturum judicium, adeoque & administrandi facultatem habet; at si legibus regni fundamentalibus certa aetas definita est, interim curator constituitur. Conf. l. 2. c. 5. §. 5. L. 1. c. 3. §. 22. l. 2. c. 3. §. 6.

Quod in regnis aliquibus lege definitur] „, Exempla retulimus supra l. 1. c. 3. §. 15.

Aliibi

Alibi probabilitibus conjecturis] „ Ubi certum pubertatis tempus legē definitum non est, res dependet a circumstantiis, an capax sit administrationis.

Qui imminuta mentis est] „ Ut si sit fūris, vel mente captus.

Pacem facere non potest] „ Etsi enim jus imperii habeat, non tamen administrat, indeque nec pacem facit; qui est actus iudicii.

De rege captivo] Rex captivus, non iustum imperii retinet, sed & administrationem, quia casus ille, impedimentum illud temporarium, non aufert ipsis facultatem disponendi, non magis, quam alia absentia necessaria. Ergo retinet jus pacis facienda, certe saltem inter Christianos; prout igitur ille intra fines legitimam administrationis disponit, ita jus est. At si de rebus publicis disponit, si partes regni alienat, &c. absque consensu statuum id fieri nequit. Hinc pacem a Francisco initam statutus Galliae ratam habere noluerunt. *Vid. Froissard. l. 1. pag. 39.* *Et Auctor des discours merveilleux de la vie de Catherine de Medicis p. 125.* ubi alia affert exempla.

Neque obstat, regeas captivos esse in potestate hostium, adeoque facultatem disponendi de jure publico ipsis non competere. Resp. immo possunt etiam per alios, & per literas, disponere eodem modo, uti absentes alii.

Tres autem casus contingere possunt circa fidem a principe captivo ad componentum bellum datam. *Vel* enim promittit rem suam privatam; & tunc semper valet pax inita, ex pos. J. G. VI. quia prout quisque de jure suo disponit, ita jus est: *Vel* spondet, rempublicam, aut status, ratiabituros pacem; tunc non valet nisi respublica consenserit: *vel* promittit, se cessum parte imperii; hæc promissio non valet, nisi consentientibus illis, quorum interest; *vel* nisi facultas alienandi jure qualita sit. *Vid. L. 1. c. 3. §. 12.* *Et L. 2. c. 6. §. 3. 7. 8. 10. 11.*

Si modis regnum ex consensu populi orsum habet] „ Adeoque in regno patrimoniali regem captivum pacem facere posse, ait, quia presumtio illa, quæ in regnis, ex populi consensu delatis, locum habet, hic cessat, & captus de suo jure disponit. Nos alibi diximus, regna patrimonialia non dari.

Non enim credibile est] „ Sæpius dictum est, ex vagis ejusmodi presumtionibus nullum jus naturæ sequi. Ex tali presumptione inferri quoque posset, credibile non esse, populum voluisse imperium ab alio ex quavis causa absente exerceri.

Non quidem jus totum] „ Immo nec pro parte: Princeps enim omne jus imperii retinet.

Sed exercito, & quasi tutela erit penes populum] „ Immo administratio erit penes eos, quorum curæ eam captus commisit. Si nihil dispositum, eis administratio communit, qui spem proximam succedendi habent.

Aus eum, cui id populus commisit] *Diximus, & jus populi, & administrandi facultatem cessare quamdiu ex familia agnati supersunt.*

Qua privatim sua sunt, si quid pepigerit] „ Hosti enim fides qua hosti data servanda est.

Pacemne facere poterit] „ Rex injuria ejus, & ceteris retinet jus imperii, eti cives hominum tyranno praefiterint. At quia regnum ab usurpatore occupatum neque ipse, nec que per alios administrare potest, inde hactenus deficit in exule naturalis facultas rem tenendi. Effectus hujus rei insigne hic est, quod vicini sequantur praesentem possessionem; adeo ut cum Usurpatore quoque pacem statuere possint. *Vid. l. 1. c. 4. §. 15.* Secus, ac in rege captivo, qui facultatem naturalis retinet, & per alios administratur, adeoque & solus pacem facere potest.

Si confit, cum non obnoxium vivere] „ Immo eti obnoxius vivat, i. e. servitatem serviat; id enim, ex judicio suæ civitatis, injuria contingit hostis, quæ jus Principi in sua civitate qualitum auferre nequit.

Ceterisque l. „ Si obnoxius vivit.

Parum a captivo sors eius distabit] „ Si ad certum saltem tempus dimissus est, manet captus, & omnia iura captorum in eum obtinent.

Nam sunt & laxa custodie] „ Supponit enim, dimissum esse captum sub lege redendi: hic manet captus etiam cum apud suos moratur, ex pacto.

Quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se senatorem] „ Argumento hoc probatur vult, etiam regem, si ad tempus dimittitur, non delinere esse captum.

A D §. IV.

Jus pacisendi erit penes majorem partem] „In genere jus pacisendi est penes summam potestatem, in qua si plures concurrunt, jus demum oritur ex eo, quod major pars statuit, l. 2. c. 5. §. 17.

Ilic consiliis publici] » Sic. v. g. apud Venetos major pars procerum in statuenda pace obtinet.

Hic civium sententia] » Nam in statu populari imperium est penes populum; adeoque singuli ibi jus sententiae dicendi habent: qui vero plerumque per deputatos jus hoc exercere solent, ut in Belgio, apud Helvetios, &c.

Jus ex more babentium] » Aliquando enim per deputatos comparere solent, aliquando singuli cives solent ad communem concilium vocari.

Etiam eos, qui aliter senserunt] » Quia tenentur majorem partem sequi.

Quos autem obligat pax, iisdem & voluntibus prodest] » Si enim onera pacis initiae eis ut ut invitis incumbunt; commoda quoque pacis percipere debent. At recte addit Auctor, voluntibus; nam invitatis beneficium obtrudi nequit.

A D §. V.

QUESTION, de quibus rebus pax fieri possit? Resp de omnibus rebus, donec quedam probentur exceptae, modo intra fines administrationis legitimae rex disponat. Hinc aliquando pars territorii, nedum res sacrae, aut Ecclesiasticae, alienari possunt, si de utilitate Imperii id sit; quod judicium in dubio est penes Principem. Ita Hebreorum reges res sacras saepius dederunt hostibus. 2. Reg. 18. v. 15. Conf. Gudelin. de jur. pac. c. 5. §. 9. De rebus sacris, & sanctis id probavi late in Disp. de evocat. Sacr. Sect. 3. §. 21. seq. ubi §. 33. §. seq. demonstravi, ineptam esse Romani Pontificis protestationem contra pacem Monasteriensem, & Osnabrugensem.

Additio.

Excerpta ex hac disputatione huc per-

- tinentia vide supra l. 3. c. 5. §. 6.
- Add. Disp. B. Parentis de Postliminio,
- &c. Sect. fin. §. 8. §. 9.

Plerique] » Immo omnes: regna enim patrimonialia in sensu Auctoris non dari, certum est.

Non in patrimonio, sed tanquam in usufruendo] » De regno patrimoniali, & usufructu, & de hujus distinctionis natura vis, passim egimus.

Pacifendo alienare non valent] » Quia tueri civitatem debent, & ideo constituti sunt reges. Non autem tuerit qui alienat.

Lege publica tales actus in futurum irriti reddi possunt] » Immo non opus ad id est speciali lege; sed ipso jure irriti sunt actus, quibus pars imperii alienatur.

Ita ut nec ad id, quod interest, obligationem pariant] » Immo qui rem alienam alii vendit, &c. tenetur ad id, quod intereat, etiam jure naturali. Vid. supra l. 2. c. 10. §. 8.

Atque id populos voluisse, credibile est] » Ex ejusmodi conjecturis nullum jus oritur. Ratio naturae certa est: qui promittit id, quod praestare nequit, tenetur ad id, quod interest.

Ne aliqui, &c. subditorum bona, &c. caperentur] » Si princeps promissum, vel id, quod interest, non praestat, injuria agit, & subditi injuriam illam approbant, eamque armis, si creditor ad reparatio- nem agit, defendunt; naturali quoque jure bona subditorum capi possunt, quia reparationi juris nostri resistunt.

Ac sic de alienando imperio vana effeta cautio] » Sensus est, quod Rex per indicum alienare posset partem imperii, si id, quod interest, praestare teneretur; quia creditor, si jus id petendi haberet, capere res civitatis posset: singit igitur credibile esse populos ea lege detulisse imperium regi, ne tale promissum implere, nec id, quod interest praestare teneatur. Vix credibile est, Auctorem serio haec scripsisse. Dixi 1. naturale esse ut rex praestet tantundem. Dixi 2. si id praestare nolit, subditos quoque ex injuria principis teneri, si eam defendunt. Dixi 3. ex conjectura, qua quid populum voluisse credibile est, nullum jus oriri. Nedum 4. populum, si expressis quoque verbis tale promissum nullum declarat, jus creditori

• ditori quæsitum auferre posse.

² Populi totius consensu opus est] Nam de ejus jure agitur : quod facto tertii ei auferri nequit.

Per partium legatos, quos ordines vocant] Ut in comitiis imperii, ubi populus quoque per deputatos comparet.

Ut pars aliqua imperii valide alienetur, duplice opus est consensu] » Late de eo a-

ctum est supra l. 2. c. 6. §. 3. & 4.

Ut qua invita a corpore, cui coaluit, avel li nequeat] » Si pars alienatur, de duorum jure agitur : nimurum, de jure totius populi, cuius pars est ea, quæ alienatur, multitudo ; tum de jure illius partis, quæ ea lege in civitatem transiit, ut jura ejus communibus viribus contra injurias hostium defendantur.

Transcribet sine populi consensu in summa, atque alias inevitabili necessitate] » De quo plenius egimus d. c. 6. §. 5. & 6. Exemplum occurrit in ordine Teutonico, qui se se Imperio Romano exemit, & feudi jure a Polonis suas provincias recognovit.

Quia eam potestatem credibile est exceptam, cum societas civilis coita est] » Ex eo, quod credibile est, nulla decidendi ratio defumi potest. Vera naturæ ratio hæc est, quia ea lege in civitatem coivere familiæ, ut civitas eas contra vim hostillem defendat. Si vires deficiunt, res redit in pristinum statum, id est pars illa civitatis fit sui juris, d. c. 6. §. 5. & 6.

³ In regnis patrimonialibus quo minus rex regnum alienet, &c.] » Regna patrimonialia non dari, vidimus; adeoque frustra quæritur, an alienari a rege possint. Cæterum, hoc verum est, regna jure belli populo alicui quæsita, esse patrimonialia intuitu populi victoris, adeoque a populo alienari posse, etiam invitatis eis, qui bello in plenam populi victoris potestatem venerunt. Vid. l. I. c. 3. §. 12.

Si nempe regnum sub onere ejus non dividendi in proprietatem acceperit] » Si populus vixit tali conditione se dedit, regnum est quidem in patrimonio populi (non regis), sed sub conditione ne separari regnum possit ; proinde populus victor alienare illud pro parte sine consensu populi vixit nequit, totum potest.

Bona vero, qua regni dicuntur] » Ut re-

galia majora, &c. de quibus vide supra l. 2. c. 6. §. 10. & 11.

Possunt & hoc in patrimonium regis venire] » Immo non possunt nisi consensu populi ; & tunc populus alienat, non rex.

Aut separabiliter] » Absque regno.

Aut individue, cum ipso regno] » Dicimus, non dari regnum patrimoniale ; ad-eoque nec bona regni in patrimonio esse possunt, quia sunt pars regni : non ergo valet alienatio nisi ex consensu populi.

Sed non nisi cum regno] » Immo si regnum ipsum esset patrimoniale, illud pro lubitu alienare, & dividere posset.

Si illud] » Id est, separabiliter bona regni in patrimonium regis venissent.

Etiam seorsim] » Absque regno. At omnia hæc gratis dici, ex praecedentibus aparet.

Vix est ut ius regni bona alienandi concessum videatur] » Quod late probavimus supra l. 2. c. 6. §. 11. seq.

Nisi diserte id appareat ex primitiva lege Tunc valet alienatio ex consensu populi.

Aut more, cui contradicunt nunquam sit] » Id est, tacito populi consensu, d. c. 6. §. 11.

AD §. VI.

Quatenus populus, & successores ex promissis regis obligentur, explicavimus supra libro secundo capite decimo quarto & diximus, Regem semper pacifici ut Regem, adeoque ut caput reipublicæ : inde que semper obligari rempublicam quatenus ius rite constitutum, & quæsitum est ; nisi appareat esse personale. Dic. l. 2. c. 16. §. 16. & c. 15.

Alibi] » L. 2. c. 14. §. 10. & c. 16. §. 16. L. 2. c. 13. §. 17. & l. 3. c. 19. §. 5.

Quatenus obligandi potestas sub imperio comprehensa est : quod nec in infinitum protrahi, nec ad angustias nimias ardari debet] » Rectius, si alienatio fit intra fines administrationis. (Quod judicium in dubio est principis.)

Quod nec in infinitum protrahi] » Quia ius imperii delatum est ea intentione, &

X x 3 a lege,

» lege , ut princeps administret , non ut
» perdat.

Nec ad angustias nimias arctari debet]
» Quasi omnis de jure , & rebus imperii
» disponendi facultas , si de re sit imperii,
» Principi demi debeat.

Ut valeat quod probabili ratione nititur]
» Rectius , ut valeat quatenus disponitur
» intra fines administrationis.

Si quis rex finis subditorum dominus sit]
» Immo regnum patrimoniale non da-
» ri , alibi diximus

Civile] , Id est , ex delatione populi.
*Quam familiare] , Id est , patrimonia-
» le.*

*Ut qui bello viatos in servitatem redi-
» gunt] , Immo bello vieti non sunt in pa-
» trimonio regis : at verum est , eos in pa-
» trimonio populi esse constitutos. Vid. supr.
» l. i. c. 3. §. 17.*

*Aut si in personam quidem dominium non
» habeat , sed in res habeat] » Immo nec tunc
» regnum sit patrimoniale regi : quia domi-
» nium privatum quidem regis est , sed im-
» perium manet populi.*

Ut Pharaon in terra Aegypti ex enato]
Pharaonem jus privatum quidem haç emti-
» onc quæsiisse , alibi diximus , vid. supr.
» l. i. c. 3. §. 12. sed non jus imperii
» plenum , i. e. dominium absolutum in
» populum.

*Et alii , qui advenas in suum privatum
» receperunt] » Nam tunc quoque fieri , &
» constitui regnum patrimoniale , ait Auctor ,
» quando paternfamilias latifundia possidens
» extraneum alia lege in suas terras habitan-
» tem recipere non vult , l. i. c. 3. §. 8.
» n. 3 ; ubi probavimus , hoc exemplum
» hoc plane non quadrare.*

*Jus præter regium accedens] » Scilicet ,
» jus dominicum , quod non est pars impe-
» rii a populo concessi.*

*Efficit ut ex eo constat , quod alioqui per
» se , solo jure regio , consilere non posset]*
» Sensus est , quod alienatio a tali rege fa-
»cta , qui præter imperium etiam jus do-
» minii habet , valeat , non ex jure regio ,
» sed ex jure dominico . Quod late refuta-
» vimus q. l. i. c. 3. §. 8.

A. D. §. VII.

Quid in res singulorum pacis causa sta-

*tueri possint reges] Summa potestates 1.
recte pacis causa alienant ea , quæ publica
sunt ; adeoque & partem imperii , & sacra
quoque : 2. disponere possunt de his , quæ
bello capta sunt , ut nimirum restituantur
hostium subditis , quibus res illæ ablatae fu-
erunt. 3. Eadem ratio est in amissis bello ,
de quibus summa potestas itidem pace dis-
ponere potest , ne recipiantur ea , quæ ho-
stis subditis nostris prædæ jure eripuit. A-
libi enim diximus , principem jure imperii
quoque jura privata auferre subditis posse ,
si summa utilitas reipublicæ id exigit. Quod
in rebus occupatione bellica nobis quæsitis
eo magis obtainere debet , quia res hostiles
civibus nostris non acquiruntur nisi sub con-
ditione tacita , ut salvum sit principi jus
restituendi , si aliter forte pax fieri non po-
sit ; idque ex natura occupationis , quæ rem
nostram facit cum suo jure ; occupatio au-
tem bellica non dat jus perpetuum , quia
adhuc de ea disputatur , & sic iterum au-
ferri potest possessori. Idque verum est ,
licet capiens rem captam alienaverit. Vid.
disp. de amm. Sect. 6. §. 17.*

*An 4. res singulorum subditorum aliena-
ti pacis causa possunt ? Affirmatur. At quia
unus civium præ altero gravari non debet ,
cum omnes æqualiter defendere rempubli-
cam teneantur , id , in quo gravatus est ,
vel ex æario , vel publica contributione ei
restituendum est. Vid. Grot. §. 7. n. 2.
§. 8.*

*An 5. Princeps pacis causa remittere pot-
est damna subditis suis , vel ante bellum
motum , vel post illata ? Affirmatur , quia
etiam intra fines imperii justi jura privatis
quæsita auferri possunt , si publica necessi-
tas , aut utilitas id exigit.*

*Denique , & 6. queritur , an Princeps
damna durante bello subditis data resarcire
teneatur ? Negatur , 1. quia Princeps non
suo jure bellum gerit , sed jure civitatis ;
neque ultiro bellum illud gerit , sed jure
necessariae defensionis : adeoque cum ejus
non sit negotium , cum ipse vi officii sub-
ditos tueatur , nulla ejus culpa est , adeo-
que nulla ad restituendum obligatio . Sane ,
2. damnum ab hoste illatum merus casus
est ; hic casus nocet domino . Sed & 3.
damnum datum est culpa hostis , qui ex
judicio nostræ civitatis injuria agit ; adeo-
que contra eum solum actio efficit . Deni-
que , & 3. nemo tenetur , vel alii obliga-
tur , nisi qui ultra suum aliiquid habet , vel
agit.*

agit. At diximus, Principem non habere ultra suum; sed hostem, qui res subditorum oepit: & dictum quoque est, principem non agere ultra suum, quia vi officii bellum gerit, adeoque culpa ejus non est.

Excipe casum si princeps suo facto, et si occasione belli, dominum dat, ut si propugnaculi faciendi causa privati territorium occupat: id enim ex publico refarciri debet, quia in communem utilitatem hoc factum redundat; adeoque communiter faciendum quod communiter debetur.

Additio.

,, Hæc omnia late tractavit B. Patens in „disputatione de postliminio, Scđ. 6. §. 7. „, & nos in commentario ad l. 3. c. 9. §. „, c. 16. Merito autem excipitur casus, si „, hostis pace reparationem damni promi- „, fit.

Nec in res subditorum aliud jus habent, quam regium] „, Quod consistit in jure tu- „, endi res subditorum, non perdendi.

Aliibi] „, *Vide l. 1. c. 1. §. 6. c. 3. §. 6. „, l. 2. c. 14. §. 7.*

Sub eminenti dominio] „, Dominii vox „, male in impeciis adhibetur. *Vid. dict. l. „, l. c. 1. §. 6.*

Ita ut civitas] „, In statu scilicet popu- „, lari.

Aut qui civitatis vice fungitur] „, Id est „, rex, &c.

Iis rebus uti, easque etiam perdere pos- „, fit] „, Quia cives tenentur opibus, & ope- „, ris tueri rempublicam.

Quæ privatim quoque jus aliquod in aliena concedit] „, Paßim hæc principia refutavi- „, mus.

Cui privatim cedere illi ipse voluisse cen- „, sendi sunt, &c.] „, Ea enim lege homines „, in civitatem coēunt, ut singulorum jura „, tutu sint; communi igitur opera, & ope- „, defendere civitatem tenentur.

Civitatem teneri bis, quæ suum amittunt, „, sarcire damnum de publico] „, Civitas tene- „, tur refarcire quæ rex huic, vel illi im- „, perat ut de suo tribuat; alias enim præ- „, alio defendere rempublicam non tene- „, tut.

Et ipse, quæ damnum passus est, contri- „, buet] „, Quia ad defensionem reipublicæ ip- „, se quoque concurrere debet.

Si nunc forte ei præstationi par non sit] „, Tunc enim non jus deficit, sed juris ex- „, ecuatio.

Exseret se se quasi sopia obligatio] „, Juris „, enim nostri executio nullo tempore præ- „, scribitur. *Vid. l. 2. c. 4.*

AD §. VIIII.

Agnoscere civitatem non debere id damnum, quod jam bello datum est] „, Sen- „, tentia vera est, sed ratio fallit. Civitas „, non tenetur refarcire damnum, quod ci- „, vibus durante bello ab hostibus illatum „, est, quia naturaliter casum fert dominus; „, at hic merus casus est (cum jure bellum „, geri dicatur ex judicio nostræ civitatis); „, adeoque damnum non culpa, vel injuria „, nostra, sed hostis datum est; ex quo pro- „, inde non nos, sed hostes conveniendi, „, quia civitas nostra nihil ultra suum habet. „, *Vid. §. præc. quest. 6.*

Eo, quod ius belli talia permittat] „, Fal- „, sa hæc est ratio, quia ex judicio nostræ „, civitatis injuria hostis damnum dat; adeo- „, que dicendum, non jure, sed casu, & „, vi damnum datum esse: casum autem „, præstat dominus.

Nam ius illud belli populos alios spectat] „, Qui ex constituto gentium tenentur ho- „, stem capientem, si bellum solenne est, „, in possessione defendere. Quam fabulam „, examinavimus alibi. *Vid. Diff. proœm. „, IX. §. 3. seq.*

Ut alibi] „, Systema hoc Grotianum, „, quasi jure naturæ capere saltem liceat in „, bello justo, & non nisi ad quantitatem „, poenæ, vel debiti: & quasi jure gentium „, voluntario demum in bello solenni, id „, est publico, & indicto, utut injusto, pla- „, cuerit ut capiens dominium externum „, acquirat, paßim refutavimus. *Vid. differ- „, tationem proœmialem IV. & IX. §. 63. „, seq.*

Partim & hostes inter se] „, Singula iuta „, ex hypothesi Grotii recensuimus in *Diff. „, proœm. IX. §. 67.* Sed cum jus tale gen- „, tium, quod in ficto aliquo bello solenni „, obtineat, non detur, jus illud fictum nec „, valere poterit inter hostes inter se.

Non cives inter se] „, Adeoque civem „, contra civem jus belli allegare non pos- „, se, merito contra Vasquium afferit. At „, contra Grotium quoque merito afferimus, „, agnoscere civitatem non teneri damnum, „, quod bello datum est. Civitas enim ex- „, cipere

„cipere contra subditos, ad reparationem
„damni agentes, non potest, jure belli
„id damnum datum esse. At excipere pot-
„est, citra culpam civitatis, & hostis in-
„juria damnum hoc datum esse, indeque
„illam ad ejus reparationem non teneri.

*Qui cum socii sunt, aquum est ut com-
munita habeant damna]*, Immo communio
„haec damnorum obtinet saltem in societa-
„te bonorum, ubi etiam lucrum commune
„est. At cives neque lucrum invicem com-
municant, neque societatem bonorum in-
„ter se constituunt. Adeoque verius est,
„unumquemque civium damnum vi hostili
„illatum suo jure ferre, utpote casu da-
„tum.

Civili lege & hoc constitui poterit], Im-
„mo jure naturali id obtinet: & hoc se-
„cuti sunt Jureconsulti Romani in l. 52.
„S. 4. ff. pro soc. ubi damnum a socio re-
„petitur, non a civitate.

Ut sua quisque acrius defendat], Vana
„haec est ratio, cum experientia doceat,
„vi majori plerumque res ab hoste capi.
„Verius igitur est, ideo damnum tale a
„civitate restitui non debere, quia sine
„culpa ejus, adeoque casu datum est.

A D §. IX.

Sunt qui latum discriminem collocant], De quaestione, an Princeps jus subditis
„ex jure civili quæsumit auferre possit,
„egimus supra l. 2. c. 14. §. 8.

Qua civium sunt ex gentium iure] n. V.
„g. quæ ex titulo occupationis, etiam ho-
„stilis, jure traditionis, specificationis,
„&c. acquisitive.

Qua corundem sunt ex jure civili], V.
„g. ex præscriptione, ex testamento, &c.

*Etiam auferendi sine causa, & compen-
satione]*, Quia quod lege concessum est,
„contraria lege tolli posse videtur. Vid.
„supr. c. 19. §. 7.

Ex qualicunque causa], Sive res nostra
„sive ex jure gentium, sive ex jure civili.

*Suos semper effectus habet ex jure natura-
li, ut scilicet auferri nequeat]*, Regula
„enim naturæ est, ut quod nostrum est,
„sine facto nostro auferri nobis non po-
„sit.

*Nisi ex causis, que aut dominio insunt
sunt naturæ*, De modis finiendi juris in

„re egimus in Diff. proœm. XII. §. 322.

„seq.

*Aut ex dominorum facto ortum habent I
„De modis, quibus finitur obligatio per-
„sonæ, egimus d. l. 2. & Diff. proœm.
„XII. §. 348. seqq.*

A D §. X.

*Hæc inspectio, nisi ex publica utilitate
res privatorum concedantur]*, Quam regu-
lam Auctor posuit §. 7. n. 1.

Regem spectat, & subditos], Inter eos
„dilecti debet, an publica sit utilitas,
„an non: & diximus, in dubio judicium
„esse penes regem.

*Ut illa de damno sarcendo civitatem,
& singulos]*, Nam de horum jure agitur;
„tertii autem non intereat.

*Nam externis, qui cum rege contrabunt,
sufficit factum regis]*, Hostis enim, qui in-
juriam sibi tum a rege, tum a subditis fa-
ctum regis defendantibus illatam conten-
dit, utriusque res capere potest jure bel-
li, nedum bellum finiendi causa a rege
oblatis acceptare. An vero Rex offerre
possit, ea cum subditis quæstio est, hostis
suo jure utitur.

*Non tantum ob præsumptionem, quam se-
cum adserit dignitas persona]*, Immo hec
„præsumptio jus subditis quæsumit auferre
non possit.

*Verum etiam ob gentium ius, quod bona
subditorum obligari ex facto regis patitur]*
„Hoc non demum est ex jure Gentium
„voluntario, sed ex ipso jure naturæ. Vid.
„lib. 3. c. 2. per tot.

A D §. XI.

*Auctor agit de interpretatione pacis
„dubia usque ad §. 41. Nimis, 1^o.
„circa damnum ab hoste datum, usque
„ad §. 22: 2^o. quando pax rupta videa-
tur, usque ad §. 41.*

*Quo quidque plerumque habet favoris, eo laxius
accipiendus]*, Regulam hanc interpretatio-
„nis esse mere civilem, diximus d. c. 16.
„§. 10. seq. Jure naturæ nil valet inter par-
tes disponentes, nisi quatenus constat de
„utriusque voluntate; neque extensio ibi
eb

, ob cause favorem fieri potest : sed si
,, partes non convenient, cessat dispositio.

Quo longius abit, eo restrictius] „ In
,, causis scilicet odiosis : quod jure naturae
,, verum non esse, dixi d. l.

Jus naturae merum] „ Quod Auctor di-
,, stinxit a jure gentium voluntario in bel-
,, lo solenni introducto. *Vid. supr. c. I.*
,, §. I.

*Maximus favor in eo esse videtur, ut
suum quisque consequatur*] „ Hoc non est
„ ob favorem, sed ex ratione naturae,
,, quæ suum cuique tribuere jubet.

*Es proinde videtur ambiguae posteriorum
interpretatio eo ducenda*] „ Immo si id,
,, quod ponitur, ambiguum est, si alter
,, negat, alter affirmat, nulla est dispositio,
,, & res ad pristinum redit statum, i. e.
,, ad bellum.

*Ut qui justa arma habuit, id consequatur,
ob qua arma sumuntur*] „ At uterque ait,
,, sibi justa esse arma, alteri injusta ; & ju-
,, dex hujus causæ inter partes non est.
In ejus igitur favorem, quæso, inter-
pretatio fieri deberet, & quis interpreta-
bitur.

*Non item ut pœna nomine quicquam hu-
eretur : id enim odiosus*] „ Hæc pro lubitu
„ fine ulla ratione ita finguntur : dixi I.
„ frustra hæc jura tribui ei, qui justam
„ causam habet : nam uterque eam sibi af-
„ ferit. Sed & 2. ex dictis in *Diss. proœm.*
„ IX. §. 68. & l. 3. c. I. & supra
„ l. 3. c. I. §. 4. constat, etiam ex mero
„ jure naturæ in infinitum, & ultra quan-
„ titatem debiti, vel modum pœnæ, capi
„ res hostiles posse, adeoque hunc effectum
„ non demum jure gentium voluntario in-
„ troductum esse.

*Quia ad pacem veniri viae solet injuria
confectione*] „ Ipse ergo Auctor perspicit,
„ effectu carere ea, quæ de justa causa af-
„ feruit, quia uterque suam causam justam
„ esse contendit; adeoque inania sunt quæ
„ de interpretatione vel ex favore, vel ex
„ odio fingit. Judex enim inter bellum ge-
„ rentes non est.

*Ea sumenda est in pacis interpretatio,
qua partes quoad belli iustitiam quam maxi-
me aquent*] At hæc quoque interpretationis
„ regula absque effectu est. Nam uterque
„ litigantium afferit, alterum injuria bellum
„ gesisse : adeoque negant, belli iustitiam
„ utrinque æquam esse; nec illam interpre-

Tom. IV.

, tationem admittunt, neque judicem hac
,, in causa habent.

Quod fieri solet] „ Scilicet, ut partes
,, quoad iustitiam belli æquentur.

*Ut quarum rerum turbata bello posseſſio
est, ex formula juris antiqui componatur*] „ Senſus formulæ est, ut omnia restituam-
,, tur in pristinum statum.

A D §. XII.

*P O S T E R I U S in dubio magis est ut pre-
sumatur*] „ Quando in pace nihil di-
,, ctim est de damnis utrinque datis, &
,, sumibus factis, Auctor ait, in ambiguo
„ esse, an omnia restituenda, an vero in
„ eodem statu, quo nunc sunt, sint relin-
,, quenda. Posterior autem præsumi, sta-
,, tut, tum quia mutatio status præsentis
„ non præsumitur, tum quia ad damni re-
,, stitutionem nemo tenetur, nisi vel ex
„ consensu, vel ex culpa sua : Hic autem
„ pacientem nec ex consensu teneri, quia
„ non intervenit, nec ex culpa sua, quia
„ jure se bellum gesisse, ait.

Hinc est] „ Scilicet, quod facta pace præ-
,, sumatur pactum, ut res maneant quo sunt
„ loco, adeoque ut servet quisque quod
„ bello cepit.

*Ut in pace illis denum captivos postli-
„ minium sit, de quibus id in pacis erat com-
„ prebensum*] „ Non ergo illis, de quibus in
„ pace nihil dictum est : de his enim præ-
„ sumi, putat, pacientes convenisse ut
„ res maneant in quo sunt loco, id est ut
„ maneant captiæ. Evidem res vera est ;
„ at ratio non consistit in præsumto pacto,
„ sed in lege Romanorum, quæ odio ca-
„ ptivorum noluit beneficium postliminii ip-
„ sis indulgere : ab antiquo enim minus
„ indulgens in captivos fuit civitas. *Livius*
„ l. 22. c. 59. Add. *supra* l. 3. c.
„ 9. §. 1. Sane, aliis captiis, qui armis
„ victi non sunt, omnino postliminium et-
„ iam in pace datur. et si eorum facta non
„ sit mentio, uti ei, qui subito exorto bel-
„ lo captiur, & fato in servitutem redi-
„ gitur, l. 12. pr. Capt. item qui ab eis
„ capitur, cum quibus amicitia nobis non
„ est, l. 5. §. 2 Eod.

Recte emendare Fabrum] „ Qui pro nibil
„ in dicta lege 12. legit. id.

X y

E

Et certis argumentis evicimus], Nam & subiecta ratio, & oppositum membrum, eam emendationem aperte evincunt. *Vid.* l. 3. c. 9. §. 4. n. 1.

Sic & transfuga non reddentur nisi convenierit], Auctor ex eadem presumtione (quod partes, si in pace nihil dictum est, convenisse videantur, ut maneant res in quo sunt statu) infert, eos, qui ab hostibus ad nos transfugiant, reddi non debere: atque de hoc casu Celsus loqui, putat in l. 51. ff. A. R. D. dum ait, *transfugam jure belli recipi*.

„ Evidem eos, qui ab hoste ad nos transfugint, reddi hosti non debere, ipsa naturae ratio dictat, tum quia cuiusbet licet domicilium mutare, tum quia is, qui ab hoste ad nos transfugit, nostras jam partes sequitur, & desinit esse hostis: adeoque nulla ratio dari potest cur reddi hosti debeat; neque de eo in iure Romano quæstio est.

„ Evidem aliquando in ditione urbium, immo in pace quoque de reddendis transfugis agitur; sed id fieri demum solet, quando capitulatio, vel pax aliter obtineri nequit. Sane, cum proprii cives tali casu dedi hosti jure possint, nedum transfugæ.

„ Hinc iam constat, male Auctorem hoc referre dictum Celsi, quod transfuga, id est qui ab hoste ad nos transfugit, *jure belli recipiatur*, adeoque reddi non debat hosti, nisi id in pace dictum sit. Celsus enim plane non loquitur de transfuga, qui hostem deserit, & ad castra nostra perfugit, (etsi Cujacius quoque lib. 4. obs. 9. id statut) sed de eo, qui ex nostris ad castra hostis transfugit, atque a nobis recipitur: de eo enim queritur, an servus fiat, adeoque an jure belli cum recipiamus. Hoc affirmit Celsus. Sane, transfuga hostis est, l. 7. ff. re milit. & tanquam hostis interfici potest ubi inventitur, l. 3. §. f. Sicar. Adeo ut si recipiatur, torqueatur, & ad bestias damnetur, l. 3. §. 10. Re milit. l. 7. Eod. vel vivus exuratur, l. 8. §. 2. Pan. & si ultra reddit, in insulam deportetur, l. 5. §. 4. re milit. l. 13. §. f. Sicar.

„ Sed & Celsum de transfuga, qui a nobis ad hostes transfugit, loqui, vel ex ipsa materia, de qua ibi agitur, appetit, refertur enim effatum Celsi in titulo de

„ acquirendo rerum dominio; & ea occassione ait, transfugam jure belli, id est tanquam hostem recipi, & pro capto haberi, indeque æque capientium fieri, ac res hostiles, quæ apud nos inveniuntur. d. l. 51.

Transfugas jure belli recipimus], Ex dictis apparet, Jurisconsultum de eo, qui a nobis transfugit, & recipitur, loqui, & de re hostili, quæ apud nos est: & de illo ait, eum jure belli recipi, id est ut hostem; hanc jure occupationis fieri occupantis.

Per ius belli licet nobis admittere, & nostris adscribere eum, qui partes mutat] Adeoque eum, qui ex hoste ad nos transfugit. At probavimus, Celsum de tali transfuga non loqui, sed de eo, qui a nobis profugit, & recipitur; hic non nisi jure belli recipitur, id est tanquam hostis,

Res cetera tali pacto manent penes tenentes] Si scilicet in pace nihil de rebus captiis dictum est; tunc enim ratio naturalis obtinet, quod res ab hoste captae cedant occupanti, l. 5. §. f. A. R. D.

Illud autem tenere] Dixit enim, res ceteras (extra transfugas) tali pacto manent penes tenentes.

Non civiliter] Id est, si solo animo tenetur.

Sed naturaliter] Ita ut res sit in potestate nostra corporali.

In bellis enim sufficit facti possessione] Auctor supr. c. 6. §. 2. n. 4. acquisitionem per capturam rei hostilis naturalem acquisitionem vocari, dixit, quia non causam aliquam, sed ipsum nudum factum spectari, & ex eo ius nasci, putat. Quod refutavimus ibidem. Sane, capture rei hostilis inter modos acquirendi juris gentium refertur, quod cum bimaro genere originem cepit. L. 1. pr. junct. l. 5. §. f. ff. A. R. D.

Nec alia attenditur] Auctor enim supponit, jure naturæ non licere capere res hostis, nisi ex justa belli causa, & intratra modum debiti, & pœnæ; neque dominium acquiriri nisi ad compensationem debiti, vid. D. proem. IX. §. 62, adeoque jure gentium demum introductum esse, ut ex injusta quoque causa promiscue, & in infinitum capere rem hostilem liceat; atque ideo dominium hoc exteriorum vocari: ubi sufficere, putat, facti possi-

,, *Possessionem.* Nos rationem, cur naturali
 „ jure de justitia causa constare non pos-
 „ sit inter duas gentes, quarum utraque
 „ suam causam justam afferit, & quæ ju-
 „ dicem non habent, alibi exposuimus. Di-
 „ ximus, questionem hanc de justitia cau-
 „ sa in suspeso esse, eamque non nisi per
 „ ultimam victoriam decidi, adeoque ex
 „ hoc deum tempore constare, quis ju-
 „ stum bellum gesserit, quis injustum. Du-
 „ rante igitur bello capture rei hostilis pro
 „ justa habetur intra fines cujusque civita-
 „ tis: adeoque *jus* hoc simile est aliis ju-
 „ ribus, quæ ex incertitudine morali ori-
 „ untur, v. gr. quod pater præsumatur qui
 „ ex justis nuptiis liberos suscipit; quod
 „ probasse videatur qui plures testes pro
 „ se habet, &c. Quo pertinent omnes ca-
 „ sus, ubi non jus, sed probatio deficit.
 „ In his enim causis itidem Deo judicium
 „ relinquendum est.

*Agros autem, diximus, ita teneri si mu-
 „ tationibus quibusdam clausi sunt]*, Tunc
 „ enim agri sunt in nostra potestate, & cu-
 „ stodia.

*Nam temporariam infessionem hic non
 „ spectari]*, Quia res non est in nostra po-
 „ testate, & custodia, quamdiu recipi pot-
 „ est, d. c. 6. §. 4.

Grarus ut res erat], Adeoque sciebat,
 „ per occupationem temporariam se domi-
 „ nium nondum acquisivisse.

*Pacis consecro negotio retenturum se qua
 „ teneret]*, Quia scilicet superior erat armis;
 „ adeoque quasyis conditiones præscribere
 „ Græcis potuit.

*In corporalia non tenentur nisi per res, qui-
 „ bus adhærent]*, Vid. supra l. 3. c. 7. §. 4.
 „ c. 8. §. 4. n. 2. c. 9. §. 6. n. 1.

Ut servitutes prediorum], Adeoque qui
 „ tenet rem, eam tenet cum sua qualitate
 „ Vid. l. 1. c. 1. §. 4.

Aet per personas, quarum sunt], Vid.
 „ l. 3. c. 7. §. 4. Ita enim capta persona,
 „ etiam occupatae censentur obligationes.
 „ Conf. *Jus meum controv. tit. de jurisdic-*
 „ *q. 25.*

*Dum ne in solo quend bofsum fuit, exer-
 „ cenda finit]*, Possumus, civem nostrum ab
 „ hoste capi, postea pace facta convenisse
 „ ut omnia in statu, quo nunc sunt, ma-
 „ neant. Auctor recte ait, hoc casu obli-
 „ gationes quoque, quæ persona cohærent,
 „ capientis manere, dummodo in hostis ter-
 „ ritorio capto debeatur. Secus si in nostra

,, civitate ei debeatur, quia hostis hæc de-
 „ bita non tenet.

,, Quid si capto debeatur in pacati ter-
 „ ritorio? Resp. hæc quoque debita cedunt
 „ capienti: quia medii statum præsentem
 „ pro jure habent, i. e. sequuntur posses-
 „ sionem. Vid. supr. c. 7. §. 3. n. 2. Aliud
 „ ex eadem ratione dicendum si creditor
 „ postliminio reversus, & debitum no-
 „ dum exactum est.

A D §. XIII.

I N altero illo], Vid. §. 11. n. 2. & §.
 „ 12. n. 1.

Quo restituatur possessio bello turbata], I.
 „ e. quo res restituuntur in statum, quo fuit
 „ ante bellum.

Ultimam, que ante bellum fuit] Ita pace
 Osnabrugensi in Palatinatu restitui omnia
 debebant in statum, quo fuere anno 1618.
 in reliquis Germaniæ provinciis, quo fuere
 anno 24. die prima Januarii. Inter Tridentinum
 Principem, & Venetos, pace cautum
 fuit, ut possessiones restituerentur. Ille cœ-
 pto bello occupaverat castrum, quod secu-
 tis, finitisque induciis Veneti recuperave-
 rant. Quæritur, ad quem reverti castrum
 illud pace præfata facta debeat. *Alciatus*
 pro Principe respondit, *Gentilius* pro Vene-
 tis, *de jure bell.* L. 2. c. 2; cujus sen-
 tentia vera est, quia Veneti castrum illud
 tenuerunt ante bellum.

*Ita tamen ut privatis dejectis interdicto
 &c. experiri licet]*, Si forte paulo ante
 „ bellum vis illata est, nec jure vindicari
 „ potuit propter bellum superveniens: tunc
 „ finito bello, si legibus pacis cautum est
 „ ut turbata possessio restituatur, etiam hæc
 „ possessio privata restituenda est, sed offi-
 „ cio judicis, institutaque actione. Nam is
 „ status fuit ante bellum.

Interdicto], Quando sola possessio pe-
 „ titur.

Vindicatione], Quando ipsa proprietas,
 „ reique dominium petitur.

A D §. XIV.

Quæritur, an etiam dediti resti-
 tuantur, si in pacis tabulis dictum sit, o-
 mania in pristinum statum esse restituenda?
 Negatur, i. quia omnis restitutio intelligi-
 tur

tur tantum de iis, quæ vi hostili facta, & turbata sunt, non quæ ultro dedita a populo libero (si enim a non libero, & inferiore deditio facta est, ea non præjudicat publico, sed id hostis vi tenet; & tum dici non potest, quod populus jus suum ultro dederit). 2. Lex igitur restitutionis ad ea pertinet, ad quæ amnestia, i. e. ad ea, quæ nostro judicio injuria ablata sunt: at qui ultro se dedunt, omnium judicio jure agunt, adeoque ad eos nec amnestia, nec restitutio pertinet. Accedit 3. quod transigatur pace saltem de eo, quod controversum est: at dediti non ex belli causa dubia, sed ultronea deditio in possidentis sunt potestate.

Sui juris populus] „ Si enim populus est „ alterius juri subjectus, dedere alii imperiorum in se se non potest, utpote quod ejus non est: nisi populus, in cuius potestate est, defendere eum aut non possit, aut nolit.

Alteri subjecerit] „ I. e. citra vim ejus imperio se submiserit.

Ad eum restitutio non porrigitur] „ Quia non injuria belli capti sunt, sed ultronea voluntate in alterius potestatem transierunt.

Ut que ad ea tantum pertineat, que vi, metu facta sunt] „ Adeoque injuria, ex iudicio scilicet nostræ civitatis: at si quis populus liber durante hoc bello ultro se dedit, id nec ex suæ civitatis iudicio iniustum est.

Parique iure] „ *Tbucyd. l. 4. p. m.*
„ 173. *Eo p. 192. pr.*

nobis ablatas recipimus. 2. Damna rerum ab auctoribus vindicamus, si illi intra nostros fines sint. 3. Jura quoque, & nomina ab hoste extorta in pace vindicare possumus, &c. de quibus late egimus in disputatione de postliminio, &c. *Vid. Disp. de Postlim. Etc. Sect. 2. Eo 3.*

Hinc vel clausula amnestia adjici solet, vi cuius omnia manere debent in statu quo nunc sunt, *d. disp. Sect. 4*: vel lex restitutionis additur paci; & tunc vi pacti omnia in pristinum statum restitui debent.

Additio.

Verior mihi videtur sententia Auctoris, damnorum bello datorum nomine nullam esse actionem si nihil in pace dictum sit: solo postliminii jure excepto; nam hæc conditio naturali jure inest rebus captis. *Grot. l. 2. c. 16. §. 1.*

Quod de damnis etiam privatim acceptis ; *Etc.*] „ Si privatorum prædia incensa, iis que bona erepta sunt.

Nam eo hac belli effecta sunt] „ Adeoque damna casu data videntur, qui nocet dominis.

In dubio enim ita censentur contrabere voluisse] „ Ex conjectura tali voluntatis, altero in primis negante, nullum jus oriri potest.

Ut neuter iniustitia damnaretur] „ Vera ratio est, quod bello per pacem compo- sito omnis coactio sublata sit, & solus casus excipiat, si personæ, & res nostra civitatis postliminio revertuntur.

A D S. XVI.

Quæritur, an etiam ea, quæ pri- vatis deberi cœperunt bello tempore, pa- ce inita remissa censeantur? Auctor id negat: & recte. Nam diximus, debitum hoc non vi, ac metu bellico, adeoque non injuria contractum esse.

Nam bac non belli iure queſita] „ Sed ex pacto.

Sed bello tantum exigi vetita] „ Si actionem intentaret creditor, hostis debitum illud sibi addicere posset prædictæ jure.

Sublatu impedimento] „ Id est bello per pacem finito.

Vim suam retinent] „ Id est cum effectu peti possunt, quia prædictæ loco antea non cesserunt, & pace facta cedere nequeunt.

Quasi-

A D S. XV.

Si nihil aliud convenerit] „ Scil. ut quæ bello data sunt damna, eorum nomine actio non sit] Pace facta si de damnis, & injuriis nihil dictum sit, hæc nec restitui in pristinum statum, nec in quo sunt manere necesse est, sed lis durat, quia etiam facta pace damna illa injuria nobis data assertimus. Adeoque etsi vi damna illa repetere non possimus, tamen i. jure postliminii res

Omni pace id actionem censeri debet, ut que bello data sunt damna, eorum nomine actio non sit] Pace facta si de damnis, & injuriis nihil dictum sit, hæc nec restitui in pristinum statum, nec in quo sunt manere necesse est, sed lis durat, quia etiam facta pace damna illa injuria nobis data assertimus. Adeoque etsi vi damna illa repetere non possimus, tamen i. jure postliminii res

Quanquam nemini facile ademtum censem debet] » Quia jus illud non ex causa bellici, adeoque ex judicio quoque civitatis hostilis, jure quæsum fuit.

Intelligendum id tamen de eo jure, quod ex rerum inaequalitate nascitur] » Et unde jus oritur minus habenti. Vid. l. 2. c. 12. §. 8. Hoc igitur jus nemini facile ademtum videri, ait. At alibi probavimus, nemini ex inaequalitate jus nasci, sed unum quemque de jure suo pro lubitu, etiam inaequaliter, disponere posse, & jus esse prout disponit.

AD §. XVII.

De jure ad paenas non aequo] Quæritur, an si crimen ab hoste sive ante bellum, sive durante bello, commissum in nos sit, illud finito bello vindicare possimus? Quod merito affirmamus si vera injuria est, & omnium consensu pro injuria habetur; ut si contra jus gentium, quo hostis hosti obligatur, aliquid commissum sit. Quod exemplis late demonstravimus in *Disp. de positum*. See. 3. 1. 2. 8. & 9.

Additio.

„Quæritur, an poenæ quoque, quæ cœperunt deberi belli tempore, condonatae censeantur si nihil de poenis, earumque remissione in pace dictum sit? Grotius distinguit, an jus ad paenas inter reges, aut populos ipsos versetur, an inter reges: & illo, non hoc casu poenas remissas videri, ait. Ego neutro casu condonatas esse paenas, puto: nam eadem ratio hic obtinet, quæ in debito civili. Vid. §. 16. Modo bellum non ex iuria, propter quam poena exigitur, natum sit.

Remissum ideo censi debet, ne pax non stat pax sit, &c.] » I. e. ne bello per pacem finito occasio detur novo bello. At tunc causa belli non in eo erit, qui ad paenam agit, sed qui reparationem negat: adeoque nulla ratio dari potest, cur, ut evitetur hæc iuria, alteri jus quæsum auferri debeat.

Quare & ignorata bic venient sub verbis generalibus] » Contradictio est, remissum videtur, de quo cogitatum non est.

In pace non decet ante peccata executa] » Non loquitur de jure ad paenas, quæ de-

beri cœperunt belli tempore, sed de pecatis durante bello commissis: hæc omnino remissa censemur bello per pacem composito.

AD §. XVIII.

D e privatorum iure ad paenam] » Nam quatenus jus ad paenam inter ipsos reges, aut populos versatur, id remissum censem debere, dixit §. præced.

Non tanta est ratio] » Inter reges enim, & populos interesse, dixit, ne veteres ad bellum cauæ relinquantur.

Quia sine bello iudiciis expediri potest] » Adeoque ibi metus belli non est.

Non ita nostrum sit, ut quod ex inaequalitate nascitur] » Et quod proinde non facile ademtum censem, dixit supra §. 16.

Et poena semper aliquid odii habeant] Ubique interpretationem restrictive fieri debere, putat. Vid. §. 11. n. 1.

Levis verborum conjectura sufficit] » Sapiens dictum est, ex conjecturis nullum jus deduci posse. Cæterum, nos in præcedenti §. probavimus, injurias ante bellum commissas, etiam pace facta vindicari posse: nisi illæ ipsæ injuriæ causam bello derivint.

AD §. XIX.

A demum facile censi non debere] » Quia populus, aut rex, iura subditorum tueri tenetur, d. §. 16.

In privatorum iure ferme tenendum est] » Id est, in iuriis a privatis invicem datis ante bellum inchoatum.

In jure autem regum, & populorum, facilius, &c.] » Immo eadem ratio est: nam per pacem saltem transigitur de damnis bello datis, non de his, quæ ante bellum data sunt; adeoque actio eo nomine salva est.

Si modo verba] » Levis verborum conjectura. Vid. §. præced.

Aut conjectura non improbabiles] » Dicimus, ex conjecturis jus non oriri, sed ex sola voluntate partium sufficienter declarata: qualis non est si pace nihil de remissione juris ante bellum quæsiti dicatum est.

Si jus, de quo agitur, non liquidum erat] Immo tunc plane jus agendi non competit.

Benignum enim est credere] Quid non ex ejusmodi conjecturis inferri posset? Vera ratio est, quod jus dubium sit: quo casu jus belli non obtinet.

Quam id curandum ne bello iterum injiciemur] Hoc verum: at alia quæstio est, an, ut id evitetur, alteri jus quæsum auferri debeat; quod merito negamus. Diximus, causam novi belli non eum esse, qui poenam ante bellum debitatam exigit, sed eum, qui reparationem negat. Vid. supra ad §. 17. not. secundam.

A D §. XX.

Quia post perfectas pactiones] Etiam si forte publicata nondum sit pax.

Sublatum enim iam erat jus belli] Ut potest quod pace facta desit. Exemplum ex Appiano allegavimus supra §. 17. infra.

A D §. XXI.

Auctor hactenus egit de interpretatione pacis, in qua nihil dictum est de debitis sive ante bellum, sive in bello contractis. Hic exponit regulas interpretationis in casu, ubi tabulis pacis cautum est de reddendis his, que bello capta sunt. Si enim dubium aliquod ibi oritur circa restitucionem, 1. ait, laxiorem obtainere interpretationem in restitutionibus mutuis, quam in restitutione unilaterali: 2. maiorem in restitutione personarum, quam serum: 3. in restitutione rerum majorem favorem esse immobilium, quam mobilium: 4. in mobilibus publicarum magis, quam privatarum: 5. in privatis earum magis, quam lucrativo titulo possidentur, quam quæ onerosæ.

At omnia hec gratis dicuntur. Quoties nihil dictum est pace de rebus captis, injuria manet, & id saltem cautum est, ne vi repetantur. Quo ipso non impeditur, quo minus res, jura, & personæ postlimii jure recipi possint.

Quae sunt de reddendis] Adeoque qui-

bus restituitur possessio bello turbata. Vid. §. 11. n. 2. & §. 13.

Latius interpretanda que mutua sunt] Adeoque ubi reciproce omnia in pristinum statum restitui debent.

Quam quæ claudicant] Id est, ubi ab una saltim parte restitutio fieri debet. Diximus, utrobique idem jus obtinetur.

Quæ de hominibus agunt, plus favoris habent] Jure naturæ non queritur de favore, sed de voluntate declarata.

Et inter eas haec, quæ de agris plus, &c.] Immo eadem utrobique est ratio, & reddendi debent tantum quatenus inter partes dispositum appetat. Si de utriusque consensu certo non constat, nihil actum est.

Quam quæ de rebus mobiliis] De his restituendis vix ulla pace caveri solet; quia res exitum habere nequit. Probari enim deberet, 1. rem ablatam esse; 2. quis eam teneat, &c. & 3. si res perit, valor probandus esset, &c. Hinc legitimus, certam restitutionis summam sibi pace stipulatam, nunquam vero restitucionem rerum mobilium injunctam esse.

Quæ penes publicum sunt plus, quam quæ penes privatos] Ita ut ea saltum restituenda sint, quæ respublica cepit, non quæ privati. At si in genere omnia bello capitula restitui caustum est, etiam ea restituenda debent, quæ privati ceperunt.

Plus illæ, quæ reddi jubent lucrativo titulo possessa] Ut ex donato, legato, &c.

Quam oneroso] Immo nullum favorem habent pacta, quæ reddi jubent lucrativo titulo possessa. Nam si id pacto expressum est, reddi debent, non quia causa est favorabilis, sed quia partes ita disponunt; quæsita autem titulo oneroso non reddi debent, quia saltum ea, quæ titulo lucrativo possessa sunt, sub lege restitutio- nis continentur.

Quæ emtionibus, quæ dotibus tenentur] Si quis hostium civi domum suam vendiderit, vel filiam elocaverit, &c.

A D §. XXII.

Cui pace res conceditur, ei & fructus conceduntur] Fructus sequuntur causam rei, ac sunt ejus accessio.

A tempore concessione] Ex eo enim tempore demum jus recuperat in rem, adeoque & in ejus accessiones.

Nos

Ad Hug. Grotii Lib. III. Cap.

Nos retro] Excipe si vel pactione con-
tinetur ut omnia damna restituantur, vel
pactioне nihil de damnis dictum sit; tunc
etiam fructus retro restitui debent, quia
ratione damnorum, quo etiam pertinent
fructus erepti, his manet.

*Simil etiam tributa, qua pro exactis au-
xis debebantur*] Adeoque quae Augusto
jam quæsita erant jure rei. *Vid. Appian.
bell. civ. l. 5.*

Additio.

Plenius hanc rem explicavit B. Parens
in *disp. de postlim.* *Secl. 6. §. 11. &c. 12.*

A D §. XXII L

*NOMINA regionum accipienda ex usu
presentis temporis*] De ejus enim temporis
voluntate queratur; adeoque verba su-
menda sunt juxta significationem tempore
dispositionis usitatam. Unde deciditur
prætensio Regis Gallæ in regnum Austra-
sia; de qua vide *Jus publ. nostrum c.
5. §. 19. seq.* Ita Capitanatum ducatum,
divisa ex pacto cum Hispanis Neapoli,
antiqua appellatione pertinuerunt Galli. *Vid.
Hennig. in not. b.* Sed bello pulsi totum
regnum amisere; quod bellum describunt
Paulus Jovius, Cominæus, &c.

Non tam vulgi, quam peritorum] De
hac interpretandi regula late egimus *supra*
l. 2. c. 16. §. 3.

A D §. XXI V.

HABENT & illa regula, &c.] Sci-
licet, regulae interpretationum.

*Quoties relatio fit ad pacium antecedens,
aut vetus*] In novioribus pacis tractatibus,
pacta præcedentia fundamenti loco pon-
solen.

*Toties repetitas censeri qualitates, aut con-
ditiones priore pacto expressas*] Hoc est,
quod ajunt, relatum esse in suo referen-
te cum omnibus suis qualitatibus. *Vid.
Barbos. loc. comm. voce relatio art. 17.*
At hoc non ex aliqua sequitur interpreta-
tione, sed ex dispositione expressa parti-
cum, quæ id, quod in relato continetur,
valere voluerunt.

Si per alterum, quicunq; controversia est,

XX. §. XXIII — XXVI. 399

stetit] Quia petete non potest implemen-
tum qui ipse impedit quo minus imple-
mator. *Laud. Comp. p. 52.*

Quid si testius impedit? Resp. tunc
non habetur pro facto, sed temetur is,
qui non fecit, ad omne id, quod integr-
eit. At hic agere contra tunc potest,
per quem stetit, ad danni unde dati re-
parationem.

A D §. XXV.

*MORAE purgationem intra breve tempus
admitti, verum non est*] Quia culpa com-
missa, adeoque semel jus natum est:
nisi justa moræ causa sit; tunc enim cul-
pa cessat, adeoque & effectus moræ, l.
22. l. 23. ff. *Ujur.*

*Cum eorum officium sit, Christianos ad
ea permovere*] I. e. ad ea, quæ virtutis,
& perfectionis sunt.

*Nec quid a quoque religio, aut pietas exp-
oscat*] Hoc enim ad Theologiam, &
Ethicam pertinet.

Sed ad quid cogi possit] Scilicet ar-
mis.

*Quod totum versatur in eo iure, quod
externum diximus*] I. e. quod impunita-
tem inter homines concedit, conscientiam
autem tutam non reddit: quod alibi ex-
minavimus.

A D §. XXVI.

*UT contra eum fiat interpretatio, qui
conditiones elocutus est*] Immo hoc poenale
est, adeoque non a natura: utpote juxta
quam injuria agit is, qui ex pactioне ob-
scura jus petit.

Quod esse solet potentioris] Omnis quæ
sitio eo recidit, an dispositio certa sit: si
enim obscura est, & partes inter se non
conveniunt nihil exinde peti potest, sive
potentior, sive inferior formulam dictave-
rit, aut conceperit.

Ait Hannibal] Apud *Liv. l. 30. c. 30.*
at non loquitur de conditionibus obscu-
ris.

Habet enim quod fibi imputet] Haec
ratio mere poenalis est, adeoque juris ci-
vilis. *Vid. l. 39. ff. de paci. l. 21. 32.*

» 33. ff. Cont. Ent. Conf. supra l. 2. c.
» 16. §. f.

Id suo jure accipere potuit in partem sibi utiliorem] » Immo jure naturæ eadem ratione dici posset, sibi imputare debere, quod cum elocutio plures sensus recipiat, verum sensum ab altero percontatus non fuerit.

Unde alienum non est] » Immo hoc effatum plane huc non pertinet.

Eius, quod debetur, mensura est] » I. e. talis amicitia non aestimatur ex animo, & intentione, sed ex utilitate, quæ in accidentem redundat.

A d §. XXVII.

In quæstione, quando pax rupta censetur? Auctor recte distinguit, an pax rupta, an vero nova belli causa data sit. Illo casu enim lis prior reviviscit, quia pax, per quam sopia erat, impleta non est: hoc casu manet prior pax, & ex nova injuria agitur. Ita inter Lusitanos, & Hispanos, bellum fuit de regno Lusitanæ, quo soppito lis nova de navigatione orta est, in qua non amplius quæstio erat de regno Lusitanæ; nam cum rege Lusitanæ qua tali agebatur, adeoque prior pax salva manebat.

Ita inter Perseum, & Romanos, inter quos foedus erat, ne Perseus socios Populi Romani bello inquietaret, quæstum est, an contra hoc foedus egerit Perseus eo, quod Abrypolim toto regno expulisset: & merito id negatur, quia Perseus se vi defendebat contra invadentem.

Effectus insignis hic est, quod priori casu reparatio prioris injuriaz exigatur, omnisque damni dati priori bello: posteriori casu autem satisfactio saltem aestimatur ex quantitate damni ex nova causa dati.

Quæ. An pace ab uno rupta alter quoque rumpere possit? Negatur; sed læsum bello alterum adigere debet ut impletat. Adeoque hic bellum gerit non animo violandi priorem pacem, sed ut reparetur injuria ipsi violatione pacis illata.

Additio.

» Grotius prolixè admodum tractat quæstionem, quando pax rupta censetur?
» Rumpi enim pacem triplici modo, ait:
» 1. si pacifcens aliquid facit contra id,
» quod omni paci inest: 2. si quid fit con-

tra id, quod in pace dictum est: aut 3.
» contra id, quod ex pacis cujusque natu-
» ra inest, l. 3. c. 20. §. 27.

» Ad Primum modum refert, 1o. si abs-
» que nova belli causa vis infertur vel ab
» ipso pacifcente; vel a Sociis, si ita pace
» inter partes conventum est, ut ex facto
» Sociorum quoque teneantur; vel a subdi-
» tis, si vel iussu publico vim inferunt,
» vel civitas approbat, d. c. 20. §. 28. non
» si subditii injussu publico aliis militant,
» d. c. 20. §. 29. 2o. Si absque nova belli
» causa vis infertur non tantum toti eorū
» pori, sed & singulis subditis, nec civitas
» reparare injuriam velit, modo lædentes
» non sint prædones, in quos judicium cel-
» fat, quin & sociis pace comprehensis,
» d. c. 20. §. 30; nam si non comprehen-
» si sunt, assistere eis licere, ait, sed ru-
» ptam pacem non cferi, d. c. 20. §. 33.

» Ad secundum modum refert non tan-
» tum si pacifcens, faciendo id, quod pa-
» ce promissum est, violat, sed & si omit-
» tendo, d. c. 20. §. 34. etiamsi minimum
» pacis caput violetur, d. c. 20. §. 35. ad-
» eo ut nec moræ purgatio intra breve
» tempus admittatur, d. c. 20. §. 35. Ubi
» Grotius monet, ne faciles simus ad re-
» siliendum ex levi causa a pace, d. c. 20.
» §. 35. Et §. 36.

» Cæterum, Auctor ait 1. non ruptam
» videri pacem si poena adjecta est in ca-
» sum violationis, & illa solvatur, d. c.
» 20. §. 36: nec 2. si res perierit, vel
» præstatio sit impossibilis; at tunc teneri
» pacifcentem ad id, quod interest, d. c.
» 20. §. 37. Denique, & 3. ait, læsum
» servare pacem posse etiæ clausula adjecta
» sit ut rupta pax sit si violetur, d. c. 20.
» §. 38.

» Ad Tertium modum refert si aliquid
» sit, quod specialis pacis natura repudiat,
» d. c. 20. §. 39. uti si pacifcens quid con-
» tra amicitiaz officia facit, si nimirum pax
» sub lege amicitiaz inita est, d. c. 20. §.
» 40. Quo refert omnes injurias non ar-
» matas, & quæ contumeliaz nomine ve-
» niunt, d. c. 20. §. 40. n. 1: uti 1.
» minas atroces, 2. extreunctiones arcium
» in finibus, quæ non tuendi, sed nocen-
» di causa fiunt, 3. insolitam copiarum
» conscriptionem, modo justa indicia sint,
» contra pacifcentem parari, d. c. 20. §.
» 40. n. 3.

» Addit, non temere interpretandam esse
» hanc

„ hanc calumniam , d. c. 20. §. 40. n. 1 : „ atque hinc pro violatione amicizie non „ habenda esse 1^o. si personæ conjunctæ , „ aut subditæ ipsi , quicum pax inita est . „ injuria infertur ; uti si stuprum , vel adul- „ terium cum ea committitur , d. c. 20. §. „ 40. n. 2 : 2^o. si quis subdites alterius „ recipiat , d. c. 20. §. 41. n. 1 : nec 3^o „ si perfugium exsulibus dat , d. c. 20. §. „ 41. n. 1 ; in quos tamen si poenæ rei sunt „ judicium dandum esse , ait d. c. 20. §. 41. „ n. 2. Excipit autem casum , ubi pars ci- „ vitatis , vel is , qui sacramenta adstrictrus „ est , vel servus recipitur , hoc enim abs- „ que injuria fieri non posse , ait d. c. 20. „ §. 41. n. 2.

„ Evidem *dubius* prioribus modis pacem „ rumpi , certum est : at quod ad *tertium* „ modum attinet , is dubio non caret . Sa- „ ne , officia amicizie nihil aliud sunt „ quam officia charitatis , ex qua alteri jus „ non oriri , adeoque nec præstandi necel- „ sitatem sequi , ipse docuit . *Vid. Diff. pro- em. II. §. 9. & 10.* Sed & negamus , „ actus illos , quos *Auctor* ad officia ami- „ citiae refert , eo pertinere ; minas enim „ atroces evomere , arces extruere nocendi „ causa , exercitum conferbere contra vi- „ cinum , &c. violationem juris inferunt , „ & totidem sunt injuriae , ad quarum repa- „ rationem agere possamus . Denique ne- „ gamus , per has injurias pacem priorem „ rumpi ; nam novæ haec sunt injuriae , quæ „ novam bello causam dant : nisi assereres „ velimus , pacem priorem omni nova in- „ juria , novaque belli causa rumpi . Quod „ ipse Grotius tamen negat §. 27. & 28. „ Ceterum , alibi probavimus , pace ab uno „ rupta . alteri quoque jus esse inde rece- „ dendì . *Conf. supra c. 19. §. 14.*

Quando pax erupta censeatur] , *Vid. Bur- gers. Obs. 86. cent. I.*

Παραπονημα] , A παραπονημα , foedus „ , frango , ex παρα contra , & οντως fe- „ derao.

Non enim idem est , novam bellum causam grabere] • Tunc enim salva manet prior „ pax , neque prijina injuria resuscitatur , „ neque ejus reparatio petitur .

Et pacem rumpere] , Tunc enim prior „ causa reviviscit , & ex ea reparatio pe- „ titur .

Tum ad committendam panam a peccan- te] , Quia gravior est injuria , quæ cum „ Tom. IV.

perfidim , i. e. violatione pacis , conjun- „ ca est .

Tum ad liberandam in cæteris fidem] „ Nam si alter rumpit pacem in quibus- „ dam articulis , nec ego fidem in cæteris „ adimplere teneor . Vide supra l. 3. c. 19. „ §. 14.

Aut faciendo contra id , quod omni paci inest] „ , *Vid. §. 28.* *uixque ad §. 34.*

Aut contra id , quod in pace dictum est] „ , *Vid. §. 34.* *uixque ad §. 39.*

Aut contra id , quod ex pacis cujuque nastra] „ , *Vid. §. 39. 40.* & 41.

A D . §. XXVIII.

Quod omni paci inest] , Etsi forte id „ verbis expressum non sit .

Si vis bellica inferatur , nimis , ubi „ nulla nova subest causa] „ , Vix est ut pace „ facta quis vim alteri inferat , non allega- „ ta nova causa .

Satis est , injustitiam sine perfidia admis- san credi] „ , Si quis novam infert inju- „ riam , nihil agit contra capita pace deci- „ sa , adeoque perfidiam non committit ; „ pax salva manet ratione prioris causæ : „ sed nova injuria est , novaque injuriæ „ causa .

Hoc posito] „ , Immo ex hoo posito . non- „ dum sequitur decisio quæstionis , quando- „ pax erupta censeatur ; sed semper curate „ dignoscendum est , an contra pacis arti- „ culos aliquid fiat , an ex nova causa vis „ inferatur .

A quibus] „ , V. g. an etiam a fociis illa- „ ta vis rumpat pacem . *Vid. §. seq.*

Ex quibus] „ V. g. an erupta pax censea- „ tur si vis non toti civitati , sed quibus- „ dam subditis infertur , vel sociis , &c. „ *Vid. §. 32. seq.*

A D . §. XXIX.

Quare , an pactiones rampan- „ tur si socius meus , vel subdit mei , ali- „ quid articulis pacis contrarium agunt ? Neg- „ gatur : non enim tenetur socius ex facto , „ & injuria socii . Sane , imputari ei nulla ra- „ tionē potest quod focius belli prioris facit : „ neque potest id comprehendēti in foedere , „ quia quisque tantum disponit de suo iure , „ & facto , non de alieno , quod in ejus po- „ testato :

testate non est. Unde absurdum esset, id eo, quod Galli pacem Osnabrugensem toties fregerunt, Suecis, qui tunc belli socii erant, bellum inferre. Sed & contrahens non tenetur ex injuria *subditorum*, quia cum subditis non est contractum: neque ex eorum facto respublica obligatur quamdiu factum illud non approbat.

Bretislaus Bohemiae rex, cum Poloni invasissent fines suos, bellum meditabatur, quia consensu Regis Casimiri, vel dissimulatione saltem factum fuisse, suspicio erat. At siores consilium dabant, interrogandum prius esse Casimirum, num publico consilio subditi id fecerint, quo negato Rex prædones furca suspendit. *Dubrov. Hist. Bobem. l. 7. Exc. 1º.* si socii ejus, qui olim hostis erat, periculum receperunt, & fidem pro sociis interposuerunt: 2º. si subditi sociorum publico consilio hosti nostro militant; tunc enim hostes sunt, quia causam, & partes ejus defendant. Hinc cum Tusculani faterentur, publico consilio se militasse Volscis contra Romanos, Camillus inde concludebat, Tusculanos a societate descivisse. *Liv. l. 6. c. 25.* & Hernicis captos in Volscorum bello repetentibus, ut suis legibus in eos animadverterent, negatum id fuit, *Liv. l. 6. c. 17. in fin.* quia publica ope Volscos adjuverant, *d. l. 6. c. 13. in fin.* Conf. *Autb. §. 31. 3º.* Si pacifcens subditos contra pacis articulos agentes vel non impediverit, cum potuerit, vel punire eos noluerit; tunc enim ipsius contrahentis injuria est.

Qui socii fuerunt] • Eorum, scilicet, quibus cum pacem fecimus.

Si quid tale faciant] • Quo pax rumpitur, que cum socio eorum contracta fuit.

Nec nego ita conveniri posse] • Ut scilicet pax erupta censeatur, etiam si socii pacifcentis aliquid contrarium paci statuerint.

Non proprie ut ex alieno facto] • Adeo que tenetur pacifcens non ex delicto, sed ex pacto; eodem modo uti fidejusfor, qui pro delinquentे cautionem interposuit: aliter enim pacem non iniicit, qui addidit talementem, & securitatem non tantum contra pacifcentem, sed & contra ejus socios sibi parare voluit; atque id utrinque placitum est.

Partim potestativa] • Quatenus ab ipius promittentis arbitrio pendet.

Partim casuali] • Quatenus pendet ab arbitrio tertii, socii, &c.

Hoc modo facta pax, &c. credi non debet] • Id dependet a voluntate, & dispositione partium, de qua plene constare debet.

Est enim enorme, & communis pacem facientium voto non convenit] • Si de voluntate constat, semper tenetur promittens: si id dubium sit, nihil actum est, quia deficit voluntas.

Qui vim intulerunt] • Contra pacis leges.

Aliis non adjuvantibus] • I. e. non assistentibus iis, qui in precedenti bello socii fuere: haec enim societas desit pacem inita.

Et in eos bellanti jus erit, non in alios] • Illi enim soli injuriam faciunt.

A D S. XXX.

S U B D I T I per vim armatam faciunt sine iussu publico] • Dictum est, principem ex facto subditorum privato, quo prior pax violatur, non teneri: at si requisitus prædones non puniri, tenetur omnino ex erupta pace, quia factum subditorum probat. *Conf. l. 2. c. 15. §. 16. n. 4. & infr. c. 21. §. 13.*

Publice probatum dici potest] • Ita ut ipse populus, vel princeps pacem rupisse videatur.

Scientiam, puniendi potentiam, & negleclum] • Requiritur igitur, 1. ut Populus sciat subditum vim inferre; 2. ut possit eam inhibere; & 3. cum inhibere nequit, ut cum vel dedere, vel punire detrectet.

Potentia presumitur] • Quia legitimi imperii pars est, cogere subditos delinquentes.

Nisi defectio appareat] • Nisi manifesta seditione subditi se Principi opponant.

Et talis neglectus] • Punendi reos.

Si subditi sui contra Romanos armati procedant] • Agrippa dehortabatur Judæos, ne bellum cum Romanis inchoarent; ob oculos eis ponit relistendi impotentiam, nec auxilium sperandum esse ab Adiabenis:

• mis : Parthorum enim regem id non per-
• missorum , sed potius arbitraturum , fe-
• dus , quod cum Romanis initum erat ,
• esse temeratum , si quis de his , qui sub-
• jecti sunt ejus imperio , adversum Roma-
• nos in bellum procederet. Addit Auctor ,
• hoc intelligendum esse si Rex potuit im-
• pedire , & debuit.

causa ; nisi contra pacis articulos lèdantur :
tunc pristinum bellum redintegratur.

Sine nova causa] Id est , ex tali cau-
• sa , quæ per pacem sopia est. Nam si
• nova est injuria , non rumpitur pax.

Ut omnes subditi tuti sint , pax initur]
• Hoc verum est ; sed faltem ut tuni sint
• contra injurias illo bello sopia : si vero
• nova infertur injuria , ex causa , de qua
• priori bello quæsitum non fuit , pax prior
• non rumpitur.

Civitatis pro toto , & pro partibus] Id
• est , non tantum pro toto corpore , sed
• & pro singulis civibus.

*Immo eis nova causa subdit , per pacem
licebit se , suaque defendere]* Id est , pax
• prior non obstat , quo minus novas inju-
• rias repellere armis quoque possimus.

Naturale enim hoc] Jure necessariae de-
• fensionis.

*Ideo abdicatum inter pares , non facile
est ut credatur]* Facultas se defendendi
• contra novam injuriam non sequitur ex
• illa conjectura ; sed quis priori pace de
• injuriis futuris non est transactum.

*Ulcisci autem , aut ablata recuperare per
eim non licebit , nisi postquam judicium erit
negatum]* Tunc enim termini necessariae
• defensionis adsunt. Conf. Lib. 2. c. 21.
• §. 3. 4. 5. 6. 7. &c. 25. §. 1. 2. 3. Sane ,
• judicio negato injuria est ipsius civitatis ,
• quæ vel punire subditos , vel eos dedere
• non vult.

Hac enim res moram fert] Nondum
• enim constat , an civitas approbet inju-
• riam ; adeoque tempus requiritur ad ex-
• plorandam civitatis mentem.

Illa non fert] Scilicet , defensio contra
• repentinam vim , aut agressionem. Gron.
• b. Frustra enim is , cui actu vis infertur ,
• provocaret ad judicium.

*Id credendi sint omnino facere rectoribus
suis improbantibus]* Rectores enim non
• deliquerunt , sed subditi ; adeoque ex
• propria culpa conveniri nequeunt.

Et in eos iudicium postulari non possit]
• Si forte sese ejus potestati subtraxerunt.
• Vid. §. 30.

Qui piraticam exercent] Adeoque nec
• vera gens sunt , nec alterius imperio pa-
• rent.

Recuperare licebit tanquam a deditis]
• Immo tota ratio deditiois hic cessat : sed
• jure necessariae defensionis ubique contra

A D §. XXXL

No n per se arma moveant] Incursus
• faciendo in foederatorum terras.

Sed alii bellum gerentibus militent] Si-
• ve mercede conducti , sive gratis.

Rhodiensem] Qui utut citra decretum ,
• popularibus suis permisere ut Macedonie
• regem contra Romanos adjutarent.

*Ei verius est ut id quoque permittendum
non sit]* Immo subditis operam suam aliis
• locare , licitum est.

Action aliud] Id est , permisum esse
• genti , cum qua pax initur , ut aliis mi-
• litent.

Ex omni preda predam sumere] Quia
• utrique bellantium parti militabant , ab
• utraque præda partem sumebant.

Voluntarii] Aliud igitur obtinet si pu-
• blico decreto aliis militent ; tunc enim
• augentur hostium vires facto ejus , qui
• pacem nobiscum iniit : adeoque is hostis
• fit , & reparationi juris nostri resiftit.
• Exempla vidimus supra §. 29. Evidem
• Helvetos hodieque promiscue legiones
• suas aliis locare solere , constat ; quin
• utrique bellantium auxilia ejusmodi mit-
• tere solent : quod speciali dissertatione de-
• fendit Bochatus. Vid. Bibliotb. Germ.

A D §. XXXII.

R u s u m] Hactenus vidimus , quando
pax erupta videatur si socii . vel subditi no-
• strí vim inferunt aliis. Jam queritur , quan-
do erupta censeatur , si subditis , vel sociis
nostris ab aliis vis infertur.

Si toti corpori] Uti si toti civitati vis
infertur.

Sed & si subditis] Si subditi nostri ab
eis , cum quibus pax nobis est , lèduntur ,
• & satisfactio negatur , bellum est ex nova

• eos ad reparationem injurie agere, ac
• poenas ab eis sumere possumus.

Alios innocentes eo nomine armis impete-
• *re]* • Injuria omnino esset, si Princeps
• ob subditorum latrocinia, quae impedit
• nequit, bello petretur: nulla enim ejus
• est culpa.

A D S. XXXIII.

SED *bis denunc*, qui in pace comprehendi sunt] • Etsi ipsis ignorantibus pace
• comprehendantur; quis uti sociorum cau-
• fam defendere possumus armis, ita &
• pactis. Atqui alius pacisci non possumus.
• Resp. verum hoc est ad eum effectum,
• ne tertio inde actio detur: at paciscens
• jus habet agendi ex pacto, ne alias la-
• datur. Si igitur tertius ille contra pactum
• lreditur, ei assistere, & lalentem ad im-
• plendum promissum adigere possumus;
• hactenus enim jus nostrum est ex pacto.
Saguntinam controversiam] • Ubi que-
• tum fuit, an futuri socii etiam foedare
• comprehendantur.

Idem tamen statuendum erit] • Nimicum;
• rumpi pacem si via Socii inferatur.

Potquam satis certas, eos socios pacem
• *ratam habuisse*] • Immo id opus non est,
• si socius ille saltem fuit instrumentum al-
• terius, ad quem causa pertinet; hac enim
• decisa omnis lis etiam intuitu instrumen-
• ti cessat.

Hostium loco sunt] • Diximus, id verum
• non esse de sociis, qui alterius cause sal-
• tem accedunt, horum enim rathabitio
• necessaria non est, sed causa principali
• composita hostes esse desinunt. At si so-
• cii belli non sunt instrumentum cause
• principalis, sed propriam injuriam vindicant,
• verum est, pacem cum altero so-
• ciorum factam non pertinere ad alterum
• socium, nisi cum hoc quoque pax inita
• sit. Hic igitur hostis manet.

Aliorum sociorum] • Qui pace com-
• prehensi non sunt.

Ut cognatorum, & affinium] • Qui
• causam familie jure defendere posseunt.

Qui nec subditi sunt] • Si enim subditi
• sunt, pace omnino, uti omnes alii sub-
• diti, comprehenduntur.

Separata causa est] • Id est, non com-
• prehenduntur pace; quod modo refutavi-
• mus. *Vid. ad rubr. n. 1. penult.*

Nec ad pacem respectam vis in eos trahi
• *poteſt*] • Contrarium modo demonstrati-
• mus.

Suscipi non posſe] • Immo potest, & de-
• bet; pax enim rumpitur intuitu causae
• principalis, si ejus instrumentum lreditur
• propter veterem causam.

Sed id bellum erit ex nova cauſa] • Im-
• mo vetus causa redintegratur, rupta scil.
• pace, qua socius comprehenditur ipſe
• iure.

A D S. XXXIV.

FACIENDO contra id, quod in pace
• dicatum est] • Nam de eo fidem dedit, quam
• violat si pactis non stet.

Comprehenditur & non facere] • Si sci-
• licet aliquid omittit, quod ex dispositio-
• ne pacis facere debuit.

Et cum] • Id est, si non facit eo tem-
• pore, quo debuit facere.

A D S. XXXV.

QUARRITUR, an uno pacis articulo
• rupto pax tota rumpatur? Resp. di-
• stinguendum esse inter articulos diversos
• & connexos. Si pacis capita inter se pla-
• ne sunt *diversa*, separataque & licet, &
• causam contingant, uno violato alterum
• non violatur, quia contrarium est, unum
• esse violatum, & tamen utrumque; & quia
• separata utriusque est obligatio, cuiusque
• propria quoque violatio est: & tot sunt
• paces, quot pacta, tot pacta, quot res,
• eti in iisdem tabulis. Eodem modo uti is,
• qui in eodem instrumento 100. promittit,
• & domum vendit, si domum tradit, &
• non 100., violat quidem stipulationem, at
• non contractum venditionis. Hinc eti Rex
• Gallie pacem Osnabrugensem in articulo
• cessit Gallis Alsatia violaverit, tamen pax
• illa in ceteris capitibus duravit.

At si capita pacis inter se sunt *concreta*,
uno rupto reliqua quoque rumpita censeretur.
De quo plenius egimus *I. 3. c. 39. §. 14.*
• *& supra §. 27. Conf. I. 2. c. 15. §. 15.*

Additio.

• Si quis articulum pacis violat, verius
• est, ab alterius arbitrio dependere, ax
• ipse quoque a pace recedere, & priorem
• causam resuscitare velit (tunc enim mu-
• tuus

• tuo consensu a pace receditur, & res ad
• pristinam redit causam); *et* vero servare
• pacem, & violentem armis ad implendum
• cogere velit: tunc enim pax saltem quoad
• illum articolum rupta censetur. *Vid. Disp.*
• *fert. proem. IX. §. 125. Et Diff. XII.*
• *Conf. dict. loc.*

Negre admittam bic discriminem] • Recte
• ait Auctor, opinionem quorundam, quasi
• ob gravem transgressionem pax rumpatur,
• non ob leviorem, rejiciendam esse: quia
• pax rumpitur quoties fides ea data viola-
• tur, et si in re minima.

Satis enim magna] • Veram rationem
• jam exposui.

Bonitas tamen maxime Christiana] • Hoc
• ad virtutem pertinet, non ad jus natu-
• rae.

Quem patinet peccasse] • Add. *Liv. I.*
• 28. c. 29. In genere de remissione poenae
• ex capite peccitentie actum est supra.

Aut ut arbitri prior aedacatur] • His
• enim casibus salva manet pax ex pacto:
• at id res arbitrii est. De arbitris in ge-
• nere egimus *supra*.

AD §. XXXVI.

*Sed quod negotii natura hoc, quod di-
• xi, potius requiras*] • Auctor putat, poena
• paci adjecta sufficere si poena solvatur;
• neque tunc pacem rumpi. At verius est,
• hoc pacto electionem concessam videri ei,
• cui injuria facta est, ut possit vel ad im-
• plendum agere, vel ad poenam: alter igi-
• tur non liberabitur offerendo poenam.
• *Vid. Disp. B. Par. de electione rei co-
• venienti.*

Neque enim tenebatur nisi sub conditione] • Scilicet, si alter prior prestiterit. Vera
• ratio est, quod mutuo consensu tunc re-
• cessisse videantur, d. c. 19. §. 14.

AD §. XXXVII.

PUTA si res perierit] • Quae scilicet
• ex pacis dispositione dari debet.

Aut ablata sit] • A furibus, praedoni-
• bus, &c.

*Aut suatum redditum sic aliquo eventu
impossibile*] • Ut si promisit auxilia, qui-

„bus ipse indiget. *L. 2. c. 14. §. 27. n. 2.*
• *Pax quadem rupta non censetur*] • Nam
• quod non impleatur, non ejus est factum,
• sed casus, quem nemo praestat. Si autem
„culpa ejus accedit, inde tenetur.

Optabit] • Id est eliget.

An exspectare malis si qua spes est] Quod
„locum habet si impedimentum est tem-
• porarium.

„Sensus hujus §. est, quod is, per quem
„non stat quo minus pactum impleatur,
„non rumpat pacem: quod verum omni-
„no est.

AD §. XXXVIII.

*ETIAM post lassam fidem integrum est
innocenti pacem servare*] • Ille enim jus
„suum ex pace non perdidit illo facto:
„nec alter obligationem sua perfidia tol-
„lere potest.

Scipio] • Atque ideo Indorum rex lauda-
„tur a Jarcha. *Vide supra l. 2. c. 19. §.*
„19. n. 4.

*Quia contra obligationem faciendo nemo
se obligationi eximit*] • Nemo violando pa-
„cem, cum ius alii ex eodem pacto quæslitura
„auferre potest.

*Adiectum id censeri debet in commodum
innocentis*] • Ita ut hujus sit optio, an re-
„cedere, an vero ad implementum agere
„velit: quod omnino verum est; quia
„alias obligatio in arbitrium partium con-
„ferretur, quod cum natura obligationis
„pugnat.

AD §. XXXIX.

QUOD specialis pacis natura repudiat] •
„Uti si aliquid contrarium amicitiae, quæ
„omni paci ineft, fiat; de quo jam ple-
„nus.

AD §. XL.

*SIC que contra amicitiam sunt, rum-
punt pacem, que sub amicitia lege contra-
cta est*] • Valde disputatur, quid Juriscon-
„sulti Romani per *Fodius amicitia* intelle-
„gerint. Grotius per tale *fodius* intelligit
„Z. 3 pacem

„pactum, quo bello pace composite partes pacientes sibi mutua amicitia officia in vicem promittunt, b. §. 40. Adeoque quo illi, qui hostes fuere, conveniunt ut tui essent publico homine qui ab his ad illos venissent, ut tunc captivitate sublata cessaret & postliminium. Grot. l. 3. c. 9. §. 18. n. 3. Eoque refert sententiam Proculi in l. 7. pr. captio.

„Huic autem fæderi amicitia opponit Fædus sine amicitia. Quando nimurum fœdus belli duntaxat publici componendi, aut cavendi causa initur, non facta mente amicitiae. Tale enim fœdus nec captivitatibus in posterum, nec postliminio obstat, putat. Atque hoc refert effatum Pomponii, l. 5. §. 2. ff. Eod. Add. Grot. d. c. 9. §. 18. n. 3.

„Atque hinc ita argumentatur: cum enim dixit Fædus amicitia causa, ostendit, & alia posse esse fædera, quibus amicitia ius non insit.

„At in commentario ad d. c. 9. §. 18. notavimus, 1. nunquam tales gentes extitisse, quæ pace facta prædandi licentiam admiserit. Sane, 2. omne pactum, quo bellum componitur, amicitiam comprehendit; & disceptatio per vim tollitur. Adeoque 3. cum ratione pugnat assertio, ius prædandi post fœdus, quo bellum componitur, saluum esse. Diximus 4. Pomponium in d. l. 7. Fædus amicitia non opponere Fæderi sine amicitia (tale enim concipi nequit), sed nuda amicitia. De qua differentia, ejusque effectu, late egimus d. §. 18.

„Sed & 5. admittendum non est, quod Auctor ait, fædus amicitia causa initum mil nisi officia amicitiae comprehendere, & iis negligitis rumpi fœdus, indeque iustam oriri belli causam. Sane, leges amicitiae nulla certa regula continentur; adeoque definitum non est, quænam sint officia amicitiae. Inter leges amicitiae referri sollet, idem velle, & idem nolle, subvenire amico indigenti, &c. Quis autem dixerit, eum, quicum fœdus amicitiae contractum est, armis me cogere posse, ut cum eo in eadem sua opinione; ut necessitatibus ejus succurrat, &c.

„Alio igitur modo conciliari debent Proculus, & Pomponius. Res ita se habet. Neuter horum Jurisconsultorum loquitur de casu, ubi bellum præcessit, quod pace finitum est per fœdus amicitiae.

„Pomponius enim diserte supponit casum, ubi bellum cum gente non est, sed pax, adeoque ubi gens illa hostis non est. Verba Pomponii hæc sunt: In Pace quoque postliminium datum est; nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hostitium, neque fœdus amicitiae causa factum habemus, bi hostes quidem non sunt: quod autem ex nostro ad eos perenit, illorum fit; & liber bono noster, ab eis captus, servus fit, & eorum. Idem que est si ab illis ad nos aliquid perveniat; hoc quoque igitur casu postliminium datum est. Apparet igitur, hic agi de gente, cum qua nec amicitia, nec fœdus amicitiae nobis intercedit: de populis, qui hostes non sunt, & cum quibus pax est, adeoque ubi plane quæstio non est de casu, ubi partes bello composite fœdus contrabunt sine lege amicitiae, &c. quem Grotius contra verba legis supponit.

„Sed & apud Proculum nulla quæstio est de bello per pacem composite; sed in genere tradit, postliminium non esse cum gente, cum qua amicitia nobis est, aut fœdus amicitiae, etiæ nunquam antea bellum cum eis fuerit; & rationem addit: Etens quid inter nos, atque eos, postlimini opus est, cum & illi apud nos & libertatem suam, & dominacionem rerum suarum aquo, ac apud se retineant, & eadem apud eos nobis contingant, l. 7. pr. captio. Frustra igitur Grotius supponit, Proculum loqui de pacto, seu fædere, quo partes pacientes mutua amicitiae officia sibi promittunt. Nam 1. ne verbum quidem de bello per fœdus amicitiae composite extat. Sane, 2. omne fœdus, quo bellum componitur, supponit amicitiam, 3. Non omne fœdus, quod amicitia causa contrahitur, supponit præcedens bellum; iniuriæ enim tale fœdus intritu merciorum, securitatis mutuæ, &c. potest. Optime Menippus a fædere, quo bellum componitur, distinguit, sum quæ NB. hostes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali fædere inter se jungendam coerent, apud Grot. l. 2. c. 15. §. 4. sed & 4. nec ex fædere amicitia, quo bellum componitur, necessario sequitur, officia amicitiae præstanda esse. Hinc si in fœdere amicitiae nihil de bello captis dictum est, reversæ etiam invito amico recipi possunt; cuius rei rationem alibi explicavimus.

• Cæterum

, Cæterum, dubia, quæ circa utramque
,, legem moveri solent, resolvimus supra L.
• 3. c. 9. §. 18.

*Quod inter ceteros solius amicitia officium
exigeret, bic etiam paci jure praestandum
est] , Duxi, si nihil præter officia amicitiae
præstandum esset, absque effectu fore pa-
cium. Duxi, omne foedus, quo bellum
componitur, amicitiae causa iniri; neque
,, tamen ideo jus postliminii circa damna
,, bello data cessare, si de iis non transfa-
ctum, id est speciatim in pace de illis
,, id dictum non est.*

*Et hoc, &c. refero multa, qua de injuriis non armatis, & contumelia, &c. disserunt solent] , Ex his ipsis exemplis ap-
paret, tunc denum foedus amicitiae cau-
sa initum rumpi, si jus federati læditur.
,, Non autem læditur si nuda officia ami-
citiae negantur.*

*Non vero ad quamvis omnino pacem] , Qua scil. officia amicitiae promissa non
sunt; adeoque ubi Auctor supponit, jus
capiendi res, & personas eorum, cum
quibus foedus sine amicitia contractum
est, salvum esse, indeque & postlimini-
um obtinere. At hæc nec juri naturæ,
,, nec juri Romano convenire, vidimus.*

*Est enim foedus non amicitiae causa, ut
Pomponius nos docet] • V. sup. lib. 2. c.
,, 15. §. 5. Duximus, i. contradictionem
esse, foedus cum hoste initum, & pace
bellum compositum esse; neque tamen
inter pacientes esse amicitiam, id est,
,, manere jus prædandi. Duximus 2. Pom-
ponium foedus amicitiae non opponere ja-
deri sine amicitia (tale enim foedus non
datur) sed amicitiae sine foedere. Aliæ enim
sunt gentes amica saltæ, aliæ gentes
federata. At utræque in eo convenient,
,, quod neutræ prædare licet, quia pax
cum iis est, nec hostes sunt, adeoque
postliminio opus non est. Vid. supr. l. 3.
,, c. 9. §. 18.*

*Id non negligendum, sed violatum putatur]
,, Loquitur Cicero de inimicis reconciliatis,
,, & querit, an si quid post redditum in gra-
,, tiam commissum est, imprudentia, vel
,, perfidia assignari debeat; & recte ait,
,, perfidia id assignari debere: at alia quæ-
,, stio est, an rupta amicitia jus ei agendi
,, contra perfidum competit; quod nega-
,, mus nūi jus ejus læsum sit.*

Detrabenda quantum fieri potest factio in-

*vidia] „ Quod explicat Gron. b. Sed
,, gratis hæc dicuntur. Rectius distinguimus,
,, an jus alterius facto illo læsum sit, an
,, non. Priori solo casu foedus amicitiae ru-
,, ptum censetur, non casu posteriori; &
,, solo priori casu jus belli obtinet, non
,, posteriori. Nunquam autem jus alterius
,, læditur, si tantum officia amicitiae dene-
,, gantur foederato: quod ex sequentibus
,, exemplis magis illustrabitur.*

*Itaque personæ quamvis conjunctæ facta
injuria, ipsi, quicum pax inita est, facta
non censebitur] „ Adeoque contra foedus
,, amicitiae peccatum non esse, neque illud
,, ruptum esse, videbitur: quod hactenus
,, verum est, quia cum conjunctis foedus
,, initum non est.*

*Nisi aperte ad ipsius fugillationem facta
sit] „ Nam ipsi foederato tunc injuria in-
,, fertur: adeoque cum jus federati lædi-
,, tur, ipse reparationem injurie armis po-
,, stulare potest.*

*Quam naturalem aequitatem in servis atro-
citer leſis sequuntur leges Romanae] „ Ut
,, scil. læſio ad domini offensam pertineat,
,, si ad ejus fugillationem facta fuerit, l.
,, 15. §. 35. ff. injur. §. 3. Inst. Eod.*

*Adulterium, aut stuprum libidini potius]
,, Immo hoc quoque casu rumpitur amici-
,, tia, & foedus amicitiae: at præterea jus
,, foederati violatur, dum ejus thorum vio-
,, lat, vel familiæ stuprum infert. Hic igi-
,, tur jus belli obtinet, non quia foedus
,, amicitiae læsum est, id est, quia officia
,, amicitiae violata sunt, sed quia jus alte-
,, rius læditur.*

*Et invasio rei alienæ nova potius cupiditi-
tatis reum faciet, quam fidei leſa] Adeo-
,, que jus belli in talē invasorem non ob-
,, tinet quia officia amicitiae violavit, sed
,, quia jus foederati læſit; & hæc violatio
,, est nova belli causa.*

*Atroces sane minæ cum amicitia pugnant] „
,, Adeoque rumpi, putat, foedus amicitiae;
,, quia atrociter foederato minari, pugnat
,, cum amicitiae, & benevolentiae regulis.
,, At nec ideo bellum obtinet, nisi jus fo-
,, derati læsum sit; quod ex formula mina-
,, rum, & intentione minantis dijudicari
,, debet.*

*Nulla nova causa præcedente] „ Si nova
,, causa præcessit, minæ illæ non pugnant
,, cum amicitia, utpote quæ per novam
,, illam causam jam rupta fuit. At neque
,, ex nova illa causa, neque ex minis pro-
pterea*

„ pterea securis belli jus obtinet, nisi jus
„ alterius inde lœdatur.

Huc referam arcas in fratribus stricatas,
Ecc. nocendi causa] „, Si de animo nocen-
di certo constat, jus alterius lœdatur, ad-
eoque ex hac injuria (non ob violatam
amicitiam) jus belli obtinet. Ceterum,
alibi probavimus, cuique in suo licere
propugnacula exstruere, nec animum in-
de nocendi præsumi.

Si iustitia satis indicio appareat, Ecc. in-
eum, quicum pax facta est, comparari] „,
Sed de eo constare debet per actus quo-
dam externos. Vid. supra l. 2. c. 1. §.
n. 1. 2. Ec. §. 17. l. 2. c. 12. §. 5.
n. 1. L. 2. c. 2. §. 13. n. 4. L. 2. c.
22. §. 5. At tunc dicendum est, jus
belli obtinere non ob violatam amicitia-
rem, sed ob violationem juris alieni.

A D S. XLI

¶ Non est contra amicitiam] Civis enim
migrare volens suo jure utitur; nec is,
qui migrantem recipit, jus alterius vio-
lat: adeoque alii non sit injuria.

Naturalis] „, Quia quisque de suo jure
domicilii disponere potest. Vid. supra L.
2. c. 5. §. 24.

Sed Ec. favorabilis] „, Favor jure naturæ
nec jus dat, nec aufert.

Perfugium exilibus datum] „, De qua re
late actum est l. 2. c. 21. §. 5. Ec. 6.

Nullum jus civitati] „, Nam qui in ex-
siliū migratur in paenam, jure civitatis
privatur: quo ipso non excluditur ab ex-
traneis civitatibus, si illa recipere cum
velint.

Commune jus hominum] „, Idem Perseus
dixit in notis Auctoris.

¶ Qui civitatis partem integrantem faciant] „,
L. c. qui par tem civitatis constituant, ita
ut civitas ipsa minuatur si secedat pars.

Recipere nos licet] „, Pars illa populi,
qua migrare vult, non est sui juris,
sed dependet ab arbitrio totius civitatis:
hoc jus auferri toti populo nequit; adeo-
que deserere civitatem parti populi non
licet.

Qui ex sacramento] „, Qui jurarunt, se
nunquam alio migraturos.

Auct. aliter] „, Qui operas suas ad cer-
tum tempus, vel in perpetuum locarunt.

Auct. servitatem debent] „, Id est, qui
in paenam servi facti sunt.

Qui belli sorte servi sunt, idem introduc-
tum gentium jure] „, Immo id non de-
mum ex gentium jure est, sed ex ipso
jure naturæ: in servum enim dominium
jure belli posseditum mihi est, quod vi-
cinos, recipiendo servum, auferre mihi
nequit.

Apud quosdam populos] „, Immo apud
omnes; & soli excipiuntur Christiani,
ac Mahometanæ fœtæ addicti. Vid. supr.
c. 7. §. 9.

A D S. XLII

Auctor hactenus egit de fide semi-
marum potestatum publica, qua finis bel-
lo imponitur, & quidem quatenus spe-
ctantur principalia, quæ bellum finiunt:
actu suo, nimis, per pactiones. Hic
agitur de eadem fide, qua finis quidem
bello imponitur, quatenus ibi spectantur
principalia ex consensu ad aliud relato:
ut fortes, prælia exitus, &c. Vid. supra
c. I.

SORTIES ALIAS SUBJICI BELLIS EXITUS LICITE
NON SEMPER POTEST] Quæritur, an belli cau-
sa possit sorti, seu certamini singulari com-
mitti, aut arbitris? Ubi I. notandum, neu-
tram partem ad id teneri, quia sunt actus:
libera voluntatis, adeoque in omnis pars
potest victoriam ultimam armis prosequi.
At 2. quæritur, an sua natura id licitum
sit? Evidem exempla illustria sunt in Ro-
mulo, qui Acronem Regem Cæninenium
vicit, omniaque spolia Jovi Feretrio tulit,
apud Plut. in Romulo. Alia exempla sunt:
inter Manlium, & Gallum, Liv. l. 7. c. 10.
inter M. Valerium Corvinum, & Gallum,
l. 7. c. 26. inter Jubellum Tancreum Cam-
panum, & Claudium Asellum, Liv. l. 23.
c. 47. inter T. Manlii filium, & Geminium
Metium Latinum, Liv. l. 8. c. 7. inter Ba-
dium Campanum, & Q. Crispium Roma-
num, Liv. l. 25. c. 18. Comes Thuringia:
provocavit Henricum Leonem, quod Cæfa-
ri infidus fuisset. Sunt autem e contrario,
qui rejecere duellum: uti Augustus Anto-
nii, Carolus V. Francisci, Metellus Serto-
rii, Antigonus Pyrrhi, Fabius Annibalis
provocationem.

Auctor.

Auctor, & Petr. Bellus p. 2. tit. 15. §.
1. negativam tuentur: homines enim 1. invitari ad delicta, Deumque tentari: 2. certos modos introductos esse a jure, & moribus, dandi regna, quos rex tollere nequeat: 3. præjudicium fieri successoribus: 4. interesse quoque subditorum, ne subjiciantur novo domino.

Ego nihil iniusti hic subesse, existimo, si ipse populus consentit: 1. quia licitum est, id permittere millenis, nedium paucis, & uni; quod enim permisum est multis, idem permittitur cuique eorum. Sane 2. cui licitum est quod plus est, ei & quod minus est, & cum longe minore damno, periculo, & sanguine: 3. quia prælium ipsum est fors, & belli alea, dubiusque eventus; illud igitur iisdem rationibus, & magis oppugnaretur, quo exempla in contrarium allegata refutantur.

At alia quæstio est, an solus rex decernere id possit? Quod merito negamus, quia totis viribus resistere, & tueri rempublicam, non vero ales tam incertæ eam committere debet. Et cum ordinarium remedium sit bellum, non potest eo emissio singularem modum inducere.

Additio.

, Sors in genere est, quoties incertus est eventus; ac de ejus natura late actum est l. 2. c. 23. §. 9. ubi simul demonstravimus, neminem teneri jus suum forti committere. Sane, is, qui rejicit sortem, suo jure utitur, & de suo jure disponit: neque natura sequitur, ex solo jactu fortis jus huic, vel illi competere. Denique haec species transactionis est, quæ non nisi ex utriusque consensu valet. Unde confitat, veram non esse sententiam Zigli, qui putat, sortem rejici non posse, quia præstat rem sorti committere, quam tot bellum discrimina subi. re. Sane, jure naturæ Princeps omnia media adhibere debet ad tuendum jus civitatis, non vero ea adhibet qui sorti rem committit. Ideo enim in civitatem covere subditi, ut communibus armis, jura eorum defendantur, non ut sorti res relinquatur.

Sed tum demum, quoties de re agitur, in quam plenum habemus dominium] Nam tunc pro lubitu de ea disponere, eam alienare, adeoque & sorti committere possumus. Idem obtinet si jus aliquod no-

, strum est, v. g. jus pignoris, servitutis, vel aliud, quod ex obligatione personæ sequitur; id enim in nostro patrimonio est, adeoque pro lubitu de eo disponere possumus, et si res ipsa non sit in dominio nostro. Vid. Zogl. bic.

Civitas], Ea enim lege coëunt familiæ, in civitatem, ut communibus auxiliis de- fendantur.

Rex arctius obligatur, quam ut omittire possit, f. c.]., Princeps omni vi, & opera, tueri & civitatem, & jura singulorum tenetur; non ergo sorti committere jura hæc potest.

Si vera affirmatione qui injusto bello petitur, tanto sit inferior] Immo absque consensu populi res sorti nunquam compmitti potest; de ejus enim jure agitur.

Hoc enim est de malis minimum], Adeo que juxta leges bonæ administrationis præferendum: at diximus, id non nisi a cedente consensu populi fieri posse.

A D §. XLIII.

De præliis] Quæ sunt species sortis, & eaque occasione hic tractantur.

Belli finiendi causa] Si enim gloriæ causa, vel ad animandos milites id fiat, alia quæstio est, de qua mox.

Lacedæmonios, & Argivos] Alia exempla vide supra l. 2. c. 23. §. 10.

Si jus gentium externum tantum spectamus] Quod in bello solenni, id est publico, & indiecto, gentes introduxerant.

Quin per id ipsum talia certamina sint sicutia] Tale jus gentium non dari, perfidum probavimus: ceterum, certamina pro finiendo bello, approbante populo jure naturæ licita esse, vidi mus §. præcedenti.

Hostium enim cædem id jus indiscretæ permittit] Immo ipsum naturæ jus indiscretæ cædem hostium permittere, probavimus supra l. 3. c. 4. Si scilicet uterque se jure, alterum injuria agere, contendit.

Indiscrete) Id est, non habita ratione, an justa belli causa sit, an non; nec non an hostis lædatur ultra debiti, vel poenæ modum: per rei naturam erim de justitia causæ corstare nequit, cum neuter judicem habeat.

Si vera esset veterum Græcorum, Romano-

A a a sume,

rum, & aliarum gentium opinio], Immo „nunquam hæc fuit opinio nec Græcorum, „nec Romanorum, nec aliarum gentium : „idque ipse Auctor observavit *supra l. 2.* „c. 19. §. 5. Conf. ea, quæ diximus ad „l. 2. c. 1. §. 3. 8. 9. & 12.

Jam & interna iustitia talibus præliis non deest], Nec revera deest, quia vitam pro „patria exponere, laudabile maxime est, „& ipse Auctor fatetur *n. seq.*

Hanc sententiam recte rationi, ac Dei preceptis repugnare, &c.], Sed & repugnare communis gentium consensu, vidi „mus d. l. 2. c. 19. §. 5. Neque enim Stoicorum, aut Gymnosophistarum paucissima exempla jus aliquod Gentium externum constituant.

Aliquoties], Præter loca jam allegata, „vide l. 2. c. 17. §. 2. n. 1. l. 2. c. 21. „§. 11. n. 2. l. 3. c. 6. §. 6. l. 2. c. 25. „§. 3. n. 3. l. 3. c. 20. §. 53. l. 3. c. 12. „§. 18. & l. 3. c. 4. §. 14.

In proximi charitatem peccare], Id est, „contra regulas perfectionis, & virtutis.

3. Et in se, & in Deum peccare qui vitam, &c.], Immo positivis terminis habilibus non peccat qui vitam prodigit pro patria.

Pro ea totis viribus], Non ergo per certam singularia. Contrarium probavimus supra.

Condicio certamine uti tanquam testimonio bona causa, aut judicii d. vini instrumento, varum est], Immo totum bellum alea est ; & prælia, quæ totis viribus committuntur, instrumenta sunt divini judicij. Cur igitur certamina singularia, quæ minori periculo, & sanguine expedientur, non aquæ pro instrumentis judicij divini haberi debeant, rationem non percipio.

4. Justum, ac pius potest reddere ex una tantum parte], Auctor jure naturæ, quod internum vocat, certamina singularia licita regulariter non esse, dixit. Excipit casum si is, qui injustam causam fovet, superior est armis ; tunc enim alterum, penes quem causæ justitia residet, offerre prælium jure posse, ait, quia est unicum, & necessarium defensionis medium. Sed frustra hæc dicuntur, quia de justitia causa non constat. Utraque pars ait, se juere, alterum injuria agere, adeoque quælibet pars etiam juxta justitiam internam, si putet se justam habere causam, prælium offerre, vel acceptare potest.

Ut qui injustam causam fovet] * Immo „si id dubium est, uti ex assertione partium semper est; satius est, bellum pati, corum sanguine finire, quam gentis forte interitu : modo populus consentiat. *Vid. §. 42.*

Nihil enim ei imputandum est] Sed nec „ei aliquid imputandum est, qui consensu „eorum, quorum interest, prælium pati, corum præfert prælio gentis.

Sed & hoc verum est], Adeoque Autem putat, certamina ejusmodi permitti aliquando, non probari, indeque admitti, si factem quoad effectum impunitatis : quod jama refutavimus.

Et improba facienda], Jure naturæ non dantur improba facienda, uti probavimus l. 2. c. 12. §. 20. n. 3.

Et impudicitiam professa mulieres] Scortationem tolerari ad evitanda majora malitia, testantur Roma, Anglia, Belgium, &c. sed non tamen ideo scorta sunt impunita, quia plurimæ privilegia aliis civibus communia illis auferuntur. *Conf. l. 2. c. 20. §. 42. & l. 3. c. 4. §. 2. n. 2.*

Pati id posse populum], Si duo ex eadem familia de regno certant, certum est, populum de successione judicare non posse ; adeoque nec ejus consensum requiri, si successores inter se armis decernere parati sunt. Populi enim non interest, quia imperium in eadem familia, in quam contulit, manet.

Idem & cum de bello finiendo agitur, dicendum erit], Nimirum, ut ipsi reges de regno certantes inter se certamine singulari dimicent, d. c. 23. §. 10.

A D S. XLIV.

Quis sic], Per sortem, seu monachiam.

Sibi quidem jus, quod habent, adimere possunt], Nam ita consentiunt, & disponunt.

Non & alteri, qui non habet, dare], Id est, non victori acquiritur regnum, quia victus non habet jus dandi, seu alienandi regnum.

In illis quidem regnis, que in patrimonio non sunt], Id est, quæ ex populi voluntate deferuntur. Aliud ergo Auctor obtinere, putat, in regnis patrimonialibus, quæ pleno jure regi quæsita sunt : in

, in his enim regem & sibi jus adimere, & victori dare posse, ait. At saepius dictum est, intuitus regis non dari regnum patrimoniale.

Et populi, &c. consensum necesse est accedere], Quia de ejus jure agitur, nisi lis sit inter duos successores ejusdem famae. *Vid. §. præc. ad num. 5. rubr. 1.*

Et si qui juan nati], Nondum enim natissim jus quæsitum non esse, putat; adeoque hos in ea saltem jura succedere, putatur, quæ pater tempore nativitatis habuit. Vide tamen l. 2. c. 4. §. 10. n. 2.

In feudis non liberis], Id est non franciscis. At idem est in feudis francis, quia fidelitas tamen juratur domino, cum quæ pugnat alienatio, quæ tali pacto in eventum continetur. *B. Par. Hyp. Jur. feud. Vit. 5. 47.*

Etiam domini], Exemplo res clara fiet. Ponamus, Curlandiz duces bello cum Suecis implicatos esse. Duces illi controvèrsiam in prælii exitum conjicere non poterunt, nisi 1. consensu populi, 2. agnitorum, qui spem succedendi habent. 3. Regis Poloniæ, qui dominus est directus, & cui per eventualem alienationem jus quæsitum auferri nequit.

AD §. XLV.

In talibus præliis], In quorum exitum litigantes controversiam conjiciunt.

Uter pro victore sit babendus], Duplicit sensu quis victor dici potest, vel prælio, vel bello. Priori sensu saepius dubia est victoria: at cum per prælium bellum non finiatur, quoad effectum juris nihil interest, uter pro victore sit habendus. Exempla, ubi uterque sibi victoriam arrogavit, existant apud Auctorem. Ita cum Carolus Galliæ Rex ex Italia rediret, eique se Gonzaga Mantua dux opponeret, anicipiti prælio discessum: Gallus enim iter sibi aperuit, Dux vero impedimenta cepit; uterque igitur victoriam sibi afferuit. *Vid. Aut. cas. illuſtr. pag. 67.* Ita in prælio navalium inter Belgas, & Suecos, apud Hafniam dubia fuit victoria: item inter Attalum, & Philippum, ubi Attalus fugatae Philippi classe universi prælii gloriam obtinuit; sed cum ipsius Attali a suis separati navis capta esset, Philippus sibi tribuit victoriam. *Polyb.*

Hist. l. 16. c. 5. In prælio Luzensi dubiam fuisse victoram, ait Brachet l. 4. sed studio partis, cum Wallensteinus pulsus a fugerit.

Exempla de varia victoria vide apud *Liv. l. 5. c. 28. Tbucyd. l. 1. p. 29. 30. 56. & 57. & l. 7. p. 422. Martial. Spect. 29. Tbuas. l. 24. p. 295. & l. 1. pag. 2. Cons. Liv. L 4. c. 39. Iust. l. 6. c. 6. Alexand. Gen. l. 4. c. 7. Tefm. h.*

Si vero ipsa controversia in prælii exitum conjicatur, maximopere interest nosse, uter victor sit, & uter cesserit, i.e. uter bello vicerit.

Victi non possunt videri, nisi, &c. J., Si gna ergo fracti animi adesse debent. Exempla allegavit Auctor supra §. 43.

Nam Argivi], Uterque sibi victoriam vindicabat: Argivi quidem, quod suorum plures superfuisse dicenter; Lacedæmonii vero, quod qui eorum superfuerant, fuisse gressi, suus autem perfidisset, & hostium caelos spoliasset. *Herod. l. 1. p. m. 15.*

Neque Corinthios] Historiam vide apud *Tbucydidem l. 2. p. m. 22. & seq.*

Nihil minus, quam fugaverat], E contrario Attalus fugavit classem Philippi.

Valent ad docendam hostis fugam], Ad eoque vi pacti bello vicitus causam amittit.

Qui loco cessit], Alter enim viribus hoc ipso est superior.

Manet eo loco, quo ante prælium fuit], Id est, ambigua. *Gron. b.* Inter Petrum Arragonium, & Carolum Andegavensem prælium indicatum est cum certa manu. Hic venit, & discessit; ille post discessum comparuit. Papa arbitratus est, neutrum victorem esse, & repetendum esse prælium.

Aut ad bellum], Quia per singulare certamen res decisa non est.

Aut ad novas passiones], Id est, novum certamen decerni debet: uti Papa decidit in casu ante allegato.

AD §. XLVI.

Duo esse genera], Præterea aliud est genus arbitrorum, qui ad tentandam amicabilem compositionem eliguntur; *L. 13. §. 2.*

„§. 2. Rec. arb. ibique Gotb. at de quibus
,, hic quæstio non est, quia non eliguntur
,, ad finiendam litem.

*Unum ejusmodi ut five aequum, five ini-
quum, parere debeamus]* „Nam in ejus
sententiam compromittunt partes, & de-
clarant, se pro jure habituros quod pro-
muntiaverit, l. 27. §. 2. l. 76. pro soc. arg.
„l. 99. pr. V. O.

*Cum ex comproviso ad arbitrum item
est]* „Addo, ea intentione ut sententiam
„dicat l. 13. §. 2. l. 1. l. 3. & rubric ff.
„de receptis, qui arbitrium receperit us sen-
tentiam dicant: adeoque ut arbiter ele-
ctus sit ad fixandas lites, d. c. 1.

*Alterum ejusmodi ut ad boni viri arbit-
trium redigi debeat]* „Doctores non satis
indigitarunt differentiam horum arbitro-
rum a priori specie: quæ tamen, clara,
& maxime perspicua est ex exemplis a
Jurisconsultis allegatis.

*Jurisconsulti per posterius arbitrorum ge-
nus non intelligunt tales, qui electi sunt
ut causam decidant, ut de jure pronun-
tient, ut sententiam dicant, vel ut lites
finiant; sed tales, qui a partibus electi
sunt ut opus definiant, ut in locatione
operis l. 77. ff. pro socio, vel partes de-
terminent, ut in societate, l. 76. pro so-
cio, vel pretium, ut in emtione, l. f.
C. Contr. ent. vel mercedem, ut in con-
ductione, l. 25. pr. locat. vel sufficien-
tiā cautionis, l. 9. ff. Quia satisd. cog.
Hi igitur arbitrii non judices sunt, sed
estimatores. Partes non promittunt, se
pro jure habituros quod judicaverint; sed
rogant eos, ut tanquam boni viri, par-
tes, pretium, vel mercedem definiant,
&c. & sperant quoque, eos ut bonos vi-
ros arbitrarios esse, l. 30. op. libert.*

„Si facta definitione appareat, arbitrum
non ut bonum virum definiisse, res re-
ducitur ad arbitrium boni viri, id est ad
judicem (bonus enim vir idem est, quod
judex, l. 47. §. 2. ff. fidere. lib. l. 137. §.
2. ff. V. O. l. 17. §. 5. ff. injur.) res de-
fertur, qui estimationem reducit ad ex-
quitatem, l. 32. §. 1. Reg. jur. seu uti
bonus vir judicare debuit. Vid. l. 9.
ff. quo satisd.

„Et cum ejusmodi estimatores plerum-
que constitui soleant in ipso contractu
locationis, emtioni, societatis, &c. a-
ctione ex hoc ipso contractu, utpote bo-

, næ fidei, iniquitatem estimationis corri-
gendarum esse, censuerunt Jurisconsulti Re-
mani. Actio enim ex contractu bonæ fi-
dei datur ad omne id, quod ex natura
negotii aequum, & bonum est, l. 11. §.
1. Act. ent. §. fin. Inst. Obl. qua ex
Conf. l. 6. §. 5. Emt. vend. l. 31. pr.
deposit. l. 2. §. f. Oblig. Esq. Act. §. 29.
Inst. de Action.

Quam si aequum arbitratus fuerit] „Ad.
„eoque res reducitur ad arbitrium boni
viri, Id est judicis, qui cognoscit, an es-
timatio ita facta sit, ut a bono viro fa-
eri debet; alias, corrigit inæqualitatem,
l. 76. l. 78. l. 79. l. 80. pro socio.

*Ita verborum simplicitati per se spectata
non convenit]* „Revera eadem ratio mili-
tat in arbitris, qui inique estimant, ac
in illis, qui inique decidunt. Sibi enim
imputare debent qui in alterius estimationem
compromiserunt, l. 27. §. 2. Dec.
arb. Cum vero utroque casu supponatur,
partes compromissæ in arbitrium boni
viri, id est ut bonus vir estimare, vel
judicare debuisset, &c. utroque casu jus
Romanum succurrit, ac utrique remedi-
um suppeditat; & quidem contra arbitrium
eius, qui male estimavit, dedit
reductionem ad arbitrium boni viri; con-
tra arbitrium eius, qui male judicavit,
exceptionem doli. Vid. ad rubr. primam
n. 2. At id meri juris est positivi.

Utroris modo arbitrum sumi posse] „Sci-
licet, in negotiis bellicis; adeoque eligi
possunt vel ut litem decidant, vel ut de-
finiant partes, pretium, &c.

Aut ut conciliatorem tantum] „Immo
hoc tertium est arbitrorum genus, diver-
sum ab iis, quorum mentio fit a Procu-
lo; cum enim hi tantum ad tentandam
amicabilem compositionem eligantur, ni-
hil definitur, nedum decidunt. Conf. l.
13. §. 2. ff. recept. Hoc arbitros, si in-
ter Principes eliguntur, Mediatores vo-
camus; de quibus vide integrum dispu-
tationem B. Parentis de Mediatoribus.

Aut ut cuius dicto parendum omnino sit] „Tale arbitrium pace Riswicensi inter do-
mum Palatinam, & Aurelianensem de-
cretum est, ubi Rex Galliæ, & Impera-
tor, iisque dissentientibus, Papa arbiter
est constitutus. Ita in celebri illa Wild-
fangiatus causa arbitrii electi sunt Rex
Galliæ;

„ Galliae, & Rex Sueciae, quorum decisum
„ vim sententiae obtinuit, & laudum Heil.
„ brunnense vocatur.

Ei hoc est genus, de quo hic agimus]
„ Quando scilicet partes bellum gerentes
„ in judicium tertii alicujus compromit-
„ tunt, ejusque judicio se staturos, pro-
„ mittunt.

*Cum de cavendi bellū rationibus loquere-
mur]* Ubi simul diximus, neminem teneri
„ ad eju:modi arbitros provocare, neque
„ propositos acceptare.

*2 Ut ab iis provocare, & de injuryia queri
liceat]* „ Jure Romano provocare licet tan-
„ tum ab iis, qui tanquam estimatores ele-
„ cti sunt, & inique estimant, l. 76. 78.
„ l. 79. ff. pro soc. l. 9. Qui satid. cog.
„ non vero ab iis, qui ad decidendas lites
„ electi sunt, l. 27. §. 2. ff. recept. arb.
„ l. 3. c. Recept. arb. eti inique pronun-
„ ciant. At si victor ex laudo actionem in-
„ stituebat, repelli potuit exceptione dolii,
„ si arbiter dolo, vel contra jus arbitra-
„ tus fuerit, d. l. 3. l. 32. §. 14. Rec.
„ arb. Conf. *Jus nostrum Controv.* Tit. de
„ recip. arbitris.

*Id tamen inter reges, & populos locum
babere non potest]* „ Inter hos enim ex
„ dispositione jus oriter: at disposuere,
„ quod stare velint arbitrorum judicio.

*Nulla enim hic est potestas superior, que
promissi vinculum ait impedit]* „ Princi-
„ pes enim subditorum pactis leges dare,
„ eorumque vim coarctare, ac statuere pos-
„ sunt, ne valeat pactum si æquum pro-
„ nunciatum non fuerit.

*Standum ergo eminio five equum, five
iniquum pronuntiaverint]* „ Non enim est
„ iniquum, quia partes in id consensere,
„ l. 27. §. 2. recept. arb.

*Summum quisque sua causa judicem fa-
cit]* „ A quo nulla provocatio locum ha-
„ bet.

De arbitri officio] „ Quid ille tanquam
„ vir bonus facere debeat; de quo §.
„ seq.

*Aliud de compromittentium obligatione
querere]* „ Nam compromittentes pacifun-
„ tur, se staturos judicio tertii, adeoque
„ pro æquo habituros quicquid ille judica-
„ tur.

A D §. XLVII.

An electus sit in vicem judicis] „ Ita ut
„ judicare saltem possit juxta scriptam for-
„ mulam

An cum laxiore quadam potestate] „ Vid.
„ Gron. b. Immo in arbitri officio saltem
„ spectandum, quid in compromissum ve-
„ nerit. Sane, aliud ei non licebit, quam
„ quod ibi, ut efficaret, cautum est. l.
„ 32. §. 15. Recept. arb. l. 21. §. 6. Eod.
„ l. 46. Eod. Si tota causa in compromis-
„ sum venit, omnia continentur, quæ ad
„ causam illam pertinent.

*Si ad judicem, quam si ad arbitrum
mittitur]* „ Seneca non loquitur de judice
„ arbitro, sed de judice dato: qui tantum
„ judicat juxta formulam præscriptam; at
„ arbiter judex judicat de tota causa, adeo-
„ que etiam de fructibus, usuris, &c. do-
„ lo, & culpa, &c. & de omnibus, quæ
„ ad causam pertinent. Hinc Festus voce
„ Arbiter pag. 253. Arbiter est, qui totius
„ rei arbitrium habet, ac potestatem. Conf.
„ Gotb. ad l. 32. §. 15. recept. arb. lit.
„ b. Add. infr. §. 48. d. l. 2. d. l. 32.

Quia illum formula includit] „ Vid. Hei-
„ necc. Antiq. Rom. l. 4. l. 6. §. 36. 39.
„ seq. Car. Sigon. de judic. Rom. l. 1. 24.
„ pag. 495 seq. Brissos. form. v. p. 370.

Sed prout humanitas] „ Nam sententia
„ ejus valet eti iniqua sit; sibi enim im-
„ putare debet quod compromiserit. l. 27.
„ §. 2. Rec. arb.

*Arbiter id, quod æquum est, respicit,
judex legem]* „ Id est, judex datus judicat
„ juxta formulam præscriptam; judex arbi-
„ ter ex æquo, & bono de tota causa.

Ut valeret aequitas] „ Ut scil de omni
„ eo, quod ex natura negotii æquum, &
„ bonum est, judicet.

Ut alibi partem illam justitia, &c.] „
„ Quæ corrigit id, in quo lex deficit ob
„ universalitatem. Vid. l. 2. c. 16. §. 26. n.
„ 2. Quod late explicat Grotius in Sche-
„ diasmate, quod ad calcem hujus libri
„ adjecimus, & de aequitate inscribit. Re-
„ citius, per æquitatem, quæ pars justitiae
„ est, intelligi solet ratio leg.s.

Nam bac & judici commissa est] „ Nam
„ hic quoque non verba legis, sed rationem
„ ejus inspicere debet: de tali igitur aequi-
„ tate hic plane non quæri, ait.

A a a 3 Sed

Sed omnes id, quod rectius sit, quam non fit, etiam extra justitia regulas] • Verba haec sunt, quae nihil significant. Arbiter ex aequo, & bono judicare dicitur, quia de omni eo cognoscit, quod ad causam promissi pertinet. *Vid. supr. ad num. I.* • rubr. 3.

Tales arbitri sicut inter privatos, &c. frequentes sunt] • Hinc totus titulus in iure Digestorum inventur. *De receptis, qui arbitrum receperunt ut sententiam dicant.*

Et specialiter] • Nam Apostolus improbat, quod frater cum fratre iudicio contendat a pud infideles, *I. Cor. 6. v. 1. seq.* Quem lo cum explicavimus supra *I. I. c. 2.* Ceterum, gentiles quoque Philosophi aequi, & commodi hominis esse, ajunt, malle ire ad arbitrum, *vide n. praeced.* coquere evitare ruinosum iudicii strepitum.

Ita in dubio non debet tanta potestas concessa intelligi] • Immo potestas illa judicandi ex aequo, & bono, sequitur ex natura compromissi; per quod tota causa arbitrio iudicis defertur: secus, ac in iudicibus datis, qui jure Romano ultra formulam praescriptam procedere non potuerunt.

In dubiis enim quod minimum est sequitur] • *Vid. L. 9. l. 34. ff. R. J. ibique Gotb.* At dubii hic nihil subest: qui compromittit, compromittit in totam causam; secus, ac in iudice dato.

Locum habet inter sumnam potestatem obtinentes] • Ut scil. in dubiis, quod minimum est, sit sequendum.

Censendi sunt adstringuisse iis regulis, quibus iudicis officium adstringi solet] • Immo si Principes causam per compromissum ad arbitrum deferunt, omnia ea, quae ad causam illam ex aequo, & bono referri possunt, sub compromisso sua natura continentur. Sane, sub officio ordinario iudicis quoque omnis causa comprehenditur, *L. 61. Judic.* Judex autem datus non est judex ordinarius, quia jure Romano non nisi juxta formulam praescriptam cognoscit. Quae ratio inter Principes cessat.

A.D. § XLVIII.

Auctor putat, arbitros non posse statuere de possessione. Quod admittendum non est si de sola possessione litigatur. Neque concedi potest, quod Auctor ait, iudicia possessoria esse juris civilis, contra-

rium enim demonstravimus *I. 2. c. 8. §. 2.* Sane, cum omnes controversiae ad arbitros deferri possint, nullam video rationem, cur non & possessiones litigiosae. Atque ita in laudo Heilbrunnensi quaedam tantum quoad possessionem, reservato petitorio, defensa legimus.

Non de possessione] • Quid si de sola possessione quæstio sit? Sane, de dominio tunc pronuntiare, absurdum esset. *Vid. rubr. seq.*

Nam possessoria iudicia juris civilis sunt] • *Judicia possessoria naturali quoque ratione distincta esse a iudiciis petitoriorum, & aliud esse jus possessionis, aliud jus proprietatis, probavimus in Diff. proem. XII. §. 597.* Nulla ergo ratio dari potest, cur arbitri, cui tota cause decisio delata est, non possit per interlocutionem prius pronunciare de possessione; tum ut constet, quis probare teneatur; tum ut appareat, quis interim fructus percipere debeat. Sed & de sola possessione lis intercedere, eaque lis in arbitrium tertii conserfi potest.

Jure gentium possidendi jus dominium] • *Errorem hunc Auctoris refutavi supra l. 3. & Diff. proem. XII. §. 589. seq.*

Ideo dnm causa cognoscitur, nihil est innovandum] • Cum uterque possessionem prætendat, & uterque alterum innovacionis accuset, id ipsum prius decidi, & sic possessionis ratio definita debet.

Tum ne prejudicium fiat] • Uterque sibi præjudicium fieri, ait, si pendente lite possessionis, quam uterque sibi assertit, cedere alter deberet. Adeoque hoc præjudicium prius decidi debet.

Tum quia difficultis est recuperatio] • Uterque litigantium id allegare posset; adeoque haec lis decidi debet, & potest, antequam de principali negotio pronuntietur.

Legati jus possessionis non mutarent] • *Ex hoc ipso Livii loco appareat, aliud esse possessionem, aliud possessionis causam.* Cum enim legati Romanorum, tanquam arbitri inter Carthaginenses, & Masinissam, causam de agro cognoscerent, illi titulum altem allegabant, quod ager primo majorum fuisset, deinde a Syphace ad se pervenisset. Masinissa NB. Et causa, Et possessione se superiorum esse contendebat; & tum addit Livius, *I. 40. c. 17. legatos possessionis*.

• possessionis jus non mutasse , NB. causam
 • integrum Romanum ad Senatum rejecisse.
 • Adeoque in possessorio saltem pronuncia-
 • runt , petitorii , seu causæ decisionem po-
 • pulo Romano relinquentes , qui tandem
 • causam pro Carthaginensibus decidit :
 • sed illi bello magis , quam ex judicio
 • legatorum , agrum vindicare cupiebant ; &
 • ideo a Romanis bellum contra eos de-
 • cretum est , quod exitio fuit Carthagi-
 • nensisibus. *Liv. epit. l. 48.*

A D S. X L I X.

A L T E R I U S generis est arbitri sumtio ,
 cum quis ipsi hosti , &c.] • Ad arbitrorum
 • proprie dictorum genus non pertinet hæc
 • species , qua quis se arbitrio hostis sub-
 • mittit , ibi enim partes non compromit-
 • tant in sententiam , aut judicium tertii .
 • sed alter alteri se pleno jure dedit ; adeo-
 • que omne jus suum , & arbitrium , in al-
 • terius potestatem transfert.

Quæ est deditio pura] • De conditionata
 • Vide §. 51.

Subditum faciens eum , qui se dedit]
 • De qua deditione late egimus supra c. 4.
 • §. 10. 12. & 13.

Summam potestatem deferens] Immo &
 • dominicam : nam dediti absque conditio-
 • ne servi sunt , d. c. 4. §. 12.

Ætolos in senatu rogatos legimus] • Phra-
 • gis illa , alterius arbitrio se subjecere , ge-
 • neralis est , & continere quoque potest
 • plenum dominium : unde Ætolis metue-
 • bant , ne permisso libero arbitrio in cor-
 • pora sua sœviretur. *Liv. l. 37. c. 7.* Ætolis
 • igitur merito exprimi cupiebant , quarum
 • rerum arbitrium senatus in se permitte-
 • rent ? quod cum Romani exprimere nol-
 • lent , infecta pace legati dimissi sunt.
Liv. l. 37. c. 1.

*Permittant Carthaginenses se arbitrio no-
 stro]* • Arbitrium hic itidem sumitur pro
 • potestate dominica ; nam ipsa corpora si-
 • bi dedi prætendebant.

Habebant nobis gratiam] • Quia id be-
 • neficio Romanorum , non foedari debe-
 • rent.

Quid vicitus pati debeat] • Id est , quæ
 • sit conditio ejus , qui se dedit. De quo
 • mox.

Quid vicitus pati , &c.] • Vid. §. seq.
 • num. 1.

*Quid etiæ salvo omni officio facere de-
 beat]* • Vid. §. seq. n. 1. &c. seq.

Quid denique maxime cum deceat] • Id
 • est , quid ex perfectionis , & virtutis regu-
 • lis facere debeat vicitor.

*Nihil non patientum habet , quippe jare
 subditus]* • Immo omnia pati debet , non
 • tanquam subditus , sed tanquam servus.
Et si jus belli externum respicimus] • Id
 • est , jus gentium , quod Auctor in bello

• solenni introductum esse , fingit.

Etiæ vita , etiam libertas] • Quia de-
 • dicti servi sunt , in quos jure naturæ quo-
 • que omnia licent.

Non publica tantum] • Quæ civitatis
 • sese dendentis sunt.

Sed & singulorum] • Quæ ad singulos
 • jure dominii pertinuerunt.

Livii] „ Formulam deditioñis similem
 • vide apud eundem l. 1. c. 37.

Etiæ licite] „ Id est , non tantum jure
 • externo , sed & jure interno : nimurum si
 • is , qui deditur , aut ante fuit in numero
 • graviter delinquentum , aut postea fidem
 • a se datam in re magna fecellit. *Vid. supr.*
l. 3. c. 11. §. 18. n. 2. Nos saepius dixi-
 • mus , non dari tale jus externum ; & in
 • deditos sœviri posse etiam jure interno
 • quatenus servi sunt.

A D S. L.

N E quid injuste faciat] • Id est , con-
 • tra jus internum ; nam jure externo o-
 • mnia ei licere in deditos , docuit §. pra-
 • ced. n. 1.

*Ne quem occidat , nisi id suo facinore
 meritum]* • Nos alibi diximus , hostem
 • semper morte dignum esse , quia vitiæ ,
 • & bonis nostris insidiatur , & reparacioni
 • juris nostri , opibus , operis , & consilio
 • resistit , factumque sae civitatis approbat ,
 • & approbare tenetur ; atque ideo si in
 • potestatem nostram venit , morte multa-
 • ri , nedum in servitatem detрудi posse.

Ne cui quoquā auferat] „ Mortem
 • merito , qualis semper est hostis , vitam ,
 • nedum libertatem , jure , & in poenam
 • auferri posse , alibi demonstravimus.

*Intra hunc autem modum , quantum se-
 curitas*

*curias patitur, ad clementiam, & libera-
tatem propendere, semper honestum est.]* Honestatis id est, adeoque virtutis, non
vero juris: secus si deditio sub conditione
clementiae facta, eaque a victore promissa
est; tunc enim excluditur savitia, & quicquid
cum clementia in genere pugnat.

Quantum securitas patitur] „ Etsi ergo
„ deditus poenam mereatur, tamen quia
„ clementiae victoris se tradidit, eam magis
„ victor sequi debet; at tantum quatenus
„ id salva securitate publica fieri potest.

Semper honestum est] „ De eo non qua-
„ ritus, sed saltem de eo, quod jure li-
„ cet.

Etiam ex morum regula necessarium] „ Ratione scilicet politica accedente.

Nam cum eo, quod vos dignum est pati] „ Adeoque jure omnia in deditos licere,
„ neque iis injuriam fieri, hoc ipso innue-
„ bat.

Quid me facere par sit] „ Id est, quid
„ clementia, & humanitas suggerat.

Tradere se in fidem] „ Vid. *Liv. l. 42.*
„ c. 8. *Val. Max. 6. s. 1. Briffon. de form.*
„ 4. p. 355. *Tesm. b.*

*Nibil aliud, quam deditio meram in-
telligi]* „ Idque Polybius diserte testatur,
„ cuius verba recenset Auctor in nota fe-
„ quenti. Contrarium exemplo Faliscorum
„ probat Valerius Maximus *l. 6. c. 5. n. 2.*
„ *adversus quam (civitatem Faliscorum de-
ditam) savire cupiens populus Romanus,*
„ postquam a Papirio, (cuius manu, ju-
„ bente consule, verba deditio scripta e-
„ rant) deditus est, *Faliscos non potestati,*
„ *sed fidei se Romanorum communisse, omnem
irum depositus.* Sic Senatus admodum im-
„ probavit, quod M. Popilius Ligures de-
„ ditos in fidem populi Romani, sub co-
„ rona vendiderit, addens, tot milia in-
„ noxiiorum capitum fidem implorantia po-
„ puli Romani, ne quis unquam se postea
„ dedere auderet, pessimo exemplo occuisse.
„ apud *Liv. l. 42. c. 8.*

Id affirmasset] „ Et decretum concilii,
„ in quo id scriptum erat, ostendisset.

*Imperium bubere in deditos suo decre-
to]* „ Hinc Livius addit: tandem cuius
„ conditiones essent censere; & Pbanas se
„ quidem scire facienda esse quae imperentur,
„ dixit, & mox: ingemuerunt qui-
„ dem principes conditioni sua; parendum
„ tamen victori censebant. *d. l. 36. c. 28.*

In Graco est, &c. l., Scilicet, Polybii.

*Ex his verbis appareat, quantum impune
egi non violato gentium iure facere posse]* „ Immo loquitur de jure naturæ, quod
„ ex natura deditio infertur; non de
„ jure aliquo gentium externo, quale co-
„ gnitum nec Græcis, nec Romanis fuit,
„ nedum de aliqua impunitate: Huic juri
„ naturæ opponit Polybius officium, &
„ corum, tanquam res virtutis, & arbitrii,
„ quæ a clementia victoris dependent.

*Neque tamen bac potestate usus est Consul
Romanus]* „ Immo usus est, dum legatos
„ deditorum, negantes imperata facere, ca-
„ tenis vinciri jussit.

*Aetolorum concilio de integro deliberandi
fecit potestatem]* „ Consul Auctores belli de-
„ poscebat; legati decem dierum inducias
„ perebant, ut in concilio de eo decerne-
„ retrur. Concilium noluit in genere se de-
„ dere, idque postea aliquoties recusavit.
„ *Liv. l. 36. c. 29. l. 37. c. 7. &c. 49.*
„ *L. 38. c. 8.* Tandem certis conditioni-
„ bus pax cum Aetolis inita est. *Liv. c. 38.*
„ §. 11.

Faliscis] „ Verba ex Valerio Maximo
„ modo adduximus.

Ad officium vero ejus, &c. l., Hæc per- 5
„ tent ad Ethicam, non ad ius naturæ.

Non sub formula] „ Quæ judici præ-
„ scripta erat. *Vid. §. 47. n. 1.*

Sed ex equo, & bono] „ Prout miseri-
„ cordia, & humanitas impellunt, *d. §. 47.*
„ num. 1.

Neque referre existimat] „ Sufficit enim,
„ quod in potestatem victoris se dedant.

Blandimenta sunt] Solebant enim Ro-
„ mani rerum acerbitate in verbis mitigare;
„ quod exemplis probat Gronovius in not.
„ b. §.

*Ut victor arbiter fiat l., Et liberam de
„ vicitis statuendi potestatem habeat.*

A D S. L I.

D E D I T I O N E S conditionatae] „ Omni-
„ pacto conditions adjici possunt; & prout
„ partes disponunt, ita ius est. De deditio-
„ ne conditionata actum est supra *l. 2. c.*
„ 15. §. 7. n. 2. *l. 3. c. 4. §. 12.*

Quibus vita salva] „ Ita Gabaonitæ vi-
„ tam sibi salvam stipulabantur.

Aut corporum libertus] „ Ne servi fiant.

Aut & quedam bona] „ Exempla vide-
„ supra *l. 3. c. 6. §. 11. n. 2.*

Ana

- Aut etiam universitati] • Ut jus magistratus retineat, &c.
- Mixtum imperium possunt inducere]
- Quomodo id fiat, expositum est *l. 1. c. 3. §. 17.* Et tunc sese dederentes non plus juris possunt transferre, ac ipsi habent: indeque de sua faltem imperii parte disponunt.

A D §. LII.

PRINCIPES obsides dare potest, etiam invitatos; et si onera aliis civibus communia sint, quia in iis, quae praefari tantum possunt a quibusdam, & a capacibus, electio, & judicium principis est, ut in milite eligendo. Sed princeps ipsius, vel haeredibus eorum, damna penfare tenetur, utpote quae ex communi causa sentiunt. Ceterum, obsides persona libera manet, quia obses non est bello captus. Mortuo obside is, qui dedit obsidem, liberatur, si personæ obses est, ut fuit Demetrius apud *Justin. l. 34. c. 3. & ibi not.* Secus si ratione reipublicæ, si scil. ad hanc res pertinet, *l. 5. §. 2. ff. de postum.*

Additio.

- Princeps obsidem etiam invitum dare omnino potest, neque is servus fit quamdiu princeps fidem datam colit. At ubi eam violat, hostis esse incipit, & obsides, qui judicium principis sequi tenentur, itidem pro hostibus reputantur, adeoque omnia in eos, quae in captos, & servos, licent.

Accessiones passionum] • Hactenus Actor egit de fide publica, qua bellum finitur, quatenus in illa spectantur principalia. *Vid. supr. §. 1.* Sequitur nunc tractatio de eadem fide, quatenus in illa spectant accessiones, *ibid.*

Obliges] • De quibus agit usque ad §. 59. Pignora] • De quibus §. 59.

Aut sive voluntate] • Exempla dedimus supra *l. 3. c. 11. §. 18.*

Aut ejus, qui imperium babet] • Etiam invitatis obsidibus: quia hi tenentur defendere rempublicam opibus & operis. Neque obstat, onera reipublicæ non posse uni præ alio imponi. Resp. Verum est, omnes teneri, si per omnes res expediri potest, non si pauci saltem, si que capaces requiruntur. Cum igitur omnes dedi-

Tom. IV.

- non possint, ex medii necessitate quidam saltem inde eligi debent.

Tenebitur illud incommodeum repensare]

- Quia hactenus causa communis est, & quod pro omnium salute impensum est, ab omnibus sustineri debet.

Ut sorte res dirimatur]

- Quia inter plures res capaces unus præ altero non tenetur, adeoque sorti res committenda est. Secus si reipublicæ intersit, ex paribus quosdam retineri.

In vasallum jus hoc feudi dominus non babet]

- Scilicet, ut vasallum obsidem det invitem. *Gron. b.* Nisi & subditus sit: quia vasallus non subest imperio domini directi, sed ex pacto ei paret.

Huc usque pertingunt]

- Illa enim non debentur jure imperii, sed vi beneficii, & ex pacto.

A D §. LIII.

INTERPICTI obsidem posse, diximus]

- Quod verum saltem est si is, qui obsidem dedit, fidem datam violat. *Vid. §. præc. pr. & l. 3. c. 11. §. 18.*

Per jus gentium externum]

- Nimirum, in bello solenni, ad effectum impunitatis inter gentes: quod examinavimus *supra l. 3. c. 4. §. 1. n. 4. & d. c. 11. §. 18.*

Nisi per ipsius culpa accedit]

- At obsidum dum culpa semper accedit si is, qui obsidem dedit, fidem violavit; quia obsides judicium principis sequuntur.

Servi quoque non sunt]

- Quia non ab hoste bello capti, sed ultro in securitatem promissi traditi sunt.

Et jure gentium bona babere]

- Cum enim omnia sua jura retineant, etiam facultate de iis disponendi gaudent.

Quanquam Romano jure causum est]

- Jus Romanum loquitur de obsidibus ab hoste datis. Hi testamentum de suis bonis facere non potuerunt, nem magis, ac captivi, *l. 11. ff. testam.* Ratio in promptu est, quia cives Romani non sunt, qui soli testamenti factionem habent (secus ergo si id eis permittitur, *d. l. 11. vel jus civitatis eis datur, quod fit per accessionem togæ Romanæ, l. 32. ff. juri. fisci): hinc si decedunt, bona eorum tanquam vacantia in fiscum coguntur, *l. 31. ff. jure fisci.* Atqui haeredes forte ab intellecto ipsius sunt, quibus haereditas non ex jure civili, sed ex*

B b b

• ex jure naturæ desertur. Resp. Hæredes
• illi hostes sunt, qui nihil ex testamen-
• to capere possunt. Hinc aliud in Gallia
• obtinere, ajunt, si obsides liberos, vel
• agnatos in Gallia habent. Gotb. ad l. 31.
• ibique Larr. Dec. Graecat. 9. n. 7.

A D S. LIV.

A N fugere obsidi liceat, queritur] Resp. Non potest fugere si ipse se dedit, quia contra pactum suum agit. Secus si princeps obsidem dedit, quia princeps dedendo jus saltem suum imperii transtulit, adeoque quoad jura privata habetur pro captio, & injuria se detineri, contendit. At recipi neutro casu a civitate potest, quia contra proprium factum veniret. Atque hinc merito Eduardus III. accusavit Philippum regem Galliarum, quod obsidem fugientem reperit.

Quid si vero obses invitus datus afgiens mox recipiatur? Resp. in eum tanquam in hostem statui potest. Hinc obsides Tarentini fuga retracti virgis casi, & de faxo dejecti sunt. Liv. l. 25. c. 7.

Additio.

• Obses fugere nequit. Cum enim se, omniaque sua jura in civitatem contulerit, ejusque legibus se paritum promisit, nunquam invitus dedi censetur, in primis cum de salute civitatis agatur, quam etiam vita periculo defendere tenetur.

S i ab initio] • Adeoque si sua voluntate deditus est.

A u t postea quo laxius haberetur] • Si quidem ab initio invitus fuit, sed postea fidem dedit.

Non is animus fruſſe civitatis obligandi civem ne ausigeret] • Vera ratio est, quia civitas jus suum imperii saltem transtulit, juribus privatis integris relictis.

Sed boſti dandi facultatem qualis vellet custodia] • Si proinde non satis custodiatur, sibi imputare debet.

Et sic defendi potest Clælia factum] • Vid. supra l. 3. c. 11. §. 18. n. 3. Et l. 3. c. 3. §. 14.

A D S. L V.

Auctor ait, obsides in unam causam datos, in aliam retineri non posse, quia odiosa est obsidum obligatio, adeoque stricte interpretanda. Vera ratio naturæ est, quia extra illam causam deficit dispositio, ex qua sola obses obligatur.

Additio.

• Atqui pignus ex una causa datum ob aliud debitum retineri potest. L. un. c. etiam ob cbirogr. Resp. hæc lex est meritis juris civilis. Vid. Jus meum controver. tit. de pign. q. 17. Conf. infr. §. 59.

Odiosa autem est obsidum obligatio]

• Immo nec odiosa, nec favorabilis est; oritur enim ex jure, quod superior habet in subditos, ex horum consensu.

Ideoque stricta interpretatio hic locum batet] • Immo nec stricta, nec favorabilis, sed ea, quæ ex natura negotii, id est ex consensu sequitur.

Quare in unam causam dati, Et c.]

• Adeoque qui dati sunt obsides ad inducias, itis cedantibus non possunt ex causa belli retineri: non quia odiosa est obsidum obligatio, sed quia deficit dispositio.

Si aliud quid sine obsidum accessione præmissum sit] • Id est si præter id, in quod obsides dati sunt, de alia re fides data sit.

At si in alia causa fides jam violata sit, Et c. jam poterit obses retineri, non ut obser, Et c.] • Hoc verum est si postquam obses datus est, fides ex nova causa violatur; si ante jam violata fuit, ob veterem perfidiam retineri nulla ratione poterit, quia recipiens obsidem a perfido, jam contrahere videtur cum perfido quatali.

Aut contradictionem debitum] • Quod is, qui obsides in alia causa dedit, præfixo tempore non solvit.

Sed eo gentium jure, quo subditi ex factis imperantium detineri possunt] • Id est, jure repressiliarum, de quo supra lib. 3. cap. 2.

Kar' ἀνδροληπιαν] • Per prehensionem hominum: de qua late egit Auctor l. 3. c. 2. §. 3.

Caveri

Caveri poterit adjectio pacto de reddendis obfidiis, &c.] Immo etsi pactum tale adiectum sit, id tamen intelligendum tantum est nisi alia causa superveniat, ex qua obses retineri jure repressiarum potest. Adeoque addi expresse debet, ut nec ob causam subsequentem retineri debet.

A D S. L VI.

Eo mortuus liberatur] Quia obligatur tantum pro obside, cuius obligatio cefante, uti cessat per mortem, extinguitur quoque accessoria: atque hoc pertinet exemplum Demetrii.

Nam in illo, dum moritur, ius pignoris extinguitur est] Pignus enim non est sine obligatione principali.

Ut in capitulo redempto dixit Ulpianus] Si quis patrem aliquous redemit, ut recepto pretio a filio eum dimittat, & si pater mortuus sit priusquam pretium a filio redderetur, Ulpianus ait, patrem si ne obligacione obiisse, utpote cessante pignore per mortem relentiti, l. 15. ff. capt. & post.

Sicut in Ulpiani quæstione premium non debetur, quod in persona locum successit] Supra enim dictum est, redemptum seruum quidem non esse; sed ratione eum intuitu pretii pignoris loco esse, donec pretium reddatur.

Ita nec hic persona manebit obligata, quæ persona vicaria facta est], Vera ratio est, quod in redempto deficit obligatio debiti, id est pretii relutionis (quia retro mortuus censetur), adeoque & ius pignoris, quod in redemptum propter illud pretium competebat redimenti. Par ratione is, qui de persona fistenda cavit, ea mortua liberatur, quia principaliter debito extincto, deficit obligatio accessoria.

Quo mortuo cuius obses sit ignorare], Ad eoque cum obses amplius non esset, dimitti se postulabat.

A D S. L VII.

Quæsitur, an rege, cui obses da-

tus est, mortuo finitur obfidium? Negatur: quia non regi datos est, sed civitati.

An fœdus babendum sit reale, an personale] Id est, an cum persona regis initum sit, an vero cum eo ut capite poluli.

Nam accessoria non possunt efficere ut in principialium interpretatione a regula recedatur] Sensus est, quod, si fœdus sit personale, illud non efficiatur reale ex eo, quod obses adjectus sit: uti nec tunc cum fœdus est reale, adjectio obfidiis efficere potest ut pactum sit personale.

Etas autem naturam & ipsa sequi debent] Si igitur fœdus est reale, etiam obfidium erit reale; proinde rege mortuo adhuc tenetur obses. Si vero fœdus est personale, sublato rege tollitur quoque obfidium.

A D S. L VIII.

Quis si obses non tanquam accessio, sed tanquam Principalis se obligavit? Resp. Tunc est instar expromissoris, teneturque tanquam principalis: ut in sponsione Caudina contigit, ubi id actum est, ut nisi populus ratihaberet, Posthumius solus teneatur.

Interdum non accessionem esse obligacionis], Id est non obligari ut fidejussorem. Factum non suum], Sed alienum, eoque deficiente proprium.

Tenetur ad id, quod interest] Rectius, tenetur ad id, quod promisit. Vid. l. 2. c. 15. §. 16.

Eius vice obligantur obfides], Immo non tenetur vice ejus ad id, quod interest, sed ad id, quod promiserunt: si præstare non possunt, corpus dedi debet. d. §. 16.

Quam siuisse sententiam Caudina sponsionis] Ubi Posthumius promisit, se, ni populus ratihaberet, rediturum. Hic autem non liberatus est præstanto id, quod interest, sed deditus est hosti.

Obfides etiam sine consensu suo, &c.] Si populus, qui obfidiem dat, ut ut invictum, fidem datam violat, obses omnino tenetur ex facto regis, quia factum illud appro-

- » approbat. & approbare tenetur : causam
- » igitur hostis sequitur.

A D §. L IX.

A T R I A species accessionis est *pignus*, quod in securitatem foederis datur: quod ex pacto, & dispositione partium dependet.

Et ex alio jam debito retinentur] » Jure repressaliarum. *Vid. §. 55.*

Nisi obstat fides data] » Nam caveri potest pacto adjecto de reddibili pignoribus, ubi id, cuius nomine data sunt, impletum erit. *d. §. 55.* Quod verum esse, diximus, si expresse additum sit, in nullam aliam causam intervenientem retineri posse.

Non tam stricte sumatur, quam illa de oblidibus; neque enim aequaliter est odium] » Sensus est, causam pignoris esse favorabiliorem, quam oblidum, quia laxius agere possumus cum rebus, quam cum hominibus. At verum non est, pignoris causam magis esse favorablem. Verum quoque non est, jure naturæ differentiam juris oris ex odio, vel favore, uti alibi vidimus.

Res enim naturæ sunt ut teneantur] » Id est ut alienentur, & usu consumantur.

Nisi ergo homines] » Evidem non sunt nati ut teneantur; sed nati sunt ut, si civitati se subjiciunt, factum suæ civitatis præstare teneantur.

A D §. L X.

N U L L U M tempus id efficere posse ne

luitio sic pignoris] » Quia præscriptiones sunt juris civilis; adeoque jure naturali temporis lapsu jura non finiuntur, etiæ præsentis possessionis deficiat memoria.

Si id præstetur, &c.] » Tunc enim tolitur obligatio principalis.

Nam qui actus causam veterem, ergo novam babet, &c.] » Sensus est, quod actus hujus causa duplex reddi possit: alia intuitu debitoris, qui ex veteri contractu se tutum putat; alia intuitu creditoris, qui ex derelicto sibi jus quæsitum opinatur.

Non creditur ex nova procedere] » Id est, ex derelictione. At frustra haec dicuntur. Vera ratio est, quia tempus non est modulus finiendæ obligationis.

Veteri contractui] » Scilicet, pignoris, ex quo constat, creditorem rem alienam sub conditione tenere, qua existente res ei restitui debet.

Non derelictioni] » Id est, non præsumitur derelicta, sed is animus probari debet.

Nisi certa conjectura aliam interpretationem exprimant] » Ex conjecturis nihil probatur: sed animus ille factis certis, & indubitate probari debet.

Uti si quis luere cum vellet, impeditus id silentio transnisi set] » Hoc factum non sufficit, quia debitor allegare potest, se ob potentiam creditoris impeditis, vel ob penuriam sumptuum, jus suum persequi non potuisse.

Tanto tempore, quod ad consensus conjecturam sufficere posset] » Immo nullo tempore conjectura talis sufficit. *Vid. d. l. 2. c. 4. §. 1.* & jure Romano id demum ex utilitate publica statutum est, ut dominia, & possessiones rerum aliquando certa sint.

CAPUT

C A P U T X X I.

De fide manente bello , ubi de induciis , commeatu ,
captivorum redemtione.

- I. *Induciae quid sint , & an id tempus veniat pacis an belli nomine.*
- II. *Vocis origo.*
- III. *Nova indictione post inducias non opus.*
- IV. *Quomodo computanda sint tempora induciis praesinita.*
- V. *Quando obligare incipient.*
- VI. *Quid per inducias liceat.*
- VII. *An retrocedere , & reficere mania , & similia.*
- VIII. *De locis occupandis distinctio.*
- IX. *An redire posse , qui vi majore retentus est , circa exitum induciarum.*
- X. *De specialibus induciarum passionibus , & que inde queri solent.*
- XI. *Induciuarum passionibus ab altera parte ruptis , alteram bellum movere posse.*
- XII. *Quid si pena addita fuerit ?*
- XIII. *Privatorum facta quando inducias rumpant.*
- XIV. *In jure commeandi extra inducias qualis sumenda interpretatio.*
- XV. *Qui militum nomine veniant.*
- XVI. *Irē , venire , abire , quomodo hic accipienda :*
- XVII. *De extensione ad personas :*
- XVIII. *Ad bona.*
- XIX. *Comitis , & gentis nomine qui veniant :*
- XX. *An concessio juris commeandi morte extinguitur :*
- XXI. *Quid si data sit , donec qui dedit voluerit ?*
- XXII. *An securitas & extra territorium debeatur.*
- XXIII. *Favor redemtionis captivorum :*
- XXIV. *An lege interdici redemtio possit , distinctione explicatur.*
- XXV. *Jus in captivum cedi posse :*
- XXVI. *Posse ab uno pretium pluribus deberi :*
- XXVII. *Conventio an rescindi possit ob divitias captivi ignoratas.*
- XXVIII. *Que bona capti captorem sequantur.*
- XXIX. *An heres pretium debeat , distinctione explicatur.*
- XXX. *An redire debeat qui dimissus est ut alterum liberet , eo mortuo.*

^a *AEn. X.*
^b *Ann. 532.*
^c *Tacito loquar , & belli commercia , Homero & Virgilio , + qualia sunt induciae , + commeatus , + captivorum redemtio.*
^d *Induciae sunt conventio , per quam , bello manente , ad tempus bellicis actibus abstinentur.*
^e *Bello , inquam , manente :*
^f *Ann. XIV.e.33.*
^g *bif.*
^h *III.c. 81.*
ⁱ *Iliad. L. XXII. vers. 261.*

G R O N O V I I.

¹ *Belli commercia] Commutationes , communicationesque nihil hostile habentes.*

^a Cap. I. niente : nam , ut Cicero ait Philippica ^a octava ; ⁺ inter bellum , & pacem ;
^b Ethic. nihil est medium : ⁺ & bellum ² status est nomen ; ⁺ qui potest esse etiam
^c Nic. Lib. I cum ³ operationes suas non exserit . : denū inīxodai η καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρπήν
^d a. 3. c Lib. η ἀπόκτειν διὰ βίου , ait ^b Aristoteles : fieri potest ut virtute quis sit prædictus ,
^e VIII. c. 6. ^c aut dormiat , aut vitam agat actione vacuam . Idem ^c alibi : αἱ τόκες
^f d Para- pbr. Lib. I εἰσαγένεται τὸν φίλον σπλάνκνος , οὐδὲ τὸν ἐντείνειν non ipsam amicitiam dissolvunt lo-
^g c. 14. pag. 47. corum intervalla , sed usum ejus . Andronicus ^d Rhodius : τὸν ἔχειν ἐντείνειν ὑπό-
^h χρηστον μὲν ἀποτελεῖν habitus esse potest , ita ut nihil operetur . Eustatius ad
ⁱ Cap. I. sextum ^c Nicomachiorum : η ἔχεις πρὸς τὸν ἄπλωτον δύναμαν ἐντείνειν λέγεται πρὸς δὲ
^j τὸν ἐντείνειν η προσίστον δύναμας , ὡς ἐν τῷ κοινωνίᾳ γνωμῆτρι γνωμητική habitus , poten-
^k tia simpliciter dicta ratione habita , ⁺ actus dicitur : at ipsi actioni frēe exer-
^l citio comparatus vocatur potentia , ut ars mensoria in dormiente mensore .

^f Hora-
tius I. sat.
3. verf.
129, &
seqq.

^a Ut s' quāmvis tacet Hermogenes , cantor tamen atque
^b Optimus est modulator : ^c Alfeius vafer omni
^d Abjecto instrumento artis , clausaque taberna
^e Sutor erat .

2. Sic ergo , ut & Gellius ^f dixit , ⁺ non pax est inducia : bellum
^g Noct. enīm manet , pugna cessat . Et in panegyrico ^b Latini Pacati legimus : in-
^h Attic. Lib. duciae ⁴ bella suspendebant . Quod eo dico ut sciamus , ⁺ si quid convenient ,
ⁱ I. c. 25. b Cap. 9. ut belli tempore valeat , id per inducias quoque valere ⁺ nisi manifeste
^j appareat , ⁱ non statim spectari , sed ipsas functiones . ⁺ Contra , si quid
^k Men. XL de pace dictum erit , id induciarum tempore locum non habebit ; quan-
^l quam ⁱ Virgilius ^o + pacem sequestram dixit , Servius ad eum locum.
^m Ad Lib. ⁿ pacem temporalem , ut & Thucydidis ^o scholiastes ^p ἐπίνην πρόστατος , πό-
^o E. c. 40. p. λευον ὁδίνεσσαν , Varro ^q + pacem castrorum , ^r patricorum dierum : quæ omnes
^s 24. n. 3. Ed. Oxon. sunt ⁺ non definitiones , sed delineationes quædatim , ⁺ et que figurante . Qua-
^t lis & illa Varronis , cum inducias dixit ⁺ bellorum ferias , potuerat &
^u bellum :

G R O T I E .

^v Non statim spectari] Non esse pactum ge-
^w nerale , aut de universis circa rem aliquam a-
^x gnotiendis , sed de eo , quod Tethel , iterumque
^y fieri debeat .

^z Pacem sequestram] Sagittifer , penes quem
^{aa} res controversa interim deponitur : aut qui
^{ab} mediis intervenient duobus certantibus ; ita pax
^{ac} sequestra ^z per quam ad tempus deponitur cer-
^{ad} tamen belli , aut quæ intervenit certaminis
^{ae} media .

^{af} 7. Bk. viii πρόστατος] Pacem temporariam ,
^{ag} eaducam , quæ bellum parturit .

^{ah} 8. Pacem castrorum] Quidam castra esse indicium
^{ai} est esse bellum : non ergo hac pax sim-
^{aj} pliciter , sed bello durante pax intercedens .
^{ak} (Varro dixerat , Pax castrensis &c . Locus est
^{al} apud A. Gell. d. L. I. c. 25. ubi & quod se-
^{am} quitar ejusdem , ab Auctore nostro observatum .
^{an} J. B .)

^{ad} a Ut quāmvis tacet Hermogenes] Seneca de
^{ae} Beneficiis IV. c. xi. Est disertus , etiā qui
^{af} tacet .

^{ag} b Abjecto instrumento artis , clausaque taberna
^{ah} Sutor erat]

^{ai} Seneca dico jām loco : artifex est etiā cui
^{aj} ad exercendam artem instrumenta non suppetunt .

G R O N O V I N .

^{ak} a Status est nomen] Conditionem temporum
^{al} designat . I. I. 2.

^{am} 3 Operationes suas non exserit] Non pugna-
^{an} tur , caditur , capitur , nocetur , turbatur .

^{ao} 4 Bella suspendebant] Differebant , & quali-
^{ap} tenebant in pugnanti , in suspensi .

+ belli somnum dicere. Sic & ipsas + forense ferias pacem vocavit + Pa-
pinius : & + somnum (aa) Aristoteles vinculum sensuum, quo exemplo,
& inducias + belli vinculum recte dixeris.

3. In M. Varro's autem expositione, quam & Donatus + sequitur, ^{a Ad Ter.}
hoc + recte reprehendit ^b Gellius, quod paucos dies adjectit, ostendens
solere + & in horas dari, addam ego & + in annos etiam viginti, triginta, ^{c L. post-}
+ quadraginta, etiam + centum : quarum apud Livium exempla, + quae
& illam ^d Pauli Jurisconsulti definitionem redarguunt : inducias sunt cum ^e L. post-

^f in breve, & in praesens tempus convenit, ne invicem se laceffant. ^{liminium.}
4. Fieri tamen poterit, ut si appareat, alicujus conventionis + ra-
tionem unicam, & per se moventem in solidum fuisse ^g cessationem ac-
tuum bellicorum, + ut tunc, quod de pacis tempore dictum est, per in-
ducias valeat, + non ex vi vocis, + sed ex mentis certa collectione, de
qua + alibi ^h eginus.

II. Videtur autem induciarum nomen non ab eo, quod Gellius vult,
+ inde uti jam, nec ab endoitu, id est, introgressu, ut + Opilius voluit,
venisse, + sed quod inde, i. e. a certo tempore ⁱ otium fit, quo
modo + ^j Græci vocant. Apparet enim etiam + ex Gellio & O-
pilio, veteribus per t, non per c literam scriptum hoc nomen, quod nunc
pluraliter profertur, olim haud dubie etiam singulariter. Vetus scriptura
fuit + indoitia : nam otium tunc + oitium enunciabant a verbo oiti, quod
nunc uti dicimus, + sicut ex poina (nunc pñnam scribimus) fit punio, &
ex Poino (qui nunc Pñsus) fit Puricus. Sicut autem ex eo, quod est ostia, ^k f. loco.
ostiorum, factum est nomen ^l Ostia Ostia : + sic ex indoitia indoitiorum, ^m Ad Tr.

factum est indoitia, indoitiae, deinde indutia, cuius, ut dixi, + plurale
nunc tantum in usu est. olim, ut Gellius ⁿ monuit, etiam unitatis nu-
mero enunciabatur. non longe abit Donatus, ^o cum inducias dictas vult,
quod in dies otium præbeant. + Sunt ergo inducias in bello otium (bb), ^p Ang. L.
non pax : itaque accurate loquuntur historici ^q, + qui narrant saepe, pa-
cem negatam, inducias datas.

+ III. + Quare i nec nova ^r inductione opus erit : nam ^s sublatu

impedimento temporali, + ipso jure se exserit status belli ^t non mortuus,

^u Mart.

^v Laud.

^w 29.

sed

G R O T I I.

e Sicut ex poina (nunc pñnam scribimus) fit
punio] Vide Servium in X. Aeneidos ad vocem
majorum. (vers. 24.)

d Ostia Ostia] Et ex obrea, obreorum, fa-
ctum est ostrea, ostreas.

G R O N O V I I.

g Forense ferias pacem] 4. Silv. 4. Certe jam
Latiae non miscent iugia leges, Et pacem piger-
amus habet. (Verf. 39, 40.)

h Cessationem actuum] Non ut cessaretur
propter aliud, velut colloquii causa, aut reli-
gionis, aut similium, sed tantum ut cessaretur,
velut in longis multorum annorum inducias.

i Otium fit] Otium pro pace Cicero a,

fam. 17. Si antea auditum erit otium esse in
Syria, legiones venturae non sunt. Agrar. 2,

27. Ego vobis in hunc annum consul popularis
affero pacem, tranquillitatem, otium.

12 Indictione opus erit] Ad bellum post in-
ducias repetendum.

13 Sublatu impedimento temporali] Elapse
tempore inducias præstituto.

14 Non mortuus, sed sopitus] Non extinctus,
abolitus, sed intermissus; non finitus, sed sus-
penitus.

(aa) Vide Philosophi Librum De Somno, &
Vigilia, Cap. 3. in fine. J. B.

(bb) De toto isto argumento confer PU-
FENDORIUM nostrum, De Jure Nat. &
Gent. Lib. VIII. cap. 7. §. 3, & seqq. J. B.

G R O-

sed sopus, ut ¹⁵ + dominium, & patria potestas in eo, qui a furore convaluit. Legimus tamen apud ⁺ Livium, ex facialium sententia + finitis induciis indictum bellum: sed nimurum istis non necessariis cautionibus ostendere veteres Romani voluerunt + quantopere pacem amarent, & quam justis de causis in arma traherentur. Innuit hoc ipse ⁺ Livius: cum Vejentibus nuper acie dimicatum apud Nomentum, ^{et} Fidenas fuerat, induciæque inde, non pax facta, quarum ^{et} dies exierat, ^{et} ante diem rebellaverant: missi tamen faciales, nec eorum, cum more patrum jurati repeterent res, verba sunt audita.

⁺ IV. 1. Tempus induciis adscribi solet + aut continuum, ut in cunctum dies, + aut cum designatione termini, ut usque calendas Martias. ⁺ In priori ¹⁶ ad momenta temporum facienda est numeratio: + id enim naturæ convenit. nam + quæ sit ¹⁷ ad civiles dies computatio, + ex legibus, aut populorum moribus venit. ⁺ In altero genere dubitari solet, + utrum ad quem diem, aut mensem, aut annum dictum est duraturas inducias, is dies, mensis, ^b annus exclusus, an comprehensus intelligatur.

^b L. anniversarius. 134.
D. de verbis signis.

2. Certe in rebus naturalibus duo sunt terminorum genera, ¹⁸ + intra rem, + ut cutis terminus est corporis: ¹⁹ + extra rem, + ut flumen terminus est terræ. Ad utrumque hunc modum, etiam qui ²⁰ voluntate constituuntur, termini + constitui possunt. Magis autem naturale videtur, + ut terminus sumatur qui pars sit rei: ^{πέρας λίγιαν τὸ ἔχαστον εὐάστου}, terminus dicitur quod ultimum citiusque est, inquit ^c Aristoteles: + nec usus repugnat. si ^d quis sic dixerit, ut intra diem mortis ejus aliquid fiat, ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur. Prædixerat Cæfari Spurina periculum, quod non ultra Idus Martias proferretur. ^e Interpellatus ipsis Idibus, dixit ^f + venisse quidem, sed non præteriisse. Quare multo magis sumenda est hæc interpretatio, + ubi temporis productio favorem in Cæf. c. 81. fe habet, ut in induciis, quæ humano sanguini parcunt.

3. At vero, ²¹ + a quo die mensura aliqua temporis incipere dicitur, is dies intra mensuram non erit: + quia ejus propositionis vis est discernere, non conjungere.

⁺ V. Illud

G R O T I L.

^e Ut terminus sumatur qui pars sit rei J Baldus de statutis in verbo usque. Bartolus in l. patroons. D. de legatis III. & l. nupta D. de senatoribus. Archidiaconus in c. ecclesiastis, XIII. q. 1. Hieronymus de Monte libro de finibus c. 23. f Venisse quidem, sed non præteriisse J Dion: πολέμων, γένεται καὶ παρελθεῖτε. (Lib. XLIV. pag. 281. E. Ed. H. Steph.) Appianus: πόλεμον αἱ Εἰδοὶ, αἱ δὲ παρελθεῖσαι. (Postrema verba non tantum sunt Appiani, (De Bell. Civ. Lib. II. pag. 522.) sed & PLUTARCHI, qui tribuit ea Haruspici, Cæfarem de adventu Iduum sibi gratulantem castriganti, Vit. Cæf. pag. 737. E. Tom. II. Ed. Web. J. B.

¹⁵ Dominium] Administratio rerum suarum. ¹⁶ Ad momenta temporum] Ab hora, quæ consensum est in inducias, ad horum eandem centesimi diei.

¹⁷ Ad civiles dies] Ut quæ supersunt horas ultimi diei, simul comprehendantur, ut l. 38. D. de V. S.

¹⁸ Intra rem] Extremitas, vel ultima pars rei.

¹⁹ Extra rem] De proximo rem attingentia. ²⁰ Voluntate] Arbitrio hominum, ubi natura non facit terminos.

²¹ A quo die] Ut sit, poss quem diem; non, cum quo die.

G R O.

+ V. Illud obiter addam, inducias & si quid est simile, ipsos contrahentes + statim obligare ex quo contractus absolutus est : at subditos utrinque obligari incipere, ubi induciæ ²² acceperunt formam legis, cui inest exterior quædam publicatio : qua facta + statim quidem incipit habere vim obligandi subditos, sed ea vis, si publicatio uno tantum loco facta sit, non ²³ per omnem ditionem eodem momento se exserit, + sed per tempus sufficiens ad perferendam ad singula loca notitiam. Quare si quid interea a subditis contra inducias factum sit ^a, + ipsi a poenis immunes erunt, g + neque tamen eo minus contrahentes damnum refarcire debebunt.

+ VI. I. Quantum per inducias liceat, quantum non liceat, + ex ipsa definitione datur intelligi. Illiciti enim sunt + omnes actus bellici, + sive in personas, sive in res, id est, + quicquid vi fit adversus hostem: id enim omne per induciarum tempus + fit contra jus gentium, ut in concione ad milites loquitur L. Æmilius apud ^b Livium.

2. Etiam quæ res hostium ²⁴ casu aliquo ad nos pervenerunt, ex + reddendæ erunt, + etiamsi ante nostræ fuissent: quia, quod + jus externum attinet, + ex quo hæc dijudicanda sunt, + ipsorum sunt factæ: & hoc est, quod ait Paulus jurisconsultus, c + induciarum tempore postliminium non esse, + quia postliminium requirit, ut antecedat jus bello capiendi: quod per inducias non est.

3. + Ire, & redire ultro, citroque, + sed eo paratu, qui periculum nullum ostentet, licet. Notatum hoc ^c a Servio ad illud ^d Maronis, Mixtique impune Latini, ubi & hoc narrat, obsessa urbe a Tarquinio inter Porsennam, & Romanos factis induciis, cum ludi Circenses in urbe celebrarentur, ingressos hostium duces curuli certamine contendisse, & viatores coronatos.

+ VII. Interius ²⁵ recedere cum exercitu, quod Philippum fecisse legimus apud ^e Livium, + cum induciis non pugnat: + nec reficere mœnia, nec militem conscribere, i + nisi quid specialius convenerit.

VIII. I. Corruptis ²⁶ hostium præsidiis loca invadere, quæ ipsi tenabant, + haud dubie contra inducias est. + talis enim acquisitio justa esse non potest, nisi ex jure belli. Idem habendum, + si qui subditi deficere ad hostem velint. Exemplum est apud Livium, lib. XLII. f Coro- f Cap. 46. nes,

G R O T T E.

g Neque tamen eo minus contrahentes damnum refarcire debebunt] Ut de Scione apud Thucydidem IV. (Cap. 122.) Defendi itaque non potest quod ab Hispanis in Italia factum narrat Mariana XXVIII, 7.

h A Servio] Ad XI. Æneidos. (vers. 134.)

i Nisi quid specialius convenerit] Ut apud Parutum lib. III.

Tom. IV.

^a Bart. ad
^b omnes
pop. Pan.
^c 2. de
const. &
^d ibid. Fel.
^e 7.

^b Lib. XL.
^c 27.

^c L. 19.
^d i. D. de
Captiv.

^d En. XI.
^e 134.

^e Lib.
XXXI. c.
38. Add.
Frontinus
l. II, c. 13.
n. 8.

^f Cap. 46.

G R O N O V I I.

22 Acceperunt formam legis] Ex quo solemiter promulgata sunt.

23 Per omnem ditionem] Per omne territorium.

24 Casu aliquo] Non industria, aut opera nostra.

25 Interius recedere] Intra fines ex eo loco, unde alioqui non facile sine confictu digredimur, ut Philippus apud Liv. 31, 39.

26 Corruptu] Sollicitatis ad defensionem pecunia, vel promissio, ut Sulla iliusit L. Scipioni. Appian. I, civ. pag. 401. Flor. 3, 21.

C C C

G R O

nei, & Haliartii favore quodam insito in rages legatos in Macedoniam misserunt praesidium petentes, quo se adversus impotentem superbiam Thebanorum tueri possint. Cui legationi responsum ab rege est, praesidium se ob inducias cum Romanis factas mittere non posse. Apud Thucydidem libro a quarto Brasidas Mendam civitatem ab Atheniensibus ad Lacedæmonios deficiente induciarum tempore recipit: sed additur excusatio, + quia habebat 27 quæ ipse vicissim Athenienses criminaretur.

2. + Derelicta sane occupare licet, + dum vere derelicta, id est, eo animo ne amplius sint quorum fuerant, + non si incustodita, sive custodia ante inducias, sive factis induciis omissa sit. + dominium enim manens injustam facit alterius possessionem. quo refellitur Belisarii adversus Gothos b Proc. II. cavillatio, b qui tali obtentu k loca praesidiis nudata per inducias inva- Gottb.c.7. ferat.

IX. 1. Quæritur, an qui 28 vi majore impeditus quo minus recederet, intra fines hosticos deprehenditur postquam exierint inducias, jus redeundi habeat? + Si jus externum gentium respicimus, non dubito + quin hic par sit ei, qui cum in pace venisset bello repente exorto inter hostes fato suo deprehenditur, quenam captivum manere ad pacem usque, supra c notavimus; + neque justitia interna deest, + quatenus bona, & c Lib. III. a. 9. §. 4. actiones hostium pro debito civitatis obligantur, + & 29 in solutum capiuntur: + nec magis hic quod queratur habet, quam tot alii ianocentes, in quos bellorum mala recidunt.

*d L. Ca-
sar. 15. L.
interdum.
16. §. si
propter. 8.
D. de pu-
blican.* 2. + Nec quæ 30 de commissi causa d circa merces tractantur adferri huic debent, nec quod 31 apud Ciceronem est de inventione secundo, de nave rostrata vi ventorum in portum delata, quam 32 ex lege quæstor publicari volebat. 33 Ibi enim + vis major a poena liberat; 34 + hic + proprie de poena non agitur, + sed de jure, quod certo tantum tempore interquiescebat. Tamen + quin tale remittere, + benignius, quin & generosius sit, nullam habet dubitationem.

+ X. Sunt & quædam + per inducias illicita, + ob speciale conveniotionis naturam; ut si tantum + sepeliendorum hominum causa daræ sint inducias, nihil erit immutandum: sic 1 si obfessis daræ inducias tantum ne oppu-

G R O T T I.

k Loca praesidiis nudata] Portum, Centum-cellas, Albanum.

l Si obfessis data inducia tantum ne oppugnatur] Ut a Totila Neapolitanis apud Procopium. (Gothic. III. 8.)

G R O N O V I I.

27 Quæ ipse vicissim Athenienses] Fecisse contra inducias. Vel quibus ipse. (Nisi hel- lenismo uti voluerit Auctor, videtur potius scripsisse, quæ ipse vicissim in Athenienses cri-minaretur; & rò in postea omissum à Typographis, ob similitudinem vocis præcedentis in im desinentis. J. B.)

28 Vi majore] Oeū Bix. l. 25. §. 6. C. locati: quæ consilio humano neque provideri neque vitari potest.

29 In solutum] Vicem ejus, quod solvi debet.

30 De commissi causa] Si tempestate acta na-vis prætererit locum, ubi applicare debebat, & vettigali solvere: vettigali autem non foliato merces incident in causam commissi.

31 Apud Ciceronem de inventione secundo] Cap. 32.

32 Ex lege] Si qua rostrata navis in portu deprehensa esset, ut publicaretur.

33 Ibi enim] In commissis.

34 Hic proprie] In detinendo eo, qui deprehenditur inter fines.

G R O

oppugnantur, + jam auxilia, & commeatus admittere non licebit: nam cum tales inducere alteri partium profint, + non debent interim ejus, qui dedit, causam duriorem facere. Interdum & ³⁵ convenit, ne commeare liceat. In Interdum personis cavetur, non & rebus: quo casu ³⁶ si ad res defendendas lèdentur personæ, nihil contra inducias fiet: + nam cum liceat res defendere, personarum securitas ³⁷ ad id, quod principale est, non quod in alicujus consequentiam venit, referenda est.

XI. Si fides induciarum a parte altera rumpatur, quin lèso liberum sit + etiam sine inductione ad arma venire, frustra dubitatur. + nam capita ³⁸ conventionis insunt conventioni per modum conditionis, ut paulo ^c ante diximus. Reperias quidem in historiis exempla eorum, ³⁹ + qui fustinuerint in fine induciarum. Sed & bellum illatum Hetruscis & aliis, quod contra inducias fecissent, legas: quæ diversitas + argumento est, jus ita esse ut dicimus, + sed eo jure uti, vel non uti, in arbitrio esse ejus, qui lèsus est.

XII. Illud constat, + si ⁴⁰ poena conventa poscitur, & persolvitur ab eo, qui contra fecit, + jam bellandi jus non esse: + ideo enim poena solvit, ut cætera salva maneant. Et contra, si ⁴¹ bellum moveatur, recessum a poena censi debet, + quando optio data est.

XIII. + Privata tamen facta non rumpunt inducias nisi publicus actus accedat, + puta ⁴² imperii, aut ratihabitonis, quæ etiam intelligitur accedere, + si qui deliquerint nec puniantur, nec dedantur: + si non reddantur res.

XIV. + Jus commeandi + extra inducias ⁴³ privilegium quoddam est. quare in ejus interpretatione sequenda sunt quæ ⁴⁴ de privilegiis traduntur. Est autem hoc privilegium + neque tertio noxiū, + neque danti admodum grave: + ideo ⁴⁵ intra verborum proprietatem laxa magis, quam stricta interpretatio admittenda est, + eoque magis si non petenti <sup>c. Vide su-
pra l. II,
c. XVI. §.
datum 12.</sup>

G R O T I N.

In Interdum personis cavetur, non & rebus] Vide o. significavit II. de Judæis. De inducias cum exceptione locorum exempla habes apud Procopium, & Menandrum Proterorium.

G R O N O V I I.

³⁵ Convenit, ne commeare] Diserte ponitur in pactis induciarum, ne utrimque inter partes hostiles liber sit commeatus.

³⁶ Si ad res defendandas] Si, quæ res alterius invadunt, violentur persona.

³⁷ Ad id quod principale] Ita accipienda est, ut directo, & per se personæ nihil hostile facientes non lèdentur; non, ne lèdentur, dum ea, quæ per inducias licet arcere, ac prohibere, attentant.

³⁸ Conventionis iusunt] Omnia conventionis capita infirmantur, & lèdentur in uno, quasi singulis esset adjectum, hoc caput salvum fo-

re, si & cætera salva fuerint.

³⁹ Qui fustinuerint] Non reddiderint par pro pari, & ruptis ab altera parte inducias profiluerint vicissim ad hostilia, sed exspectaverint finem.

⁴⁰ Poena conventa] In pacto induciarum eocafu, si quis eas violet.

⁴¹ Bellum moveatur] Post violatas inducias alter vicissim taliquid hostile fecerit, ipsam conventam polere nequit: jam enim videtur legisse alterum eorum, quæ optare potuit.

⁴² Imperii, aut ratihabitonis] Si iussa fuerint aut approbata ab eo, penes quem imperium est.

⁴³ Privilegium quoddam] Certis personis plurimque datur, quum in aliis maneat bellum.

⁴⁴ De privilegiis] Juribus singularibus, quæ non ad exemplum trahuntur. §. 6. Inst. de J. u. g. c.

⁴⁵ Intra verborum proprietatem] Quatenus propria verborum significatio permittit.

datum beneficium , sed ultro oblatum sit ; + multoque magis , si ultra privatam publica quædam utilitas in negotio vertatur . + Rejicienda ergo stricta interpretatio , etiam quam ferunt verba , + nisi alioqui absurdum aliquod sequeretur , + aut eo ducant probabiles admodum voluntatis conjecturæ . Contra vero + etiam extra proprietatem laxior interpretatio locum habebit , ut simile absurdum vitetur , + aut ex valde urgentibus conjecturis .

XV. Hinc colligimus , ⁴⁶ datum militibus commeatum + non ad medios tantum , + sed & summos duces porrigi : quia verbi proprietas admittit eam significationem , + quanquam est & alia strictior . Sic ⁴⁷ nomine ^a clericorum venit episcopus . Etiam , ^b qui in classibus sunt + nautæ , milites intelliguntur , + & omnes omnino , qui sacramentum dixerunt .

^a Can. in
^a cum in
œundis. 7.

^b L. I. S.
S. cum ve-
ro. 2. De
Elect.

^b L. I. S.
I. D. de
bon. poss.
ex test. nul.

^c Diod.

Sic. lib.
XVII. c.
84.

XVI. 1. ⁴⁸ In itu cautum & de reditu censetur , + non hoc ex vi verbi , sed ut absurdum vitetur : + neque enim ⁴⁹ inutile esse beneficium debet . + Et abitus tutus intelligendus , usque dum eo pervenerit , ubi in tuto sit . unde ^a + Alexandri fides accusata ^c , qui , quibus abitum indulserat , eos in ipso itinere jussit interfici .

2. At , + cui abire datum , non & redire : sed nec , cui venire concessum est , ⁵⁰ + mittere poterit : + nec contra ; + sunt enim hæc diversa : + nec extra verba expatiari ratio cogit : ita tamen ⁵¹ + ut error et si jus non det , a poena certe , si qua adjecta est , relevet . + Sed & cui venire permisum est , semel veniet , non iterum , + nisi temporis adjectio aliam suppeditet conjecturam .

+ XVII. Patrem filius , uxor virum non sequitur , aliter quam in jure ⁵² commorandi . nam morari ^d solemus ⁵³ cum familia , peregrinari si ne ea . Famulus tamen unus , aut alter , etiam si expressus non sit , comprehensus censabitur in eo , quem sine tali comitatu ire indecorum foret . C. quam e nam qui aliquid concedit , concedit quæ necessarior sequuntur . necessitas sit . 7. De ^e autem hic ⁵⁴ moraliter intelligenda est .

^d L. pe-
nult. D. de
precario.

^e Abbas

G R O T I I .

ⁿ *Alexandri fides accusata*] Plutarchus : ἔγειτο τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις αὐτὸς τὰ ἄλλα ρευματά
νῷ βασιλικῷ πολεμώσαντος οὐκ εὔχοιτο περοτεσσιν
hec velut macula adhaesit bellicus actionibus re-
gū , cetera in bello agere . Et juste , Et rega-
liter soliti . (Pag. 698. C.) Simile factum
Bajazetis contra Vidynenses in Servia habes
apud *Leunclavium* lib. VI.

G R O N O V I I .

⁴⁶ *Datum militibus commeatum*] Si possum
sit in pacto induciarum , concedi liberum iter
in hostiles terras , aut per hostiles militibus ,
non excludi centuriones , tribunos , praefectos ,
sed nec legatos , qui summæ rei præsunt .

⁴⁷ *Nomine clericorum*] Quod clericis con-
cessum , id etiam vindicare potest episcopus .

⁴⁸ *In itu*] Si data facultas eundi , utique & redeundi .

⁴⁹ *Inutile beneficium*] Quod pro beneficio da-
tur , id ita datum intelligitur , ut possit effe-
ctum fortiri .

⁵⁰ *Mittere*] Alium sibi substituere , qui
veniat .

⁵¹ *Ut error*] Ut , si quis hoc fecerit per
errorem , sine fallendi proposito , et si male fe-
cerit , non tamen poena forte in pacto expressæ
subjaceat .

⁵² *Commorandi*] Concessa itione habitandi
causa .

⁵³ *Cum familia*] At familie vel præcipue
partes uxor , & liberi .

⁵⁴ *Moraliter*] Non sine quo simpliciter , &
quocumque modo aliquid esse non possit , sed
sine quo aliquid decenter , & commode esse
non possit .

XVIII. Similiter + bona non quævis comprehendentur, + sed quæ solita sunt ad iter assumi.

XIX. Expresso comitum nomine + non sunt intelligendi hi, ⁵⁵ quorum causa magis est odiosa, quam ipsius cui prospicitur. + Tales sunt piratæ, latrones, transfugæ, desertores. + Gentis expressum nomen in comitibus, satis ostendit facultatem ad alios non porrigi.

+ XX. Jus commeandi + cum veniat ex vi potestatis, in dubio non extinguitur ⁵⁶ morte concedentis, secundum ea, quæ ^a alibi diximus de regum, & aliorum imperantium beneficiis.

^a Lib. II.
^c 14. §.
II, 12.

XXI. Disputari solet de eo, quod dictum est in hunc modum, ⁵⁷ + *quamdiu voluero*. Et verior est sententia eorum, qui existimant dura-re ⁵⁸ beneficium tale, etiam si ⁵⁹ novus volendi actus non intercedat, + quia durare in dubio præsumitur, quod ad juris effectum sufficit; ^b + non etiam ubi is, qui concessit, ^b desit posse velle; + quod per mortem contingit. + Persona enim sublata; collabitur etiam illa præsumtio durationis, ^b + sicut accidens interitu substantiae.

^b Canon.
in c. si gra-
tiose. 5. de
re/cr. in
VI.

XXII. Commeandi autem securitas ei, cui data est, + debetur etiam extra territorium concedentis: + quia datur ⁶⁰ contra jus belli, quod per se territorio non includitur: ut alibi ^c a nobis dictum est.

^c Lib. III.
c. IV. §. 8.

XXIII. + Captivorum redemptio multum habet favoris, maxime apud Christianos, + quibus lex ^d divina hoc misericordiae genus peculiariter commendat. *Captivorum redemptio*, magnuni, atque præclarum + justitia munus ^e est: verba sunt ^e Lactantii. Ambroso captivos redimere, maxime ab hoste barbaro, + præcipua, & summa liberalitas ^f vocatur. Idem ^g defendit suum, & ecclesiæ factum, p + quod vasa ecclesiæ ⁶¹ etiam initiata confregerint,

^d Matth.
XXV, 36.
^{39.}
^e Lib. VI,
Cap. 12.
^f Lib. II,
off. c. 15.
^{ut} ^g Ibid.
c. 28.

G R O T I I.

his, quæ diximus supra hoc libro cap. V. §. 2.

G R O N O V I I.

⁵⁵ Quorum causa magis est odiosa] Qui minus sunt favorabiles, adeo ut videatur concessurus non fuisse, qui concessit, si suo nomine petuerint.

⁵⁶ Morte concedentis] Sic ut a novo Imperatore novus commeatus sit petendus, si quis uti velit.

⁵⁷ *Quamdiu voluero*] Quoties concessi aliquid alteri licitum fore tamdiu, quamdiu id ei concedere velim.

⁵⁸ Beneficium tale] Postquam semel, iterumque eo ulius est, qui accepit.

⁵⁹ Novus volendi] Etsi nec verbis, neque alio certo signo me adhuc velle ostenderim.

⁶⁰ *Contra jus belli*] Ut in aliquem non licet quod jure belli licet: licet autem in hostes jure belli quidvis hostile etiam extra territorium.

⁶¹ *Etiam initiata*] Quibus ad sacrum usum jam usi fuissent sacerdotes.

^a Non etiam ubi is, qui concessit, desit posse velle, quod per mortem contingit] L. Lucius Titius. 32. de donationibus, ita ut eam emendat vir magnus Antonius Faber, voluero ponens pro volueris. (Conject. Jur. Civ. Lib. II. c. 19.) Adde l. locatio. 4. ff. locasi: Cardinalem *Tusculum* pp. conclusion. 751. lit. p. Reinking. lib. II, classe II. c. 8. num. 30.

^b Quod vasa ecclesiæ etiam initiata confregerint, ut captivi redimerentur] Imitatus hoc Ambrosii factum Augustinus narrante *Poffidio*, (*De Vit. Augustin.* Cap. 24. qui contra carnalem sensum quorundam id factum dicit. Immitatus est, & in eadem Africa episcopus Deogratias, narrante *Victore Uticensi* lib. I. Vas, quod Remigii fuerat, datum ad redimendos a Nortmannis captivos, narrat in Remigii vita *Hincmarus*. Simile factum archiepiscopi Bre-mensis *Rimberti* landat *M. Adamus* Bremensis ecclesiastice historiae cap. 32. Probat hoc synodus universalis sexta, decreto relato in *causam XII*, *quaestione II*. Quæ adjungenda

ut captivi redimerentur. ⁶² *Ornatus*, inquit, *sacramentorum*, *redemtio captivorum est*, & multa alia in eandem sententiam.

XXIV. I. Quibus adducor, ut non audeam indistincte + probare leges illas, quæ captivos redimi vetant, quales + apud Romanos fuisse legimus : ^a *nulli civitati viliores captivi, quam noſtræ*, + ait in senatu Romano quidam. Eadem civitas + *Livio* ^b dicitur minime in captivos jam inde antiquitus indulgens. Nota est in hanc rem Horatii ^c *ode*, ubi captivos redimere vocat ^d *conditions foedas*, & exemplum perniciem trahens : + *flagitio additum damnum*. Sed quod ^e Aristoteles in *Laconum institutis Lib. II.* reprehendit, idem in *Romanorum culpari folet* : + nimis scilicet illa omnia directa ad res bellicas, quasi in illis solis salus civitatis consisteret. Atqui si rem humanitatis modo æstimamus, + satius ſæpe effet, jus, quod bellum petitur, amitti, + quam plurimos homines, & quidem cognatos, aut populares, relinqu in gravissimis ærumnis.

2. Non videtur ergo lex talis justa, ⁶⁴ + nisi appareat opus tali rigore, ut majora, aut plura mala alioqui moraliter inevitabilia caveantur. ⁶⁵ Nam in tali necessitate, cum ^f ipsi captivi ex charitatis lege suam formem patienter ferre debeant, potest hoc eis injungi, & aliis, ne quid contra faciant, præcipi, secundum ea, quæ de cive ob bonum publicum dedendo scripsimus ^g alibi.

XXV. + Non sunt quidem moribus nostris servi, qui bello capiuntur : non dubitem tamen, quin jus exigendi pretium redēptionis a capto posset ab eo, qui captum tenet, ⁶⁶ + in alium transcribi : + nam & incorporalia alienari natura patitur.

XXVI. + Et potest idem pluribus debere pretium, si ab uno dimisus, pretio nondum soluto, captus sit ab alio : sunt enim diversa haec debita ex diversis causis.

XXVII. Conventio de pretio facta + resōndi non potest, eo quod captus intelligatur locupletior, quam credebatur : + quia jure gentium externo, de quo quærimus, ⁶⁷ + nemo cogit suppleret quod in contratu

G R O T T.

^q *Quam plurimos, homines, & quidem cognati, aut populares, relinqu in gravissimis ærumnis*] De Mauritii Imperatoris ob tale factum feria admodum poenitentia vide *Zonaram*. (Lib. XIV. Cap. 13. pag. 77, 78. Ed. Reg.)

G R O N O V I L.

⁶² *Ornatus sacramentorum*] Si supellex ſa-ora impendatur in redimendo captivos, hono-ratur, & ornatur, non violatur.

⁶³ *Conditions foedas*] Quod his milites redun-tur ſegniiores, & facilius armis abjectis in-captitatem conſentiant, certi ſe redemptum iri.

⁶⁴ *Nisi appareat*] Nempe quia tanti taxan-tur, aut id pro eis petitur, quod non potest, niſi gravi reipublica detimento, concedi.

⁶⁵ *Ipsi captivi ex charitatis lege*] Mithridates oppugnans Cyzicum 3000. captivorum in navibus ad urbem admovit, qui manus ten-dentes ad mortua orabant, ut ſibi parcerent cives : donec Lysistratus Cyzicenorum prætor e muro per præconem eos monuit *θέλετο ερυθρίνος τύπαρος αἰχματίτης γενετής*, ut captivi, & in alienam potestatem redacti for-titer fortunam ferrent. *Appian. Bell. Mithr.* pag. 220. *Ed. H. Steph.*

⁶⁶ *In alium transcribi*] Donari, delegari creditori, quo cumque modo alienari.

⁶⁷ *Nemo cogit suppleret*] Non eft dolus ven-ditoris, ſi emtor non intelligens quid emat, obtulit plus iusto : ita nec captivi dolus eft, ſi qui eum tenet, bonorum ejus ignarus, nec in tempore requirendi copia uifus, minoris, quam potuit, eum taxavit.

et tu minus æquo pretio promisit, + si dolus non intercessit: ut intelligi potest ex his, quæ de contractibus supra a nobis explicata sunt.

+ **XXVIII.** Ex eo, quod diximus captivos nostros servos non esse, sequitur, + cœlare illam ^a acquisitionem universalem, + quam accessiōnem esse dominii in personam, ^b diximus alibi. Non alia ergo captori acquirentur, + quam quæ specialiter apprehenderit: quare + si quid clam secum habet captivus, non erit acquisitum, + quia nec possedium. Sicut Paulus jurisconsultus ^c contra Brutum, & Manilium respondit, qui fundum possessione cepit, thesaurum, quem in fundo esse nesciat, non cepisse: quia qui nescit nequeat possidere. Cui consequens est, ut res ^d eo modo celata ad redēctionis pretium solvendum prodeſſe possit, quasi retento dominio,

XXIX. 1. Quæri & hoc solet, + an pretium conventum, & ante mortem non solutum, ab herede debeatur. Expedita mihi videtur responsio, + si in carcere mortuus est, non deberi: promissio enim inerat + conditio, si liberaretur: + mortuus autem non liberatur. Contra, + si mortuus est cum in libertate esset, deberi. Jam enim lucratus erat id, pro quo promissum erat pretium.

2. Plane fateor, & aliter conveniri posse, ut ab ipso contractus momento ^e pure debeatur pretium, & captivus tantum retineatur, non jam ut jure belli captus, sed ut ^f a se oppignoratus: & contra pactum iniri posse, ut procedat pretii solutio, + si die præstituto, qui captus sit, liber vivat. + Sed hæc ut minus naturalia non præsumuntur acta, nisi manifestis documentis.

XXX. Proponitur & illud, + an in carcerem redire debeat qui dimissus est sub pacto, ut faceret dimitti alterum, qui ^g factum morte prævenerit. Diximus ^h alibi, factum tertii + liberaliter promissum + satis impletri, si ⁱ nihil omittitur ex parte promissoris; + at in onerosis obligari promissorem ad id, quod tantundem valet. Sic ergo in proposita quæſitione + non tenebitur quidem dimissus reddere se custodiæ: + neque enim id conventum fuit, + neque tacite actum intelligi patitur favor libertatis, neque debet lucrifacere libertatem, + sed ^j ejus, quod præstare non potest,

G R O T I I.

^k Sed ejus, quod præstare non potest, estimacionem præstabat] Id non fecit Paulus Balionius ea lege dimissus ut Carvajalium restituere libertati, qui Carvajalius, antequam liberaretur, mortuus fuit: quo nomine reprehendit Balionium *Mariana* libro XXX. (Cap. 21.) Sed facti speciem paullo aliter narrat *Paruta* libro II.

G R O N O V I I.

^l Acquisitionem universalem] Etiam rerum incorporalium captivi.

⁶⁹ *Eo modo celata*] Posſit numerari in parte pretii, nec poſſit dicere, qui cepit, eam rem jam suam fuſſe, ex quo dominum ceperit.

^m *Pure debeatur*] Sine conditione plenæ libertatis recuperate.

ⁿ *A se oppignoratus*] Quasi se ipſe pro pretio tantisper pignori dederit, donec id repræsentaretur.

^o *Factum morte*] Mortuus fuerit, antequam poſſet dimitti.

^p *Nihil omittitur*] Promissor fecit quod potuit, ut promissum præstaret, quamvis fortuna intercesserit.

^q *Eius, quod præstare non potest*] Ob alterius mortem aliquid dabit pro sua redēctione.

G R O N O —

*a L. natura-
ralis. 5. §.
I. de præsc.
verb. l. ult.
D. de cond.
ob causi
dati.*

poteſt, æſtimationem præſtabit. Hoc enim + naturali ſimplicitati congruentius, quam quæ ⁷⁵ in actione ^a de præſcriptis verbis, & de condicione ob cauſam dati cauſa non ſecuta Romani juris interpretes tradunt.

G R O N O V I T.

⁷⁵ In actione de præſcriptu verbū] Damnari præcife promifforem, in quantum intereſt mea, illud, de quo conuenit, accipere: vel repeti, quod datum eſt quaſi ob rem datam, re non ſecuta.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTI

LIB. III. CAP. XXI.

HA C T E N U S Auctoſ egiſ de fide pu-
blica, qua bello finis imponitur: hic
agit de fide, quaſe interponitur manente
bello. *Vid. ſupr. c. 20. §. 1.*

A D §. I.

AS U M M I S potestatibus) „, De fide mi-
norum potestatum in bello agit. *c. 22.*
, seq.

Belli commercia] „ *Vid. Gron. b.* Nam &
jura quædam nobis cum hoste commu-
nia ſunt. *Vide l. 3. c. 19. §. 1. n. 1.*
, l. 2. c. 17. §. 9.

Qualia ſunt inducia] „, De quibus uſque
ad §. 14. agitur.

Commeatus] „, De quibus §. 14. *Et*
, seq.

Captivorum redemptio] „, De qua §. 23.
, seq.

Inducia ſunt conventiones, per quam bello
manente ad tempus bellicis actibus abſtinend-
dum eſt] „ *In l. 19. §. 1. ff. capt. Et post.* *inducia* deſcribuntur: *cum in breve*, *Et*
in praefens tempus conuenit, ne invicem la-
ceſſant. Unde Græcis iexiſpiſa, ab iexiſu xelidex,

id eſt cohiberet manus; quod ad manus non
veniatur.

*Inter bellum, Et pacem, nihil eſt me-
diū*] Hoc eſt, quod ſupra diximus,
omnem ſtatū eſſe vel belli, vel pacis,
& tertium non dari.

Et bellum ſtatus eſt nomen] „ Id eſt,
non actio, ſed ſtatus eo nomine indica-
tur: quaſe ſunt verba Auctořis in *l. 1. c.*
, 1. §. 2. n. 1.

*Qui poteſt eſſe, etiam cum operationes
ſuas non exerit*] „ Id eſt, etiam cum vi-
non agitur.

Actus dicitur] „, In omnibus negotiis
moralibus potentia ab actu diſtinguitur,
ſeu jus ab ejus exercitio. *Vid. ſupr. l.*
, 1. c. 4. §. 15.

*Non pax eſt inducia; bellum enim ma-
net, pugna ceſſat*] *Pax* plerumque perpetua
eſt; *inducia* ad breve plerumque tempus
fiunt. Per *pacem* enim tota cauſa decidi-
tur, & de tota liete transigitur regulariter,
indeque perpetua eſt, & omnis liſ ea ſopti-
tur; quia per transactionem controverſia fi-
nitur. *In induciis* fuſpenduntur ſaltem actus
bellici, ſalva lite, & controverſia: adeo-
que natura negotii eſt, ut ad breve ſaltem
tempus fiant, v. g. ad mortuos ſepeliendos

dos, ut de conditionibus pacis interim tractetur, &c. Ratio in promptu est? quia non patitur odium, & ardor utriusque, nec reipublicæ utilitas, ut tantæ lites tamdiu pendeant. Atque hinc Varro *ferias belli* dixit apud *Gell. I. 1. c. 25*. Tota ergo causa manet in statu, quo est tempore induciarum, & tollitur saltem interim lædandi copia, eodem modo uti feriarum tempore in judicio privato sicutur processus.

Pacto tamen & paci tempus addi, & *inducie* in longum tempus constitui possunt, prout enim partes de jure suo disponunt, ita jus est. Essentia igitur pacis est ut de causa transfigatur; reliqua pacto mutari possunt: perinde uti pactum de non petendo ad certum tempus, vel in certa persona fieri potest; ita pax quoque fieri potest ea lege, ut valeat quamdiu vivunt pacientes, salvo jure posteris, si recipere velint. Effectus est ut tali pace jus interim, & dominium, et si temporarium, transferatur in rebus, quæ sunt apud hostem, & is, qui possidet, jus disponendi habeat de rebus illis, nec in eventum rem illam salvam præstare teneatur; non enim jus, & dominium restitutur finito tempore, sed lis, & bellum.

Econtrario essentia *induciарum* in eo consistit, ut suspendatur belli processus; diu autem, ut diximus, suspendi sine praedium belli non potest: nec solet nisi partes aliud disponant; ita enim in bello Vejetino centum annorum inducere contractae sunt. *Liv. I. 1. c. 15*. Idem contigit in bello cum Cæritibus. *Liv. I. 7. c. 20*. Aliæ in quinquaginta annos, apud *Just. I. 3. in fin. &c.* Effectus est, quod his inducii contractis nihil juris concedatur, sed lis, & possessio interim in eodem statu maneat in rebus controversis, quæ apud hostem sunt.

Hinc jam patet, pacem religiosam veram esse pacem, non *inducias*. Nam 1. de ipsa causa controversa transactum, adeoque lis sopita est, & clausula saltem addita, donec inter partes litigantes amicabili compositione aliud convenerit. Ex qua ipsa clausula 2. apparet, pacem illam perpetuam, & æternam esse, quia nunquam finiri, quin nec mutari debet, nisi utriusque partis consensu: temporaria autem tunc est, si post tempus aliquod pax tollitur. Unde notanter in principio tractatus dicitur, *æterna pax esto*. Adeoque 3. promiserunt contrahentes, se nunquam in perpetuum

Tom. IV.

violatores has conditiones pacis, neque inde recessuros, nisi mutuo consensu: possunt ergo ulterius pacifici partes, quod si mutua voluntate non fiat, lis in perpetuum sopita manet. Effectus hujus rei 4. hic est, quod jus verum, & plenissimum in Evangelicos translatum sit, adeo ut nunquam redeat bellum, utpote quod in perpetuum est sublatum. Conf. Prudentia nostra jur. publ. c. 18. §. 38. & *Disp. de Postlim. in pac. Sect. I. §. 17*.

Not. in induciis non opus est clausula amnestiæ, quia vi ipsa induciarum sequitur, ne interim invicem lædant: quod plenius exposuimus in *Disp. de Postlim. Sect. 7. §. 11. & 12. Vide supra I. 3. c. 9. §. 1. prop.*

Si quid convenit, ut belli tempore valeat, id per inducias quoque valere], Nam si tempore belli, ubi vis hostilis licita est, aliquid fieri valide potest, multo magis id fieri poterit in induciis, ubi vis hostilis suspensa est:

Nisi manifeste appareat, non statum spectari, sed ipsas functiones, &c.] Id est, ipsas actiones bellicas: certatio enim per vim, quæ acti fit, tempore induciarum fieri nequit.

Contra si quid de pace dictum erit, id induciarum tempore locum non habebit] Adeoque si quid convenerit ut pacis tempore valeat, id tempore induciarum non valet, quia vere pax non est, sed saltem vis hostilis suspenditur.

Pacem sequestram] Sequestrum supponit rem litigiosam; adeoque indigitatur, certamen saltem, seu vim hostilem ad tempus deponi.

Pacem temporalem] Voce pacis generaliter sumta, non pro decisione causæ, sed pro quavis compositione, & cessatione violentiæ hostilis: proprie igitur induciæ pax temporaria dici non possunt, quia manet controversia, quæ per pacem temporariam certo modo finitur.

Pacem castrorum] Id est, pax inter castra: non ergo de causa ipsa. *Vid. Gell. I. 1. c. 5.*

Paucorum dierum] Pro negotii natura. *Vid. §. 2. n. 3.*

Non definitiones, sed delineationes quædam] Pax ibi generaliter sumitur pro quavis pactione, non de causa, sed de vi hostili,

D d d.

Eque-

Eaque figurata] • Rectius, significatio-
nes generales pacis.

Bellorum ferias] • Uti enim in privatis
• judiciis suspenditur processus belli in fe-
• riis, ita in bello per inducias.

Belli somnum] • Quia actus hostiles in-
• terim quiescent.

Forenses ferias] Id est, ferias judiciales.

Papinius] " 4. Sylo. 4. Certe jam La-
• tiae non miscent iurgia leges, & pacem
• piger annus habet, &c.

Somnum] • Nam inducias paulo ante
• bellum somnum vocavit.

Belli vinculum] • Quia effectus, & actus
• bellici quasi vincuntur.

Recte reprobendit Gellius] • Rationem
• addit, quia & in plures menses, & in
• paucas horas dari inducias possunt. *Gell.*
• l. 1. c. 25. At ipse postea addit, Var-
• ronem noluisset superstitione inducias de-
• finire, sed saltem demonstrare. Curatior
• igitur est definitio Jurisconsulti in l. 19.
• §. 1. capt. Et post. nam regulariter, &
• ex natura induciarum, ad breve saltem
• tempus dari solent.

Et in horas dari] • V. g. ad sepeliendos
• mortuos. *Gell. d. 1.*

In annos etiam viginti] • *Liv. l. 5. c.*
• 32. & nostris temporibus inter Impera-
• torem, & Turcam.

Quadragesima] • *Liv. l. 1. c. 15. l. 2.*
• c. 54.

Centum] • *Liv. l. 7. c. 20.* Theodo-
• sius cum Persis. *Sozom. Hist. Eccl. l. 9.*
• c. 4. Inter Ambraciotas, & Acarnanes.
• *Diod. Sic. l. 12. c. 60.* Alias inducias in
• 50. annos. *Just. l. 3. in fin.* Inducias
• Belgicas in 12. annos contractas, legi-
• mus.

*Quae & illam Pauli definitionem redar-
• guunt*] • Immo Paulus in d. l. 19. recte
• definit, quia regulariter in breve tem-
• pus inducias fieri solent, et si id pacto
• mutari possit.

*Rationem unicam, & per se moventem
• in solidum fuisse cessationem actuum bellico-
• rum*] • Si partes contrahentes non collo-
• qui, vel alterius negotii causa, quod
• breve tempus requirit, inducias faciant,
• sed ea in genere intentione, ut actus
• bellici cessent, tunc instar pacis eas es-
• se putat, juxta regulas interpretationis.
• At verum hoc non est: nam essentia
• pacis in eo consistit, ut de ipsa causa
• transactum appareat, quod non sit si fal-

• tem id actum est, ut actus bellici cessent,
• et si longo tempore.

*Ut tunc quod de pacis tempore dictum
• est, per inducias valeat*] • Regulariter enim
• si quid convenit ut pacis tempore valeat,
• id induciarum tempore locum non ha-
• bet, vid. b. §. n. 2. exceptionem au-
• tem, quam Auctor hic ponit, non agnoscimus.

Non ex te vocis] • Quia aliud est pax,
• aliud inducias.

Sed ex mentis certa collectione] • Immo
• dum partes causam ipsam non decidunt,
• sed eam in suspenso relinquunt, certo
• inde colligitur, eas noluisse pacem con-
• trahere.

Aliibi egimus] " L. 2. c. 16. ubi simul
• probavimus, plerasque interpretationum
• regulas, quas late ibi tractat Auctor, esse
• vel falsas, vel mere civiles.

AD §. I L

In die uti jam] • Verba ejus haec sunt:
• *Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu-
• dicas, inde uti jam; pacium induciarum
• ejusmodi est, ut in diem certum non pu-
• gnetur, nihilque inconsolidi detur: sed ex
• eo die postea uti jam, omnia belli iure
• agantur. Quod dicitur dies certus praf-
• nitus, paciumque fit, ut ante eum diem
• ne pugnetur: atque is dies ubi venit, in-
• de uti jam pugnetur: idcirco ex iis, qui
• bus dixi, vocibus, quasi per quendam co-
• itum, & copulam, nomen induciarum
• connexum est.*

Opilius] • Apud Gellium d. l. 1. c. 25.
• *Sed quod inde*] • Adeoque inducias sunt
• quasi inde otium.

Exempliar] • Quod manus cohibeantur.
• *Gell. d. 1.*

Ex Gellio] • Immo ex hoc, & qui ibi
• allegatur Opilio, non appetet, nomen
• hoc olim per scriptum, sed singulari
• numero induciam dictum esse. *Gell. l.*
• 19. c. 8.

Indoitia] • Auctor hoc nulla auctoritate
• probat.

*Oitum enunciabant a verbo oiti, quod
• nunc uti dicimus*] • Neque hoc probat Au-
• tor.

Sic ex indoitia indoitorum] • Unde con-
• stat, ita olim enunciata haec verba esse?

Plurale

Plurale trahit tantum] , , Nimirum , inducias.

Sunt ergo inducias in bello otium, non pax] , , Nam causa decisa non est, adeo que manet bellum; sed durante bello aetatis hostiles suspenduntur.

Qui narrant, sepe pacem negatam, inducias datas] , , Apud Livium dicitur: inducias, inde non pax facta. L. 4. c. 30. & apud eundem, l. 8. c. 37. infacta pace, inducias annas ab serbe retulerunt. Fabliscis pacem potentibus annas inducias datas esse, refert Livius l. 10. c. 46; & l. 29. c. 12. Cupiens pacem si posset, sive minus inducias facere. Adde Marcel. l. 27. c. 20. Xenop. l. 2. de exped. Cyri p. 302. Tbuani. l. 17. Tefm. b.

A D §. III.

A U C T O R ait, finitis induciis non opus esse nova inductione, quia bellum non cefavit: at ea opus esse finita pace, quia novum bellum est priore finito. Vid. Petr. Bell. p. 5. l. 2. n. 21.

Quare] , , Quia per inducias bellum nondum est finitum, sed durat.

Ipsò jure se exercit status belli]. Id est, remoto impedimento res reddit in pristinum statum.

Ut dominium, & patria potestas in eo, qui a furore concebat] , , Immo nec dominium, nec patria potestas proprie qui escunt durante furore, sed sola administratio sopitur.

Livium] , , L. 4. c. 35. junct. c. 60.

Finitis induciis indicium bellum] , , Missi erant legati, qui res repeterent, d. l. 4. c. 58. negata restitutio bellum indicium est, d. c. 58. junct. c. 60.

Quantopere pacem amarent] , , Inviti enim bellum Vejentinum renovabant, inprimis quia tribuni plebis id quovis modo impediabant, d. c. 60.

A D §. IV.

Q U A R T U R, quomodo computetur tempus induciarum, an naturaliter, an civiliter? Resp. si de mente, & sensu con-

trahentium constat, cessat quæstio; si non, brevius tempus valet, quia id certum, longius incertum est, adeoque civilis computatio obtinet. Petr. Bell. p. 5. t. 3. n. 18.

Aut continuation] , , Si scilicet terminus; ad quem tempus currere debet, designatus non est, v. g. in 100. dies.

Aut cum designatione termini] , , Adeo que ubi terminus, ad quem currere debet, designatus est, v. g. ad Calendas Martias.

In priori ad momenta temporum] , , Id est, incipiunt inducias a momento, quo pacta sunt, & non finiuntur nisi elapsus ultimo centesimi diei momento.

Id enim natura convenit] , , Naturali enim computatione per diem intelligitur spatium 24. horarum, & horæ spatium praeter propter 60. momentorum. Elapsis igitur omnibus his momentis finitæ inducias dici possunt.

Quæ sit ad dies civiles computatio] , , Nimirum, a solis ortu ad ejus occasum.

Ex legibus, aut populorum moribus venit, &c.] , , Adeoque inter gentes, ac populos non obtinet.

In altero genere] , , Si inducias fiunt cum designatione termini.

Utrum ad quem diem, aut mensem; aut annum dictum est, &c.] , , Duo hic quæc possunt, 1. an terminus a quo comprehendatur in tempore induciarum: 2. an terminus ad quem in tempus illud computetur. Grotius negat priorem questionem, & affirmat posteriorem.

Si proinde inducias ita contrahuntur, ut incipient Kalendis Februarii, & finiantur Kalendis Martii, certum est, ex eo momento, quo Kalendæ Februarii luxerunt, securitatem promissam inciperet, indeque omne jus iudendi cessare. Hinc cum inter Philippum regem Hispaniæ, & Henricum Galliæ regem convenisset, ut die 5. Febr. 1555. bellum susciperetur, codem autem die Dux bellicus regis Galliarum Vignale expugnasset, merito quidam opinarunt, restituerunt, dum castrum, quia captum fuit tunc, cum bellum per inducias suspensum jam fuit. Ofiand. ad Grot. l. 3. c. 21. §. 4.

Sed an Kalendis Martii finitæ censeantur inducias, alia quæstio est? Auctor id negat, & magis naturale ei videtur, terminum ad quem hic sumi tanquam par-

D d d 2 tem

» tem rei. At verius est, finiri inducias eo
» momento, quo Kalendæ Martis illuxerunt; idque ex natura elocutionis, quæ
» est exclusiva termini: quod ex objectio-
» nibus Grotii magis illustrabitur.

» Is autem opponit, 1. terminum dici
» quod ultimum cuiusque rei est; adeoque
» magis naturale videri ut terminus sumatur, qui pars rei sit. Grot. d. §. 4. n.
» 2. Resp. hoc verum de termino, qui est
» intra rem, adeoque pars rei: uti si in-
» ducias pactæ sunt in 100. dies; tunc enim
» centesimus dies est pars temporis conven-
» ti: at secus si terminus est extra rem,
» uti si inducias pactæ sunt usque ad cen-
» tesimum diem; tunc enim centesimus dies
» non magis est pars rei, quam flumen,
» termino ad flumen assignato: uti igitur
» tunc flumen non comprehenditur sub ter-
» mino, ita nec centesimus dies.

» 2. Allegat Grotius legem *Anniculus ff.*
» de V. S. ubi si quis sic dixit ut *intra*
» diem mortis aliquid fiat, ipse quoque
» dies, quo quis mortuus est, numeratur.
» Resp. formula hæc, *intra diem mortis*
» aliquid fiat, ex natura locutionis com-
» prehendit ipsum diem mortis, quia est
» pars temporis. Secus igitur si *usque ad*
» *diem mortis* faciendi facultas concepsa
» fuisset; tunc enim dies mortis non nu-
» merari posset.

» Opponit Grotius §. exemplum Cæsa-
» ris, cui Spurina periculum prædixerat,
» quod non *ultra Idus Martias* proferretur:
» interpellatus ipsis Idibus dixit, venisse
» quidem, sed non *præterisse*. Resp. Ex
» natura locutionis, & sensu verborum na-
» turali appetet, formulam *non ultra Idus*
» *Martias* necessario includere ipsis Idus
» Martias; eis enim finitis demum sano
» sensu dici potest, *ultra Idus Martias*.
» Aliud autem foret si Spurina dixisset, *uf-*
» *que ad Idus Martiu*.

» *Obstat* 4. Quod hæc interpretatio sit fa-
» vorabilis, ubi temporis productio favorem
» in se habet, dum inducias humano fan-
» guini paciunt. Resp. Ex interpretatione si-
» ve favorabili, sive odiosa, nullum jus
» natura oritur, sed ex sola dispositione,
» quæ certa, & clara esse debet. Est au-
» tem clara disponentium voluntas, si in-
» ducias indulgent *usque ad certum diem*;
» tum enim eo ipso dum usque *ad diem*
» saltem securitatem promittunt, satis de-
» clarant, cum diem se comprehendere non

» voluisse. Accedit, quod brevius tempus
» certum sit, longius incertum, & dubium.
» Conf. l. 24. ff. loc. cond.

Intra rem] » Ubi extremitates pro rei 2
» parte habentur.

Cuius terminus est corporis] » Ut pote cu-
» jus illa ultima pars est.

Extra rem] » Quæ non pars rei sunt,
» sed sicutem eam attingunt.

Ut flumen terminus est terra] » Terre
» igitur pars non est flumen.

Constitui possunt] » Ita ut homines quo-
» que terminum intra rem, & extra rem,
» constitutere possint.

Ut terminus sumatur qui pars sit rei] » Concludit igitur Author, terminum pacis
» induciis designatum sub dispositione con-
» tineri, adeoque intra rem esse.

Nec usus repugnat] » Verba hæc sunt le-
» gis *Anniculus*, Eccl. ff. de V. S. ultimus
» enim dies est pars termini.

Venisse quidem, sed non præterisse] » Idus
» enim Martis nondum elapsæ erant.

*Ubi temporis productio favorem in se ba-
» bet*] » Jus naturæ neque ex favore, neque
» ex odio inferri potest, sed ex certa ra-
» tione, quæ cessat, ubi dispositio dubia
» est.

*A quo die mensura aliqua temporis incipi-
» pere dicitur, si dies intra mensuram non
» erit*] » Si statuitur, inducias a prima Julii
» inchoaturas, omnino si dies intra mensu-
» ram, adeoque pars rei est. Conf. *Pusend.*
» l. 8. c. 7 §. 8.

*Quia ejus propositionis vis est discernere,
» non conjungere*] » Immo cum initium in-
» duciarum eo die esse voluerunt, diserte
» constat, eos diem hunc voluisse esse par-
» tem rei.

A D S. V.

I N D U C I A vim accipient statim, & ex
momento, quo partes ita convenerunt: at
subditi non obligantur nisi id significatum
sit, cum iure, & natura impossibile sit pa-
rere legi, quam nesciunt, nec imperata fa-
cere quis potest, nisi imperatum sit; quod
non sit, nisi alter sciat.

Cæterum, ex ejusmodi induciis paciscentes
obligantur tanquam ex pacto, subditi
vero tanquam ex lege.

Statim

Statim obligare, &c.] » Nam ita dis-
» posuere, ut omnia vis hostilis cessare de-
» beat.

Statim quidem incipit babere vim, &c.] » Ut lex valere incipit, ex quo publicata
» est.

Sed per tempus sufficiens] » Uti publica-
» ta lege tempus indulgetur, intra quod ad
,, notitiam omnium pervenire potest. Ro-
» mani Imperatores id definiverunt numero
» duorum Menfum. *Nov. 66. c. 1. Vid.*

Jus inueni controvers. l. 1. tit. 3. q. 8.

Ipsi a paenitentia immunes erant] » Quia ju-
» sto errore tanquam in hostem agunt.

*Neque tamen eo minime contrahentes da-
» minum resarcire debebant]* » Cardinalis Tri-
» dentinus ad Guisium misit, qui Valenti-
» num per inducias captum repeterent.
» *Tbuan. l. 18. p. 364. Tefm. b.*

temporaria : ibi enim causa belli decisa,
ac jus in rem controversam in alterum
translatum est, qui proinde jure dominii
omnia in re hac controversa agere potest,
quaes ad rei sue securitatem pertinent.

Cæterum, in induciis non opus est *clau-
» sula amnestie*, quia ipsæ inducæ hanc vim
habent ut partes desistant ab injuriis : ali-
quando tamen eam induciarum pactus addi-
tam legimus ; at id vel per imperitiam, vel
supervacue factum est.

Hinc jam deciditur quæstio ab Alciato
prolata. Tabulis pacis inter Tridentinos,
& Venetos sanctum erat, omnia custodi-
enda et ante bellum. Ceopto jam bello
Tridentini castrum cepere, inde inducæ ;
post Veneti recuperarunt, tum pax : quæ-
sum, an castrum restituи debeat, quia ante
bellum novum tenuerant Tridentini ? negat
Gentilis contra Alciatum, & merito.

A §. V I.

DIXIMUS, per inducias non conve-
niri de *causa*, sed de *processu* bellico : per
eas igitur nihil juris transferunt in re, de
qua bellum geritur, nec in rebus interim
captis. Sed i. cessat vis bellica, eoque nec
res, aut personæ hostium capi, nec res
nostræ si ad nos pervenient, jure postli-
minii retineri possunt, sed reddi debent.
2. Induciis durantibus non possunt munici-
menta extrui in terra controversa, quia
omnis laceſſitio cessare debet; laceſſitur au-
tem si status mutatur, exstructis munimen-
tis, quaes extra inducias impediare potuſſeret
hostis. Sed nec porro, & 3. in rebus con-
troverſis præjudicium perpetuum fieri indu-
ciarum tempore potest, indeque nec alienari
possunt: turbatur enim status praesens,
& possessio rerum, de quibus litigatur; uti
lite pendente nihil innovandum in causa
litis.

At 4. in suis rebus, eoque territorio non
controverſo omnia facere potest is, qui in-
ducias contraxit, uti in pace. Atque hinc
militem conscribere, castra ponere, exerci-
tum de loco in locum transferre potest,
quia hoc ad induciarum causam plane non
pertinet. Immo medio tempore mutua sunt
commercialia, commensalia, &c. nisi in specie
aliquid dictum sit.

Quæ omnia 5. secus se habent in pace

Ex ipsa definitione] » Quia inducæ sunt
conventio, per quam, bello manente,
ad tempus bellicis actibus abstinentia
est. *Vid. supra* §. I. n. 1.

Omnes ad bellum] » Quibus lœditur
hostis.

Sive in personas, sive in res] » In utris-
que enim hostis lœdi potest.

Quicquid vi fit adversus hostem] » Immo
etiam quicquid dolo.

Fit contra ius gentium] » Quod fidem
etiam hosti datam servare jubet.

Reddenda erant] » Quia hostem laces-
re, nec in rebus, durantibus induciis li-
cet.

Etiam si ante noſtre fuissent] » Adeoque
jus postliminii in iis locum habere vide-
atur.

Jus externum] » Quid eo intelligatur,
,, vide in Diff. proem. IX. §. 65.

Ex quo hac dijudicanda sunt] » Verum
non est, dari tale jus externum; adeo-
que verum non est, ex eo jure hæc di-
judicanda esse.

Ipsorum sunt facta] » Res hostiles ca-
dunt capienti ipsa ratione naturæ, non
deinde vi facti alieuius juris gentium,
quod dominium, taliter quoad effectus
externos, tribuere fingit.

*Induciarem tempore postliminium non ef-
ſe]* » Cum enim expresa induciarum pactio
sit, ut omnia in eodem statu maneant,
contra pacti, fideique datæ tenorem facit

D d d 3 qui

» qui quod alter tenet postliminio recipit,
» eoque statum rerum mutat. *Vid. B. Par-*

» *rens in disp. de postlim. Sec. 2. §. 14.*

*Quia postliminium requirit, ut antecedat
jus bello capienda] . Ratio haec fallit, quia
» nec res, qua bello praesenti captas sunt,
» postliminio redeunt stantibus inducias; Ve-*

» rata rationem jam allegavimus.

3 Ire, & redire ultro, citroque, &c. h-

*et, &c.] . Quia suspensum est omne jus
» laeditandi hostem.*

*Sed eo paratus, qui periculum nullum
offert] . Immo jus transeundi salvum est.*

*» etiam cum exercitu. *Vid. supr. I. 2. c. 2.**

» §. 14. Si tempus induciarum longum est,

» & forte in alios bellum geritur.

*» mus, uno rumpente pactum, alterum
» quoque inde recedere posse.*

*Derelicta saxe occupare licet] . Quia non
» amplius sunt res hostium, sed nullius,
» quae cedunt occupanti.*

*Dum vere derelicta] . De requisitis de-
» relictionis egimus I. 2. c. 9. §. 1.*

*Non si incustodita] . Manet enim res
» in proprietate hostis.*

*Dominium enim manens injustam facit
alterius possessionem] . Contra pactas enim
» inducias agit qui hostem lacescit, id est
» proprietatem ejus turbat.*

A D §. IX.

C O N T E N G I T aliquando ut effluxis
induciis quidam in hostium solo remaneant,
vel quia aggrotant, vel quia alio casu reti-
nentur? queritur, an capi jure belli pos-
sint? Affirmatur, & quia quod ab initio
belli licitum est, multo magis licitum erit
in medio bello. At si quis in statu pacis
venit in urbem, & repentine oriatur bel-
lum, belli jure capi potest, I. 12. ff. *capt.*
& postl. nedum si induciarum tempore in
civitatem pervenerit, illæque effuxerint,
antequam redire potuit. 2. Potuisse homo
capi ex territorio hostili, nedum retineri
in nostro. Sufficit 3. eum esse in potestate
hostium. *Conf. Petr. Bell. p. t. I. n. 10.*

Neque obstat I. 15. ff. de public. ubi is,
qui tempestate impeditur, quo minus ita-
tuto tempore recedat, non videtur contra
legem fecisse. *Resp. Agebatur ibi de pu-*
blicanda nave ex culpa, quæ contra leges
erat. Si vero quis tempestate impeditus
non recedit, recte Jurisconsultus statuit,
cessare culpam, eoque & publicationem.

A D §. VIII.

3 H A U D dubie contra inducias est] . He-

» sis enim lacescit.

Talis enim acquisitio justa esse non pot-

est, nisi ex jure belli] . Quod vero per

» inducias suspensum est.

Si qui subditi deficere ad hostem volint.]

» Nam & hoc facto laeditur hostis.

Quia babebat qua ipse viciissim Aberrien-

ses criminaretur] . Non existimat, se in-

» justo agere, quia per inducias aperte defici-

» sent. Atque hoc est, quod saepius dixi-

» Si jus externum gentium respicimus] , Ta-

*» le non dari, saepius dictum est. *Vid. su-**

» pra. §. 7.

Quin hic par sit] . Immo jure naturali

» non tantum eadem, sed & major hic ra-

» tio subest.

Neque justitia interna] . Per quam jus:

» naturæ intelligit.

Quatenus bona, & actiones hostium pro-

» debito civitatis obligantur] . De quo supra

» egimus I. 3. c. 1. §. 3. & c. 2. §. 2. ubi

» male gentes id ad vitam extendisse, ait

» d. c. 2. §. 6. Nos saepius jam diximus,

in

, in tales captos omnia licere, quæ in bello captos.

Et in solatum capiuntur] , Gentes enim id licite constituisse, ait Auctor, tum ob necessitatem, & injuriæ licentiam, quia facile capi non possunt bona principum lædentium, tum quia membra ejusdem civitatis facile inter se consequi jura potuerunt, tum quia ipsi vicissim eodem jure uti possunt, adeoque commodum commune est, d. c. 2. §. 2.

Nec magis hic quod queratur habet, quam tot alii innocentes] , Dictum est, neminem subditorum innocentem esse, quia omnes causam suæ civitatis opibus suis defendunt, factumque civitatis approbant, adeoque de injuria participant, indeque hosti tenentur.

2. Nec que de commissi causa circa merceres] , De qua loquitur Lex Cesar. 15. ff. de publ.

Vix major a pena liberat] , Quia deficit formula delicti, scilicet proposi-tum.

Hic] , Scilicet, ubi agitur de capiendo eo, qui fato induciis finitis deprehenditur, intra fines nostros.

Proprie de pena non agitur] , Immo reus est, uti reliqui hosti subditi.

Sed de jure, quod certo tantum tempore interquiescebat] , Jus lædendi hostem communis consensu ad certum saltem tempus suspensus erat, quo elapsio pristinus statutus redit. Secus in commissi lege; ibi enim ob culpam publicantur res: ubi igitur culpa non est, ibi deficit legis dispositio.

Quin talem] , Scilicet, fato deprehensum in hostili civitate finitis induciis.

Benignius, quin & generosius sit] , Hoc virtutis, & perfectionis est; at ad juris prudentiae naturalis disciplinam non pertinet.

AD §. X.

INDUCIA aliae sunt *universales*, ubi omnes actus bellici suspendantur: aliae *particulares*, ut inducias in oppugnanda urbe. Hic non actus omnes hostiles, sed oppugnatio suspenditur: indeque omnia fieri possunt, quæ nec directo, nec per indirectum ad oppugnationem urbis pertinent:

non ergo fieri possunt cuniculi, aggeres, seu valla castraria, nec accessus obsidionales (*Lausgraben, Tranchées*.) Excurfiones vero in alias hostis terras facere obsidentes possunt.

Additio.

An ergo interim reficere mœnia tormentis hostis jam labefactata, vel necessaria, aut auxilia laboranti civitati mittere licet? Ego non puto: quia omnis oppugnatio cessat; at hæc est oppugnatio, itatus mutatur.

Per inducias] , I. e. Stantibus inducitis.

Ob speciale conventionis naturam] , Addeoque ubi non omnes actus bellici suspenduntur, sed qui sequuntur ex causa speciali, de qua agitur.

Sepeliendorum hominum causa nihil erit immutandum] , Nam oppugnare durantibus induciis hostem non licet.

Jam auxilia, & commeatus admittere non licet] , Est enim oppugnatio, & itatus mutatur.

Non debent interim ejus, qui dedit, causam dariorem facere] , Convenerunt enim ne oppugnant se invicem.

Nam cum licet res defendere] , Ex Pos. J. G. IV. Permissa enim defensione etiam permitta est læsio personæ, sine qua res defendi nequit.

AD §. XI.

Quin læso liberum sit, &c. ad arnia venire] Hoc verum non esse, alibi probavimus. Vid. L 3. c. 19. §. 14. &c. 20. §. 38. Talionem enim rei turpis illicitam esse, nec ob perfidiam unius alterum perfidum esse posse, diximus ibidem; & incepte Petrinus Bellus p. 5. tit. 3. ait, ex jure demum civili inter privatos receptum esse, ne crimina mutua compensatione tollantur. Sane, magistratu minus delinquere licet; neque enim ipse adulterium, perfidiam, &c. permettere, aut committere potest: nec ratio quadrat, ineßè conditionem, cum ita nullus contractus mutuus purus dari posset.

Adeoque si unus rumpit inducias, alter agere debet ad reparationem; quæ si denegatur, agitur bello tanquam ex nova causa, in

in quam saltem venit aestimatio hujus, non veteris injuria.

Additio.

„ Auctoris sententiam omnino veram es-
; „ se, puto, eamque late rationibus adstru-
; „ xi supra L. 3. c. 19. §. 14. & cap.
; „ 20. §. 38. Idque Brasidas apud Thucy-
; „ didem exemplo suo firmat. Vid. supr.
; „ §. 8. n. 1. Quid si privati inducias vio-
; „ lent? Vid. sup. l. 2. c. 15. §. 17, n. 4.

, ptio data non sit, injuria agit qui violan-
; „ ti inducias vim infert, quia ex lege pacti
; „ poenam saltem stipulatam ab eo poscere
; „ debet. Vid. l. 3. c. 20. §. 36.

A D S. X I I L

P R I V A T A tamen facta non rumpant
inducias] „ Sed privati ob injuriam factam
„ coram suo principe conveniri debent,
„ qui si neget satisfactionem, ipse tenetur,
„ & tanquam violator induciarum tenetur.
„ Conf. Mysn. cent. 4. Q. 7. Burgers cent.
„ 2. O. 63.

P U T A imperii, aut ratificationis] „ Si
„ vel jussit princeps, vel probavit factum
„ negando reparationem contra subditos.

S i qui deliquerint nec puniuntur, nec de-
dantur] „ De quo processu vide l. 2. c.
„ 21. §. 4. & s. n. 4.

S i non reddantur res] „ Quas subditus
„ stantibus inducias rapuit; probat enim
„ injuriam.

A D S. X I V.

J U S commandi privilegium quoddam est]
Commeatus vel actum significat, vel facul-
tatem commandi, id est, secure hinc in-
de eundi, quæ bello non competit: eodem
modo ut alias iter sumitur pro jure
eundi, & actio pro jure agendi. Securitas
autem illa conceditur vel personis, vel
rebus: ut si in urbem obfessam necessa-
ria inferendi facultas datur. Quod plerum-
que fieri solet litteris (*passeports*), aliquan-
do per personas (*sauve-gardes*).

Commeatum concedit princeps suo jure,
dux belli intra fines mandati taciti. Vid.
Burgers. cent. 2. O. 21.

E x t r a inducias] „ In induciis enim tu-
; „ tus quilibet est jure induciarum.

N e q u e tertio moxium] „ Nemini enim
„ jus aufertur.

N e q u e danti admodum grave] „ Sed &
„ si grave esset, quid inde? Dans de ju-
„ , re suo disponit.

I d e o intra verborum proprietatem laxa ma-
gis, quam stricta interpretatione admittenda
est] „ Sæpius jam dictum est, jure gen-
tium interpretationem strictam, vel laxam
incognitam esse. Nam vel constat de dif-
positio-

A D S. X I I .

S i pona conventa poscitur] „ Si indu-
; „ ciæ factæ, & lex addita est, ut qui rom-
; „ pit, poenam solvat, tunc soluta poena
; „ præterea nihil amplius peti potest, quia
; „ ita pacti sunt.

Jani bellandi jus non esse] „ Poena enim
„ soluta subsistunt induciæ ex pacto.

I d e o enim pona solvitur, ut cetera sal-
; „ va maneat] „ Ita enim inter partes con-
; „ venit.

Q u a n d o optio data est] „ Immo etiæ o-

positione, & tunc opus non est interpretatione; vel de ea non constat, & tunc non est dispositio. Regula hæc est: Commœtu concessio omnia continentur, sine quibus commode, & honeste commeari nequit; qui enim finem vult, is etiam vult media, sine quibus honeste, & commode finis ille obtineri nequit. Pos. IV. n. 4. Commoditas autem, & honestas, ut alias in vita civili, intelligitur pro conditione, & dignitate personæ more solito, & humano. Quod enim cursori commodum est, ut pedibus, & continenter eat, non idem seni, & valetudinario, aut inassueto, aut sceminae.

Additio.

„ Ex hypothesi Auctoris in *non odiosis*, verborum proprietas sumenda est secundum, dum totam proprietatem usus popularis: „ in *odiosis* vero, putat, sermonem figuram aliquantulum admitti, quo onus vietetur; quod refutavimus *supra l. 2. c. 16. §. 12.*

Eoque magis si non petenti datum beneficium, sed ultra oblatum] „ Est enim res gratia, adeoque maxime favorabilis.

Multoque magis si ultra privatam publicam quædam utilitas vertatur] „ Causa enim hæc omnium maxime favorabilis est.

Rejicienda ergo stricta interpretatio, etiam quam ferunt verba] „ Et accipienda potius significatio artis, aut quam lex dedit, d. c. 16. §. 12. n. 2.

Nisi alioqui absurdum aliquid sequeretur] „ Nam verba etiam in favorabilibus strictius, quam fert proprietas, sumenda erunt, si id necessarium est ad vitandam iniqutam, tem, vel absurditudinem, d. c. 16. §. 12. n. 2.

Aut eo ducant probabiles admodum voluntatis conjectura] „ Conjecturas voluntatis in demonstrando jure naturæ nullam habere utilitatem, d. c. 16. demonstramus.

Etiam extra proprietatem laxior interpretatio locum habebit, ut simile absurdum vitetur] „ Ad significationes enim plane improprias non esse recurrendum, putat, nisi alioqui absurdum aliquid, aut pacti inutilitas sequeretur, d. c. 16. §. 12. n. 2.

Aut ex valde urgentibus conjecturis] „ Dixi, xi jam, ex conjecturis nunquam jus ori- ri quoties de voluntate quæstio est; nam

Ton. IV.

„ non constat de voluntate, quoties ea in certa est.

„ Videndum ergo quid actum sit; quod maxime appetet ex causa cur securitas petitur, & conceditur. Si enim peregrinis datur, solus abitus; si nostris, iter, & reditus; si viatoribus, solus transitus; si negotii causa, securitas, donec id finitum sit; concessa videtur. Regulariter vero actus, pro quo concessus est commensatus, repeti nequit. Vid. P. Bellus p. 9; t. I. n. 24. Et Zouch. p. 2. f. 9. q. 21.

AD §. XV.

NON ad medios tantum] „ Centuriones, tribunos, &c.

Sed & summos duces] „ Ex proprietate vocis. Vox enim militis generalis est, & omnes species continent militantum: hinc voluntas haec tenus clara est.

Quanquam est & alia strictior] Ubi miles sumitur pro milite gregario.

Nautæ] „ Les matelots: *Boots-Knechte*.

Et omnes omnino, qui sacramentum dixerunt] „ Quibus arma, signaque populus commisit: uti loquitur *Liv. I. 23. c. 25.*

AD §. XVI.

QUESTIONATUR, an concessio itinere videatur etiam concessus reditus? Resp. distinguendum inter iter, & transitum. Si iter conceditur, reditus omnino sub commœtu continetur, ex ipsa verbi proprietate. Nam & ille it, qui redit; & in itinere est, donec redux fiat: adeoque tuto non videatur ivisse qui redire non potuit, nec interest, an in itinere, an in reditu sit captus. Iter igitur totum continet eundi actum, donec redit; & tamdiu est in itinere, donec revertitur; nec nisi unum iter est. Sane, factum Alexandri a coœvis scriptoribus non refertur: quæ a Diodoro Siculo, & Plutarcho referuntur, ea inter se non convenient.

Aliud est in transitu, quia viator tuto transit, qui semel transit: totum negotium transitus tum finitum est; & si rediret, novus actus esset, novusque transitus. Idem obtinet in abitu præsentium. Vid. Dec. conf. §. n. 2. Petr. Bell. p. 9. n. 21. Hic ergo

Ecc plures

plures actus sunt, pluraque itinera; securitas autem tantum in unum iter concessa est.

I Non ex vi verbi, sed ut absurdum viteratur] „ Immo ex ipso verbo *itus*, quod generale est; quia & ille it, qui redit.

Neque enim inutile beneficium esse debet] „ Immo posset dici, utile fuisse ad *itum*. Veram rationem jam dedi.

Et abitus tutus intelligentis, usque dum eo pervenerit, ubi in tuto sit] „ Securitas enim ad totum actum itineris promissa est.

Alexandri fides accusata] „ Diximus jam exemplum hoc a coevis scriptoribus non referri; & ipsi scriptores, qui id refert, inter se non conveniunt. Indignum id esset tanto principe. Exemplum Hussi hoc praetextu cremati omnibus notum est, & perfidiam notam evitare nequit.

2 Cui abire datum, non & redire] „ Duo enim diversi actus sunt nec generali voces abire redditus continetur.

Mittere poterit] „ Vid. Gron. b. Baldus ait, nihil interesse, an quis ipse, an per alium eat; atque ita observari in Italia, ut merces, quibus commeatus datus, per alium deferri possint. Bald. l. 5. conf. 408. Zouch. 2. 9. 22. Bellus p. 9. n. 13. Sed distinguendum, an rebus, an personæ commeatus principaliter sit datus: si rebus, uti si merces a mercato transferantur in locum, nihil interest, per quem deferantur; merces enim principale sunt; personæ saltem sunt instrumentum, sine quibus merces deferri nequeunt, & quibus proinde securitas data est eundi mercium causa. Si vero personis concessus est commeatus, & res hominis causa, & ad ejus usum, vel tanquam ejus accessio, simul deferuntur, non potest alia persona eo commeatu uti; quia & alii personæ non est datus, & cessante jure principali tollitur quoque accessio: uti si legatis data est securitas, & comitibus, ac rebus ipsorum, his ea non competit si in comitatu alterius sicut.

Nec contra] „ Cui alium mittere concessum est, ipse venire non poterit.

Sunt enim hac diversa] „ Diversi actus, indeque securitas uni promissa alteri non prodest.

Nec extra verba expatriari ratio cogit]

„ Omne jus oritur ex concessione: concessio appetit ex verbis; interpretationes autem tales nullo verborum sensu continentur.

Ut error eti jus non det, a pena relevet] „ Immo si erravit, omnino poenam adjectam solvere tenetur, quia legem concessionis transgressus est. utut ex errore. Neque enim haec poena solvitur ob propositum, sed ex conventione.

Sed & cui venire permisum est, semel veniet] „ Neque reversus iterato venire potest; duo enim tunc sunt actus: securitas autem saltem in unum data est.

Nisi temporis adjectio aliam suppeditet conjecturam] „ V. g. si certum tempus adiectum sit, intra quod venire possit: eo nondum elapsi, Auctor putat, iterato venire durante termino posse. At verius est, tempus hoc saltem additum esse, ne in infinitum differre adventum possit, non ut iterato venire.

AD §. XVII.

Quaeritur, an concessio commeatu patri, etiam videatur concessus uxori, & liberis? Diximus supra §. 14. commeatu concessio omnia concessa videri, sine quibus honeste, & commode commeare non possumus. At commode, & honeste sine uxore, & filio ire quis potest: secus in famulis, aliisque ministris, quia aliquando sine iis ire salva dignitate non potest. Tuitius tamen est, nomen, & numerum personarum designare; quod & Galli facere solent

Dicitur Baldus d. l. 5. conf. 408. putans, commeatum concessum marito ad urbem Astensem uxori quoque prodest: uti jure eundi, & habitandi concessio. L. III. V. O. l. 9. ff. Us. & habet. Verum diversa hic ratio est.

Nam 1. habitatione concessa, ex naturae instituto ea ita intelligi debet, ut cum familia, adeoque cum uxore habitat. Naturaliter simul habitat uxor, sed non simul iter facit. 2. Jure eundi concessio, jus illud per alium exerceri potest, quia jus non personæ, sed prædio inhæret, & in utilitatem, non personæ, sed prædii constitutum est; quod proinde per alium quoque exerceri potest, d. l. 3. Commeatus autem soli personæ concessus est, non rei, adeoque

adeoque extra personam effectum non habet.

Additio.

Conf. l. 2. §. 1. ff. Us. & bab. §. 2.
,, Inst. Eod. l. 21. ff. de precar. Dissert. B.
Par. de juri. Vid. Corol. I.

A D §. XVIII.

BONA non quavis comprehendantur] • Il-
la sola sub commeatu continentur, sine
quibus expeditri nequit iter pro dignitate
personæ. Non igitur merces, &c.
Sed quæ solita sunt] „Rectius, quæ ex
conditione personæ ad iter assumuntur.

A D §. XIX.

*No n sunt intelligendi bi, quorum cau-
sa magis est odiosa*] „In odiosis enim stri-
ctam interpretationem obtinere, dixit su-
pra §. 14. Et L. 2. c. 16. §. 12. At sta-
tim videbimus, hanc non esse veram ra-
tionem.

Tales sunt piratae, latrones] • Hoc fieret
in fraudem commeatus. Neque enim ex
utilitate, neque ex dignitate commeantis
est, hujusmodi hominum genus secum
ducere: sed & commeantibus securitas
saltē promissa est, non impunitas cri-
minum.

Gentis expressum nomen in comitibus] •
V. g. si alicui commeatus datur, cum fa-
mulis Gallis, &c. satis constat, com-
meatum ad famulos Germanos non per-
tinere.

A D §. XX.

*Quare iuris, an commeatus extin-
guatur morte concedentis?* Recte id negat
Auctor; sed rationem non admittimus, qua-
si ex vi potestatis veniat; nam hinc nihil
sequitur. Vera ratio est, quod pœna Prin-
cipium sua natura sint perpetua, adeoque
semper inde jus alteri quæratur, quod
morte concedentis tolli nequit; neque enim
queritur de facto mortui, sed de jure vi-
ventis.

Cum veniat ex vi potestatis] • Hæc ea-
dem est ratio, quam B. Parens allegat.
• Princeps enim qui concedeit commeatum,
• eum concedit vi imperii, ac summæ po-
testatis: imperium autem, summaque po-
testas non interit morte concedentis; ad-
eoque jus vi potestatis alii concessum,
• & quælibet, morte concedentis ei aufer-
ri nequit.

A D §. XXI.

Quia M D I U volvero] • Rep. tunc
tollitur commeatus morte concedentis,
quia mortui voluntas amplius non est:
& ita disponere partes.

*Quia durare in dubio præsumitur, quod
ad effectum iuris sufficit*] • Voluntas semel
rite declarata tamdiu valet, & durat,
donec de mutatione ejus certo constet.

*Non etiam ubi i., qui concessit, desit pos-
se velle*] „Tunc enim certo deficit volun-
tas.

Quod per mortem contingit] „Mortuus
enim velle amplius non potest.

*Personæ enim sublata collabitur etiam illa
præsumptio durationis*] „Vera ratio est, quia
voluntas morte definit.

Sicut accidens interitu substantia] • Vo-
luntas enim est quasi accidens personæ.

A D §. XXII.

*Debet ut etiam extra territorium con-
cedentis*] „Commeatus effectus aliis est in-
ter subditos, aliis inter extraneos. Illi ex
concessione principis obligantur: hi tantum
ex humanitate, atque animo officia mutua
præstandi; nulla enim dispositionis illius vis
est extra territorium. Atque hinc clausula
folet infra commeati, denen unfrigen ernst-
lich gebietend, die übrige aber gebübrend
orsuchend, &c.

Additio.
• Sensus Auctoris est, hostem, qui com-
meatum hosti concedit, eum nec in suo,
nec in alieno territorio violare posse:
non in suo, ex lege commeatus; nec in
alieno, quia ibi jure communis, qui
commeatum impetravit, tutus est.

Eee 2

Quia

Quia datur contra ius belli, quod per se territorio non includitur] • Auctor ex extonea illa hypothesi, quod iure gentium hostem meum ubique locorum offendere possit, concludit, dato commeatu hoc ius cessare. At cum thesis illa vera non sit, etiam conclusio illa fallit. Nam quod offendendi in alieno territorio non possit, non est ex commeatu, sed ex iure communis, quia in alieno territorio nemini vi agendi ius competit.

Ex his, quae dicta sunt, facile aliæ posse sunt decidi quæstiones, quæ moveri in hac materia solent. Ita enim queritur, an obessa urbe si civi securitas data est eundi ad alium locum, ea competitur urbe interim capta. Petrinus Bellus iudex cum aliis fuit in causa Marchionis Masseranensis Venetias abituri, & cum iter pararet, cum urbe capta capti; atque causam indecisam relictam fuisse, ait part. 9. n. 15. usque ad 21. Angel. Conf. 363, quia Marchio defecit litem. Nos dicimus, recte captum esse: quia securitas eundi Venetias, non commorandi in loco, adeoque in itinere, non domi concessa fuit. Alia autem est securitas domi, alia itineris; neque haec intentio fuit disponentium ut domi tutus sit commeatus, quia ea securitate inter suos non indigebat, sed tantum inter hostes: nec fides data est ut cum terris suis tutus sit ab invasione bellica, sed ne in via pro hoste habeatur; idque significant verba commeatus, actum scilicet meandi. Denique ratione mansionis dubia saltem mens est, adeoque hactenus nihil actum videtur. Zouch. 2. 9. 19.

Porro queritur, an securitas tempore induciarum data tollatur ruptis induciis? Negatur, 1. quia eam non ex causa induciarum, sed commeatus habuit; altera vero cessante altera non tollitur: 2. quia in induciis etiam sine commeatu tutus fuit. Commeatus ergo per se ius dat, non iure induciarum, ubi eo opus non est. 3. Securitas per commeatum in genere concessa est; quod autem ultra inducias durare non debet, id incertum, adeoque nullum inde ius oritur: & ita ex Belli sententia miles Gallus, cui securitas commeandi a prefecto Astensi data fuit, cum captus esset finitis induciis, dimissus est, p. 9. tit. 1. n. 30. Zouch. 2. 9. n. 23.

A D §. XXIII.

CAPTIVORUM redemptio multum habet favoris] Sæpius jam dictum est. Autorem jura naturæ deducere ex eo, quod favorable, aut odiosum est: quæ tamen distinctione mere civilis est, & ad disciplinam juris naturæ plane non pertinet.

Quibus lex divina], Hæc ius non facit sed perfectionem inculcat.

Justitia munus est], Lactantius justitiam vocat misericordiam, vel humanitatem, L. 6. de vero cult. c. 10; adeoque eo sensu (qui plane ad jurisprudentiam, de qua inter homines agitur, non pertinet) justitia partem facit redemptio captivorum.

Principia; & summa liberalitas] • Hoc omnino verum est: at ad justitiam non pertinet.

Quod vasta ecclesia etiam initiata confrigerint, ut captivi redimerentur] • Idque per leges quoque postea approbatum est. Vid. §. 8. Inst. rer. div. l. 21. c. 5. eccl. Nov. 7. c. 8. Add. Socrat. hist. eccl. l. 7. c. 21. Sozom. 4. 24. & §. 12.

A D §. XXIV.

PROBARÉ leges illas, quæ captivos redimi vetant • Immo ob utilitatem publicam id licet in illis, qui armati capiuntur: quia mori potius pro patria, quam arma hosti tradere debent. Adeoque hac lege nulla spes militibus nisi in victoria posita est.

Apud Romanos] Immo non vetantur redimi; nam aliquando id fieri solet. Vid. l. 12. pr. ibi: nihil comprehensum ff. capt. & postl. Sed & propriis bonis se redimere possunt, l. 3. c. an Serv. ex fact. l. 7. §. 8. l. dol. mal.

Additio.

Non desunt exempla redemptorum captivorum, quæ allegat M. Junius apud L. l. 22. c. 59. & certas leges de permittandis captiis inter Romanos, & Pœnos, refert Liv. l. 22. c. 23.

Ait in senatu Romano quidam], M. Junius

, nius legatus eorum, qui ad Cannas capti
,, sunt. *Vid. Liv. l. 22. c. 59.*

Livio] „, L. 22. c. 61. Unde nec ad Can-
,, nas captos redimere senatus voluit, d.
,, c. 61.

Fudas] „, *Vid. Gron. b.* Idem graviter
„exaggerat T. Manlius Torquatus in orati-
„one, quam de non redimendis captivis
„in senatu pronuntiavit apud *Liv. d.*
,, c. 61.

Ilagito additum damnum] „, Exhauri-
,, retur enim ærarium pro liberandis eis,
,, quorum scelus accusatur. *Vid. Liv. d. c.*
,, 61. Atque hinc Tryphoninus ait, Roma-
,, nos in pace de captivis nihil dicere so-
,, lere, quia spem revertendi civibus in vir-
,, tute bellica magis, quam in pace Romani
,, esse voluerunt. *L. 12. pr. ff. capt. 3*
,, postl. *Vid. supr. l. 3. c. 9. §. 4. n. 2.*

*Nimus scilicet illa omnia directa ad res
bellicas*] „, Quod plenius examinavimus su-
,, pra l. 3. c. 17. §. 2. 18. §. 1. n. 2.
,, 3 c. 9. §. 4. n. 2. ubi notavimus, non
,, quosvis captos neglectos fuisse, sed eos
,, faltem, qui armati, adeoque ignavia,
,, aut culpa sua capti sunt; quod ex ora-
,, tione Manlii Torquati appetet apud *Liv.*
,, l. 22. c. 61.

*Satius sepe effet, ius, quod bello petitur,
amitti. quam plurimos homines*] „, Si plures
,, illi homines sua ignavia, suoque scelere
,, in hostium potestatem venerint, satius est
,, homines illos amittere; quod de captis
,, ad Cannas judicat Torquatus apud *Liv.*
,, d. l. 22. c. 60.

Nisi appareat opus tali rigore] „, Neque
,, Romani ea lege utebantur, nisi in tali
,, casu, quo quis bello, & armatus ca-
,, ptus est; quod ex historia captorum ad
,, Cannas appetet.

*Nam in tali necessitate cum ipsi captivi
ex charitatis lege suam sortem patienter fer-
re debeant*] „, Idem fere Lysistratus Cyzi-
,, cenorum prætor captivis civibus respon-
,, dit apud *Appian. bell. Mitr. p. 220.*

A D §. XXV.

No n sunt quidem moribus nostris servi]
,, *Vid. supr. l. 3. c. 7. §. 9.*

In aliud transcribi] Jus exigendi ly-
trum, seu pretium redemptionis, ab ipsa
natura est; cum enim hostis in nostram
potestatem recigatur, tamdiu retineri in ea

poterit, donec datum restituerit:
si igitur ejus loco lytrum promittit, id va-
let, & captus inde obligatur, quia ita dis-
posuit. Hoc ergo jus alii cedi, & in aliud
transcribi potest, quia cedens verum jus
in alterum transfert: uti in quovis alio
nomine.

Apud Christianos jus lytri exigendi in
locum servitutis surrogatum est, & hodie
statuta militaria fieri de lytro solent. *Vid.*
Rec. Imp. de armo 1500. 3 1542. 3
„ 1570. ubi art. 95. militi conceditur ut se
ipsum redimat. Hoc & hostes inter se ser-
vant, ut in bello Neapolitano inter Gal-
los, & Hispanos observatum refert Maria-
na l. 27. c. 18.

Additio.

„, De redēptione captivorum *vide Dissert.*
„, Proæm. XII. d. c. 7. §. 9. l. 3. c. 14.
„, §. 9.

*Nam 3 incorporealia alienari natura pa-
titur*] „, L. 3. c. 7. §. 4. l. 3. c. 8. §. 4.
„, n. 2. l. 3. c. 9. §. 6. n. 1. l. 3. c. 20.
„, §. 12. n. 2.

A D §. XXVI.

*E t potest idem pluribus debere pretium,
si ab uno dimissus*] „, Quia duæ diversæ
,, sunt capture, adeoque duæ liberationes,
„ duoque redēptionis pretia.

A D §. XXVII.

*R E S C I N D I non potest eo, quod captus
intelligatur locupletior, quam credebatur*] „, Si quis putat, captum esse pauperem, id-
eoque pro levi pretio ei libertatem conce-
dit, postea compertum ipse habet esse di-
vitum; querit, an majus pretium exigere
possit? Negatur: quia partes prout dispo-
nunt ita jus est, adeoque pacta haec valent
non ex quantitate bonorum, sed ex volun-
tate partium.

Additio.

„, Neque læsio ultra dimidium, quæ me-
,, re civilis est, effectum producere jure
„ naturali potest: atque ita sentiunt *Gild.*
„, *Pap. q. 133. Papon. de arrest. l. 5. t. 6.*
„, *am. 1. Conf. Burgers cent. 1. O 30.*

Quia jure gentium externo, de quo que-
Eee 3 rimus

rimus] „ Sæpius dictum est , tale jus gen-
tium externum plane non dari , nec de-
„ eo hic quæri .

Nemo cogiturn supplerre quod in contra-
bu minus aquo pretio promisit] „ Quasi ju-
„ re gentium interno , id est jure naturæ
„ ad id teneatur disponens ? Hoc meri ju-
„ ris civilis Romani esse , vidimus supra L.
„ 2. c. 12. §. 26.

Si dolus non intercessit] „ Si dolus in-
„ tercessit , agitur separatim ad id , quod
„ interest . Vid. supr. l. 2. c. 11. §. 7. n.
„ 2. & c. 17. §. 17.

A D §. XXVIII.

QUARITUR , an capta persona et-
iam quod secum habet captum videtur ?
Negatur : nisi id simul captum sit . Hinc
si vel hostis non spoliat , vel captus clam
aliquid penes se habeat . adeo id ejus ma-
net , ut etiam pro obtainenda libertate in
solutum dari possit . *Burgers cent. I. O. 31.*

Additio.

„ Hæc quæstio moveri potest inter Chri-
„ stianos , ubi servitus cessat . At inter gen-
„ tes , quæ captos servos faciunt , non tan-
„ tum persona , sed & res , ac jura pote-
„ stati domini subjiciuntur .

Cessare illam acquisitionem universalem] „ Quia captus tum quoad personam , tum
„ quoad bona , tum quoad jura , in pote-
„ statem victoris ipso jure transit .

*Quam accessionem esse dominii in perso-
nam*] „ Posita servitute res omnes , quæ si-
„ mul captæ sunt , etiam incorporales , cum
„ persona acquiri domino , dixit Auctor
„ supra l. 3. c. 7. §. 3. n. 2. & §. 4.
„ Conf. l. 2. c. 5. §. 28. & l. 3. c. 14.
„ §. 2. n. 2.

Quam quo specialiter apprehenderit] „ Nam non potest dici in ejus potestate es-
„ se quod ignorat .

Si quid clam secum habet captivus] „ Immo & si palam , si id erexitum non
„ fuit .

Quia nec possessum] „ Qui enim nescit ,
„ possidere nequit , l. 3. §. 3. ff. Acq. poss.
„ animus enim possidendi est possessionis
„ anima , l. 1. §. 3. l. 3. §. 1. l. 8. ff.
„ Acq. poss.

A D. §. XXXIX.

*A n pretium conventum , & ante mor-
tem non solutum , ab bærede debatur*] Af-
firmatur , quia jure gentium debetur ex fi-
de data , modo vere liber fuerit , quia ca-
piens suum factum , pro quo pretium pro-
missum erat , præstavit . Secus si captus in
carcere mortuus sit : nam Lytron est pre-
mium libertatis , quod proinde non debetur ,
nisi ex quo dimissus est . Dimissus autem in-
telligitur si facultas abeundi data est , et si
ipse ultra forte remaneat : si conducendus
fuit ad hostes , non nisi eo deductus fuerit ;
adeoque non debetur pretium si in itinere
moritur , quia nondum est traditus , nisi
hostis sit in mora recipiendi .

Si in carcere mortuus est , non deberi] „ Quia pro libertate debetur .

Conditio si liberaretur] „ Immo pure
promissum est pretium pro libertate , quam
alter non præstat .

Mortuus autem non liberatur] „ Adeo-
que capiens non præstat id , quod pro-
misit ; deficit ergo obligatio .

*Si mortuus est cum in libertate esset , de-
beri*] „ Etsi forte apud hostem remanserit ;
„ quia culpa , & mora est in remanente :
„ capiens id , quod promisit , præstavit , fa-
„ cultatem abeundi concessit . Promittens
„ igitur tenebatur negotio quippe perfecto :
„ Jus in liberantem translatum , eique quæ-
„ situm fuit . Liberatus igitur debebat ex
„ suis bonis , quæ ad hæredem cum omni
„ onere transferunt . Hactenus hæres plus
„ suo habet , quod ei , cui id abest , ex
„ naturæ regula restituere tenetur .

A se oppignoratus] „ Quia se ipse pro 2
„ pretio tamdiu pignori dedisse videtur ,
„ donec id vere solutum fuerit .

*Si die præstituto , qui captus fit , liber vi-
vat*] „ Si scilicet pacto id in specie actum
„ est , ut 1. pretium non solvatur nisi cer-
„ to die , & 2. redemptus eo tempore vi-
„ vat , & 3. in plena libertate . Prout enim
„ partes de jure suo disponunt , ita jus est .
„ Sed bac ut minus naturalia non præsu-
„ muntur , &c.] „ Jure naturæ nihil aliud
„ inspicitur , præter id solum , an liber ,
„ adeoque an id , quod capiens promisit ,
„ præstitum sit .

A D

A D §. XXX.

A N in carcere redire debet qui dimissus est sub pacto, ut saceret dimitti alterum, &c.] Resp. Redire debet si alter ante dimissionem moritur, non si post; quia hoc casu revera dimissus, & sic fides data impleta fuit: mors igitur dimissi non magis nocet alteri, quam si in patria mortuus fuisset.

Agitata hæc causa fuit inter Jovium, Marianam, Guicciardinum, & Parutam. Carvajalius Hispanus a Gallis, Balionius Gallus ab Hispanis captus erat; Balionius dimitterebatur ea lege, ut Carvajalius mutuo dimitteretur: Carvajalius moritur ante reditum; reposcitur Balionius, quod fidem non præstít, seu conditionem non implevit. Quæritur an jure? Resp. Balionius non tenetur redire si Carvajalius dimissus, & inter moras receptionis mortuus fuit.

Additio.

,, Quæstionem hanc nervose decidit B., Parenz in disputatione de jure victoria §. 35. n. 7. Verba hæc sunt.

Balionius ea lege dimissus ab Hispanie fuit, ut Carvajalius a Gallis captus vice mutua restitueretur. Huic, antequam tradiceretur, mortuum fuisse, ait Mariana de Reb. Hisp. l. 30. Paruta vero, Guicciardinus, Jovius, & alii, deductum eius ad Hispanos, quoque potuerit, & inter moras recipiendo mortuum fuisse, referunt. Gentilis, l. 2. de re mil. c. 15. Balionium absolvit ex fictione illa juris civilis in l. 37. ff. Reg. jur. Grotius consentit in actu liberali; in oneroso estimat. onem saltem deberi, putat: que tamen nulla est, si nullum debitum sit. Nos in terminis, quos recenset Mariana, satisfactum negamus; quos reliqui, assertimus: quia siuam factum præstít Balionius; receptio vero non eius, sed Hispanorum factum fuit.

Liberaliter promissum, &c.] , Passim, jam dictum est, favorem, vel odium iure naturæ nec jus dare, nec minuere, atque hanc interpretationem esse mere civilem.

Satis impleri si nihil omittitur ex parte

promissoris] , In quibus causis regula, quod pro facto habeatur si per promittenteum, non stat, quominus obtineat, alibi expli- cavimus. Vid. jus controv. L. 12. tit. 4. q. 6. &c. 7.

At in onerosis] , Immo & in favorabili- bus: nam qui aliquid quocunque modo promisit, vel tenetur præstare promissum, vel tantundem.

Non tenebitur quidem dimissus reddere se custodia] , Immo tenetur si alter ante dimissionem moritur, non si post.

Neque enim id conventum fuit] , Immo verbis id sua natura continetur, quia lex conventionis impleta non est; adeoque tota dispositio cessat, & omnia in pristi- num statum restituuntur.

Neque tacite actum intelligi patitur favor libertatis] , Id neque ex pacto tacito, neque ex favore libertatis sequitur, sed ex lege conventionis.

Sed ejus, quod præstare non potest, a- stimationem prætabit] , Immo non liberatur præstanto aëstimationem pro eo, qui mortuus est arte dimissionem; sed deficiente conventione ipse redire tenetur. Si vero post dimissionem deceperit, nec aëstimationem solvere tenetur.

Naturali simplicitati congruentius, quane que in actione de præscriptis verbis, &c. de conditione ob causam dati causa non secuta, juris interpretes tradunt] , Quando fa- ctum aliquod præstatur, ut in ejus com- pensationem fiat aliud, iure Romano actio præscriptis verbis datur, ad id ut alter impletat, l. 5. §. 4. l. 5. ff. de præscr. verb. vel tantundem prætet, l. 44. §. ff. de obl. &c. act. l. 13. in f. ff. re jud. l. 7. f. f. præscr. verb. At eligere quoque potest, an condicere id, quod dedit, causa quippe non secuta, velit, l. 5. 6. 2. l. 7. ff. de præscr. verb. l. 3. §. 5. l. p. ff. Cond. caus. dat. Conf. jus meon. controv. tit. de Cond. caus. dat. q. 6. &c. 7. Exceptio est si per alterum non stat, quominus causa sequatur: tunc enim nec condicione datur ei, qui promissum præstit, nec ad tantundem tenetur is, qui ob casum supervenientem promissum præstare nequit, l. 3. §. 3. l. 8. l. 5. pr. ff. Cond. caus. dat.

CAPUT

C A P U T X X I I.

De fide minorum potestatum in bello.

- I. *Ducum genera.*
- II. *Quatenus eorum pactio obliget summam potestatem :*
- III. *Aus occasionem obligationi det.*
- IV. *Quid si factum quid contra mandatum? ubi distinctiones adhibentur.*
- V. *An tali casu pars altera obligetur.*
- VI. *Quid belli duces, aut magistratus possint circa inferiores se, aut pro iisdem.*
- VII. *Pacem facere ducum non esse :*
- VIII. *An inducias dare, distinguitor.*
- IX. *Quae securitas personarum, quae res ab ipsis concedi possint.*
- X. *Stricte interpretanda talia pacta. Et quare?*
- XI. *Quomodo interpretanda deditio a duce accepta.*
- XII. *Quomodo cautio, si regi, aut populo visum fuerit.*
- XIII. *Quomodo promissum de oppido tradendo.*

^{a L. conventionis, s. 5. D.} ^{b Lib. IV. s. 20.} ^{c Comm. III. c. 51. De Bell. Civ.} ^{d L. II, e. XI. §. 12.} + **I**nter publicas conventiones (aa) Ulpianus & hanc speciem possunt, quoties inter se duces belli quedam paciscuntur. + Nos diximus, post fidem datam a summis potestatibus agendum & de ea, + quantant minores inter se, + aut aliis: sive minores illi summis sint proximi, quales sunt ⁱ duces excellenter dicti, de quibus illud Livii ^b capiendum: *nec ducem novimus, nisi cuius + auspicio bellum geritur:* + sive longius remoti, quos sic distinguit ^c Cæsar: *alia sunt legati partes, alia Imperatoris.* Alter ² agere ad præscriptum, alter libere ad summam querum consulere debet.

II. Est autem + in horum promissis duplex inspectio. nam aut hoc quaeritur; + an summam potestatem obligent, + aut an se ipsis. ^a Prior quæstio definienda est ex eo, quod alibi ^d diximus, obligari nos & + per eum, quem voluntatis nostræ ministrum elegerimus, + sive ³ voluntas illa specialiter expressa est, + sive ⁴ ex ipsa præpositionis natura colligitur. + Nam qui dat facultatem, dat quantum in se est quæ ad facultatem sunt necessaria

G R O T T I.

^a *Prior quæstio definienda est ex eo, quod alibi diximus]* Vide Camdenum in anno MDXCIV, in pronuntiatio Comitis Mirandæ in causa Haukinii (Pag. 630.)

G R O N O V I I.

ⁱ *Duces excellenter]* Integris exercitibus præfecti, aut quibus summa belli commissa est.

² *Agere ad præscriptum]* Ille inter mandati

terminos se continet, hic neminis arbitrium spectans, quod in universum salutare, & consultissimum judicat, agit, ac exequitur.

³ *Voluntas illa specialiter]* Libello ad singulare negotium commissum aptato consignata.

⁴ *Ex ipsa præpositionis natura]* Mandato præcurationis, aut præfecture jure, ordine, necessitate.

(aa) Vide celeberrimi, & summi JCti Clar. Noordt eximium Librum *De Pactis, & Transactionibus*, Cap. 7. J. B.

G R O N O-

faria , + quod in materia morali intelligendum est s morali modo. Duobus ergo modis potestates minores supremam suo facto obstringunt, + faciendo id, quod probabiliter ipsorum officio contineri censetur, aut etiam + extra illud ex + speciali præpositione + nota publice , aut iis , quorum res agitur.

III. + Sunt & alii modi , quibus potestas summa obligatur + antecedente ministrorum facto , + sed non ita , ut id factum causa sit proprie dicta , sed ut occasio sit obligationis : idque dupliciter , vel per consensum , vel per rem ipsam. Consensus appetit ratificatione , + non tantum expressa , sed & tacita , id est , + ubi scivit summa potestas quod actum erat , & fieri passa est , + quæ ad aliam causam referri probabiliter non possunt. quod ipsum quomodo procedat , + alibi ^a tractavimus. + Per rem hactenus obligantur , + ne locupletiores fiant aliena jactura , id est , + ut aut ^a L. II , ^{c. IV. §. 5.} contractum præstent , ex quo commodum volunt consequi , + aut ^{et c. XV.} §. IV. de commodo discedant. de qua æquitate itidem a nobis alibi ^b dictum est. + Et hactenus , nec ultra , recipi potest , + quod dicitur ^c valere , si quid utiliter gestum est. Contra vero ab injustitia excusari non possunt , + qui , cum pacta improbent , tamen retinent quod sine pactis non haberent : ut cum senatus Romanus , narrante ^c Valerio , ^d factum Cn. Domitii neque probare potuit , neque rescindere voluit : qualia multa in historiis occur-^e sunt.

IV. 1. Illud quoque + ex supra ^d a nobis dictis repetendum est , obligari eum , qui præposuit , + etiam si præpositus fecit ¹⁰ contra mandata arcana , + intra limites tamen publicæ functionis. Hanc æquitatem recte sequutus est prætor Romanus in institoria actione: neque enim omne , quod cum institore geritur , obligat eum ; qui præposuit , + sed ita , + si ejus rei gratia , cui præpositus fuerit , contractum est . + de quo autem ¹¹ palam proscriptum fuit , ne cum eo contrahatur , + is præpositi loco non habebitur : quod si proscriptus quidem sit , + sed ¹² non pateat , + tenetur qui præposuit. + conditio quoque præpositionis servanda est : nam si quis + sub certa lege , + vel ¹³ interventu cuiusdam personæ contrahi voluit , + æquis-^e sumum erit id servari , in quo præpositus est.

2. Cui consequens est , + ut alii reges , aut populi magis , alii minus ex ducum suorum contractibus teneri possint , si satis notæ sint ipsorum leges ,

G R O N O V I I .

⁵ *Morali modo*] Ut ea facultas commode potest explicari.

⁶ *Quæ ad aliam causam*] Quæ satis videbat huc evasura , ut ipsius persona obstringeretur.

⁷ *Contractum præstent*] Ut obnoxios se reddant vinculo , quod subeundum est una cum utilitate ex eo proveniente , aut etiam ipsi utilitati renuntient , si grave ducunt id vinculum subire.

⁸ *Valere , si quid utiliter*] Ex præsumptione non facile irritum facturum aliquem , quod li-

cet inscio se gestum sit , tamen fructus ad eum redundat , utcumque cum onere aliquo.

⁹ *Factum Cn. Domiti*] Regem Arvernorum Bituitum , qui fide publica in castra Romana venerat , retinentis:

¹⁰ *Contra mandata arcana*] Diversa scilicet ab iis , qua palam in speciem data sunt.

¹¹ *Palam proscriptum*] Literis in loco publico affixo denuntiatum.

¹² *Non pateat*] Literis forte obscuratis pluvia , casuive alio , aut ablatis , & refixis.

¹³ *Interventu*] Non nisi adhibita persona nominata.

E f f.

G R O-

Tom. IV.

leges, atque instituta. + De his si non constat, sequendum est quod conjectura dicit, + ut concessum intelligatur id, sine quo satis commode, quæ officii sunt, expediri non possunt.

3. + Mandati fines si excederit minor potestas, + tenebitur ipsa, si quod promisit præstare non potest, ad estimationem: + nisi lex aliqua satius cognita id quoque impedit. Quod si dolus acceperit, id est, si ¹⁴ præse tulerit jus majus, quam habebat, jam tenebitur + & de damno culpa dato, + immo & ex crimen ad poenam ¹⁵ criminis respondentem. ¹⁶ Ex priore causa + bona obligantur; + & si ea deficiant, operæ, aut libertas corporis: + ex posteriore quoque + persona, + aut bona, + aut utrumque, + pro delicti quantitate. Quod autem de dolo diximus procedet etiam, + si quis ¹⁷ testationem interposuerit semetipsum obligari nolle, + quia & damni dati, & poenæ justæ debitum cum delicto non voluntario, sed naturali nexu cohærent.

V. Quia vero semper + aut summa potestas obligatur, + aut minister ejus, + ideo & certum est, partem alteram obligari, + nec dici posse ¹⁸ claudicare contractum. + Egimus de comparatione eorum, qui mediū sunt, ad superiores.

^{a Alc. I.} VI. Videamus & + quid in inferiores possint. Nec puto dubitandum, quin dux milites, magistratus ¹⁹ oppidanos + obligent intra eos actus, ²⁰ qui solent ab ipsis imperari: + alioqui consensu opus esset. ²¹ Contra ducis, aut magistratus pactum ²² inferioribus + proderit in mere utilibus omnino: + id enim in potestate comprehensum satis est: + in his, quæ opus annexum habent, intra ea, quæ imperari solent, omnino; + extra ea, + ita ²³ si acceptaverint, + quæ congruunt his, quæ de stipulatione pro tertio ex naturali jure ^b alibi disseruimus. Generalia hæc illustriora ^c facient subjectæ species.

^{b L. II.} VII. ^b + De belli causis, + & consequentibus transfigere, ²³ ad belli ducem non pertinet, neque enim + belli gerendi pars est bellum finire: immo + eti cum maxima potestate præpositus fuerit, + ea ²⁴ de belli ductu erit intelligenda. Agesilai responsum ad Persas fuit ^c εἰςήνε τὸν πόλων εἴνας κύριον de pace constituendi jus esse civitati. Quam pacem A. Albinus cum Jugurtha rege ^d Senatus

^c Plutarch. in Ages. p. 601. B.

^b De belli causis, & consequentibus transfigere, ad belli ducem non pertinet] Belisarius Gotthis: ἡ γὰρ ἵπευ κύριος τὰ βασιλεῖς πράγματα διορῶνται neque enim nos jus habemus ordinandi res Imperatoris. (Apud PROCOPIUM, Gotthic. Lib. II. c. 6.)

G R O T I L

¹⁴ Præse tulerit jus majus] Sibi finxerit plus esse commissum, & permisum, quam erat.

¹⁵ Crimini respondentem] Majorem, minorem, vnde, pro ratione criminis.

¹⁶ Ex priore] Damni culpa dati.

¹⁷ Testationem interposuerit] Instrumentum testibus subsignatum fieri curaveris.

¹⁸ Claudicare contractum] Quali non paribus pedibus incidere, non utrumque æqualiter ire.

¹⁹ Oppidanos] Si quid illi pro his promiserunt.

²⁰ Qui solent] Quod dux militibus, magistratus oppidanis mandandi jus habet.

²¹ Inferioribus] Si horum in favorem pœnum fuerit.

²² Si acceptaverint] Non omnino, sed in his, quæ rata habuerint milites, vel oppidanani.

²³ Ad belli ducem] A republica, vel principe delegatum.

²⁴ De belli ductu] De negotiis ad bellum administrandum, & gerendum pertinentibus: non etiam de pacificatione.

G R O-

Senatus injussu fecerat, Senatus rescidit (bb) inquit • Sallustius. Et apud ^{a Bell.} Livium ^b est : qui rata ista pax erit, quam non ex auctoritate senatus, non ^{c. 91.} Jugurth. ^{b Lib.} iussu populi Romani peregerimus ? Sic Caudina, sic Numantina sponsio populum Romanum, ut alibi ^c exposuimus, non obligavit. Et eatenus verum ^d XXXVII. est illud ^e Posthumii, si quid est in quo obligari populus potest, in omnia ^f c. 19. ^{c Lib. II.} potest, + nempe eorum, quae ad dictum belli non pertinent : + quod ostendunt antecedentia, de deditio- ^g c. 15. §. ne, de sponsione relinquendae, aut incen- ^h 3. 16, 17. dendae urbis, de statu mutando.

VIII. ^c + Inducias dare ducum est, nec summortm tantum, + sed & minorum, iis nempe, quos oppugnant, aut obsecros tenent, & se, su-^{d Lib.} asque copias quod attinet. + Nam alios duces pares non obligant, quod ^{XXIV. c.} Fabii, & Marcelli historia apud ^d + Livium declarat.

IX. 1. Homines, imperia, agros, bello quæsita concedere itidem + du-^{e Just. I.} cum non est. ^f Hoc jure Syria ^e Tigrani ademta, quamquam Lucul-^{XL. c. 2.} lus dederat. De Sophonisba, ^f quæ bello capta erat, ait Scipio, Sena-^{g Cast. de} tus, populique Romani judicium, atque arbitrium esse ; + ideo a Massanissa, ^{g Just. & ju-} quo duce capta erat, libertatem ei dari non potuisse. ^h + In res alias, ^{re I. 1.} quæ in præda sunt, jus aliquod concedi imperantibus videmus, + non tam ⁱ ex vi potestatis, quam cujusque populi moribus. qua de re satis supe-^{b Lib. III.} riens a nobis ^b dictum est. ^{c. VI. §. 15.}

2. + At ^j nondum quæsita condonare, omnino in ducum est potestate : quia oppida pleraque, & homines saepe in bello dedunt se sub conditionibus vitae salvæ, aut & libertatis, aut & bonorum, + de quibus summae potestatis arbitrium ^k exquiri, res plerumque non patitur. Paratione jus hoc & + ducibus non summis dandum est ^l + intra ea, quæ ideo agenda commissa sunt. Maharbal Romanis quibusdam, qui ex prælio ad Trasimenum evaserant, satis longe absente Annibale, fidem dederat non tantum vitae, ^m τῆς σωτηρίας, ut nimium concise narrat Polybius ⁱ, sed, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum : retinet eos Annibal hoc causatus : ⁿ ἀτὶ Μαρθένοις ἐκ εἰν κύπεο ἀνευ τῆς αὐτῆς γνώμης, διδεῖ τὴν ^o 85. ^{ασφά-}

G R O T I I.

^c *Inducias dare, ducum est*] Vide *Parutam* lib. V

G R O N O V I I.

²⁵ *Posthumii*] Pronuntiatum in Caudina causa. *Liv. 9, 9.*

²⁶ *Hoc jure Syria*] Atqui non tam jure id factum, quam insolentia Pompejii, qui pro libidine, quæ potuit, acta Luculli rescidit. Ideo & ipsius acta noluit confirmare senatus, neque id efficerre potuit, nisi postquam, nefaria cum Cæsare, & Crasso conspiratione inita, & se, & rempublicam perdidit. Alioqui non magis licuisset Pompejo adimere, quam Lucullo dare: fuerant enim pari jure; sed Pompejus

successor, & amplus Luculli. Licuisse autem utrumque ita, si ratum haberet senatus, ex historia notum. Cui autem Tigrani immo Antiochæ Asiatico, Pii filio, Cyziceni nepoti.

²⁷ *Nondum quæsita*] Quæ tantummodo inspe sunt acquirendi, pacto relinquere possessoribus, si alia imperata facere velint.

²⁸ *Exquiri res*] Brevitas occasionis.

²⁹ *Intra ea*] In iis dumtaxat causis, quæ illis delegantur.

(bb) Non sunt hæc ipsa verba SALLUSTI, apud quem ita legitur: *Senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo, atque Populi injussu, nullum potuisse fedem fieri.* Bell. Jug. Cap. 43. Ed. Waff. J. B.

^a Lib. XXII.c.6. στρατειῶν τοῖς ὑποστόνδοις^d in potestate Mahabalis non fuisse, se inconsulto fidene dare se dedentibus, qua ipsos illatos, aut indennes prestaret. Judicium de hoc facto^a Lii sequitur. ³⁰ Punica religione servata fides ab Annibale est.

^{h Orat.} ^{pro C. Rabir. c. 10.} 3. Quare & M. Tullium in Rabirii causa ³¹ + ut oratorem audire debeamus, + non ut judicem. Vult a Rabirio + Saturnium jure cæsum, quem consul C. Marius + data fide ex capitulo abduxerat. *Fides*, ^b ait, *qui potuit sine senatus consulo dari?* & ita rem agit quasi Marium solum fides ista obstringeret. + Atqui C. Marius ex senatusconsulo potestatem acceperat operam dandi, ut imperium populi Romani, majestasque conservaretur. ^c In ea potestate, quæ Romanis moribus erat maxima, quis neget, + comprehensum jus dandæ impunitatis, si eo modo omne periculum a republica arceretur?

X. Cæterum, in his ducum pactis, + quia de re agunt aliena, quatenus contractus natura patitur, ³² adstringenda interpretatio, nempe + ne aut ex ipsorum facto sumnia potestas plus, quam vellet, obligetur, + aut ipsi damnum subeant officium faciendo.

XI. Ita qui in ditionem puram a duce accipitur, + eo jure acceptus censetur, ut de eo victoris populi, aut regis arbitrium sit, cuius exemplum est in + Gentio Illyrii, & Perseo Macedoniæ rege, qui se, ille ^c Anicio, hic ^d Paulo dediderunt.

^a Appian. ^c Anicio, hic ^d Paulo dediderunt.
^{Bell. Illyr.} XII. Sic adjecta cautio, ³³ ita ratum sit si populus Romanus
^{pag. 761.} ^d Livius, censisset, quam saepe ^{+ in} sponzionibus invenias, ^{+ efficiet}, ut, ratihabi-
XLV. 6. tione non secuta, dux in nihil ipse teneatur, ^{+ nisi si qua locupletior fa-}
^e ^f Iust. lib. Etus sit.

XIV. XIII. Et, qui oppidum tradere promiserunt, + possunt præsidium dimittere, ut fecisse Locrenses legimus.

G R O T I L.

G R O N O V I L

d In potestate Makbaralis non suisse, se inconsulto fidem dare se dedentibus] Non magis probabile erat in re summis effugium, quo usus Bajazetes aduersus Servios Cratovianos, narrante Leuencluvio lib. VI.

30 *Punica religione servari*] Id est, non servata: semper enim male audierunt Pœni ob perfidiam.

*e In ea potestate, quæ Romanis moribus erat
maxima] Vide Sallustium in bello Catilinario.
(Cap. 30. Ed. Wall.) Tullianz huic cavil-
lationi non dispar illa Consalvi in ducem Va-
lentium Guicciardini libro VI. (Pag. 339.
Ed. Genev. 1645.*

31 Ut oratorem, non ut judicem] Vide ad illa prolegom. *scilicet*, argumento, causæ seruire. num. 40.

32 Adstringenda] Strictior, & angustior sumenda.

33 Ita ratum sit] Liv. 37, 45. Pro impensis in bellum factis 15000. talentum Euboicorum dabitis : quingenta praesentia: duo milia quingenta, quem senatus, populusque Romanus pacem comprobaverit: milia deinde talenta per duodecim annos. Hec quingenta, si senatus pacem non comprobasset, restituui vult auctor. Liv. 33, 154.

HENRI.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
 IN
HUGONIS GROTI

L I B . I I I . C A P . X X I L

Duo hoc capite queruntur : 1^o. quatenus ex facto ducum belli obligetur summa potestas, §. 1. seq. 2^o. quatenus inferiores ex actibus ducum, vel magistrorum obligentur, §. 6. seq. Præmittendum hic est, inferiorem potestatem, v. g. ducem, vel magistratum, idem regulariter dare de republica non posse, quia summam potestati de ea disponendi jus est. Exc. 1. si vi officii, & mandati, fides illa continetur; valet ergo promissio militibus facta de præda iis distribuenda, si v. g. anceps sit victoria; 2. si superior rati-habent; tunc enim nullum dubium est, quin valeat fides data, ex consensu superioris. Sed & 3. superior inde obligatur, si id, propter quod fides data est, in rem eius versum sit, & quatenus versum est.

Cæterum, de suo jure privato disponere inferiores potestates possunt, & quatenus disponunt, ita jus est.

Additio.

Postquam Auctor examinavit fidem hōsti a summa potestate datam, hoc capi-te agit de ea fide, quam minores potestates, v. g. duces belli, legati, magistratus, &c. aut inter se dant, aut aliis, §. 1.

Et prīmo quidem loco querit, *an summa potestas ex tali fide data obligetur?* Quod affirmat 1^o. si intra fines concessæ facultatis fides data sit: quia probabilit̄ id ipsorum officio contineri censetur, vel si quidem sub officio non continetur, de speciali tamen præpositione constet, §. 2. §. 4: 2^o. si consentiat, ratihabendo id, quod actum est, vel expresse,

vel tacite: 3^o. si locupletior inde facta sit, §. 3. Unde concludit, alterum, cum quo contractum est, similiter obligari, neque contractum hunc esse unilateralem, §. 5.

Secundo querit, an inferiores quoque obligentur ex pacto minorum potestatum? adeoque an miles ex pacto ducis, sub-diti ex pacto magistratus? Affirmat Au-tor si fides detur intra actus, qui solent ab ipsis imperari, §. 6. non intra actus reliquos, §. 6. Idem dicendum, ait, si pactum ipsis sit utile, at cum onere con-junctum, d. §. 6.

Atque ex his jam concludit, 1^o. Du-cem belli pacem facere non posse, §. 7: 2^o. inducias a quolibet præfecto circa lo-cum, vel actum suæ fidei commissum contrahi posse, §. 8. 3^o. Duceam præ-dam quærendam, non quæstam, militibus concedere posse, §. 9. modo id fiat intra fines administrationis, d. §. 9. n. x.

4^o. dimittere eum posse captos. & impuni-tatem promittere, §. 9. n. 2. §. 3.

Tandem regulas interpretationis sub-icit tum intuitu summæ potestatis, tum in-tuitu minorum potestatum. Cavendum enim 1. ait, ne ipsorum facto summa po-testas plus, quam vellet, obligetur: 2. ne officium sit damnosum ducibus, §. 10. Unde deditio-nem, a duce acceptam pu-re, ita interpretandam esse, ait, ut de eo regis arbitrium sit, §. 11. Cautionem si regi visum fuerit, ita interpretandam, ut dux ad nihil teneatur si rex nolit, nisi quatenus locupletior factus est, §. 12. Denique premissum de oppido tra-

Fff 3 dendo

• dendo hanc pati interpretationem, ut præ-
• fidium dimitti possit, §. 13. Singula in
• sequentibus examinabimus.

• quæ ex ipsa præpositionis natura sequun-
• tur.

Nota publice] • Præpositio facti est, ad-
• coque ab allegante probari debet.

A D §. I.

Nos diximus] , L. 3. c. 20. §. 1.
Quam dant minores inter se] • V. g. du-
• ces belli, præfecti, legati, minores ma-
• gistratus, &c.

Aut alii] • V. g. subdito hostis.

Auspicio] • Auspicio nemo habebat, nisi
• penes quem summum erat imperium,
• Horat. 4. O. 14.

Sive longius remoti] • V. g. legati, præ-
• fecti urbis obfessæ, &c.

A D §. II.

In borum] , Minorum scilicet potesta-
• tum.

An summam potestatem obligent] • Si sci-
• licet ejus nomine fidem dant.

Aut an se ipsorū] • Quod Auctor §. 4.
• examinat. Repetenda sunt ea, quæ supra
• late de sponzionibus, & quatenus ex iis
• duces obligentur, tractavimus. Sed & præ-
• terea diximus pr. b. c. ducem obligari
• quoties de suo jure privato disponit, quia
• hosti quoque fides servanda est.

Per eum, quem voluntatis nostra ministrum ei agimus] , Et qui nudum instru-
• mentum est, per quod agimus.

Sive voluntas illa specialiter expressa est] • Litteris specificice comprehensa.

*Sive ex ipsa præpositionis natura colligi-
tur*] , Ita enim toto belli negotio alicui
• commissio omnia ea continentur, sine qui-
• bus bellum geri nequit.

Nam qui dat facultatem] • Qui vult fi-
• nem, vult etiam media ad obtinendum
• illum finem necessaria. *Vid. B. Par. Pos.
jur. Gent. IV.*

*Quod in moralis materia intelligendum est
moralis modo*] • Ut commode facultas il-
• la concessa expediti queat.

*Faciendo id, quod probabiliter ipsorum
officio contineri censetur*] • Dato enim jure,
• omnia illa data censentur, sine quibus
• jus illud commode expediri nequit.

Extra illud] • Id est, extra officium.

Speciali præpositione] • Qui enim aliquem
• præponit negotio, in omnia consentit,

A D §. III.

Sunt & alii modi] • Præter eos, quos
• modo exposuit, & qui vel vi officii, vel
• ex præpositione speciali sequuntur.

Antecedente ministrorum facto] • Adeo-
• que ubi summa potestas tenetur ex facto
• minorum potestatum, et si nec vi officii,
• nec vi præpositionis specialis id fecerint.

*Sed non ita, ut id factum causa sit pro-
• prie dicta, sed ut occasio sit obligationis*] • Vel quia ratihabent factum ministrorum;
• vel quia locupletiores inde facti sunt.

Non tantum expressa, sed & tacita] • Voluntas enim æque verbis, ac factis de-
• claratur.

*Ubi scivit summa potestas quod action-
erat, & fieri passa est*] , Modo impedire:
• potuerit. *Vid. l. 2. c. 17. §. 9.*

*Qua ad aliam causam referri probabiliter
non possunt*] , Adeoque unde morali mo-
• do consensu ejus elicitor.

Alibi tractavimus] , *Vid. Pos. J. Gent.
IV. ibique not. l. 2. c. 4. §. 5. & c. 15.
§. 17. l. 3. c. 24. §. 1.*

Per rem bacchanus obligantur] • Obliga-
• tio igitur haec non est ex consensu, aut
• voluntate, sed ex possessione rei, vel ju-
• ris alieni; unde obligatur possessor etiam
• invitatus: de qua obligationis specie actum:
• est. *l. 2. c. 10. per tot.*

Ne locupletiores fiant aliena iactura] • Si
• ex pacto ministrorum ipsa summa pote-
• stas locupletior facta sit, tenetur quidem;
• at non ex pacto: sed quia aliquid alieni
• tenet, quod ex regula naturæ ei, cuius
• est, restituere debet.

*Ut aut contractum præsent, ex quo
commodum volunt consequi*] • Id est ut
• ratihabeant.

Aut de commodo discedant] , Id est,
• lucrum, quod ex pacto Ducis accepere,
• restituant; adeoque hoc in arbitrio sum-
• mæ potestatis consistit.

Et bacchanus, nec ultra] , Id est, non
• præcise ratihabere pactum tenetur, sed
• sufficit si de commodo discedat.

*Quod dicitur valere si quid utiliter ge-
• fsum*

stum est] „ Quod plenius explicavimus sic „ pra l. 2. c. 10. §. 9.

Qui cum pacta improbent, tamen retin- „ nent quod sine pactis non haberent] „ Con- „ tradicere hic videtur Auctor eis, quæ su- „ pra l. 2. c. 15. §. 16. n. 2. afferuit, ubi „ populum Romanum ex sponsione Caudi- „ na non obligatum fuisse, ait, nec ad „ restituendum exercitum, quem tamen si- „ ne hoc pacto recepturus non fuisse.

, sic accipimus, claris literis, unde de plano „ recte legi possit; ante tabernacum, scilicet „ vel ante eum locum, in quo negotiatio „ exercetur, non in loco remoto, sed in „ evidenti. . . Certe si quis dicat, ignorasse „ se literas, vel non observasse quod propo- „ situm erat, cum multi legerent. cumque „ palam esset propositum, non audietur, I. „ II. §. 3. ff. Inst. act.

Conditio quoque præpositionis servanda] „ Nam tenetur saltem juxta præpositionis „ formam, lib. 5. §. 11. lib. II. §. 5. ff. „ I. 3. C. Inst. act. I. I. §. 7. §. 12. ff. „ Exerc. ad.

Sub certa lege] „ V. g. Si quis instito- „ rem præponit ea lege, ne ultra 50. au- „ reos emat, d. I. II. §. 5. junct. I. 5. §. „ II. eod. ita si tantum pecuniis foeneran- „ dis, agris colendis, &c. præpositus est, „ d. I. 5. §. 2.

Vel interventu cuiusdam persona] „ Uti „ si non nisi præfente Cajo cum eo vult „ contrahi, d. I. II. §. 5. Idem est si sal- „ tem sub pignore cum eo contrahi voluit, „ d. I. II. §. 5.

Aequissimum erit id servari, in quo præ- „ positus fuit] „ Quia ex solo mandato tené- „ tur præponens: at ultra formam præpo- „ sitionis nihil mandavit, d. I. II. §. 5. „ §. 11. d. I. 5. §. II.

Ut alii reges, aut populi magis, §. c. 2. „ ex ducum suorum contractibus teneri possint, „ &c. si satis nota sint ipsorum leges, atque „ instituta] „ Senatus Romanus pactum pro- „ recipiendis captiis initum ratum habere „ noluit, quia contra disciplinam Romanam „ redempti erant captivi. Val. Max. I. 4. „ c. 8.

De his si non constat, sequendum est „ quod conjectura dictat] „ Immo ex conje- „ cturis nihil sequitur, adeoque insisten- „ dum principiis, quæ in præcedentibus „ exposuimus, an nimirum Dux, &c. pro- „ miserit intra fines mandati, & præposi- „ tionis.

Ut concessum intelligatur id, fine quo, „ §. c.] „ Hoc non ex interpretatione aliqua, „ sed ex ipsa voluntatis, ac negotii natura „ sequitur. Voluntatem enim satis declarari „ ex medii necessitate, vidimus in exposi- „ tione positionum B. Parentis ad Jus Gent. „ pos. IV.

Mandati fines si excecerit] „ Si scilicet 3 „ mandatum ejus limitatum fuit, non si ge- „ nerale, uti in legatis esse solet.

Tene-

A D S. I.V.

I Ex supra a nobis dictis] „ L. 2. c. II. „ §. 12. §. 13. Conf. not. ad l. 2. c. 18. „ §. f.

Eiam si præpositus fecit contra mandata „ arcana] „ Princeps enim, qui legatum mit- „ tit, tenetur ex mandato generali, vulgo „ literis credentialibus; per has enim lite- „ ras rogat in genere eum, ad quem lega- „ tus mittitur, ut plenam fidem missa ha- „ beat. Si proinde legatus arcani mandati „ fines excedit, ipse tenetur suo principi: „ at Princeps obligatur ex eo pacto hosti- „ Secus in duce belli, vel qui alias nego- „ tio alicui præpositus, nec literis creden- „ tialibus munitus est: ex hujus enim pa- „ ctis non tenetur Princeps, nisi intra præ- „ positionis fines. Si proinde præpositus fi- „ nes illos præpositionis excedit, hic solus „ tenetur, non princeps, d. c. II. §. 13.

Intra limites publicæ functionis] Immo „ ex legati pacto Princeps semper tenetur, „ si mandatum generale exhibuit. At ex du- „ cis, vel alterius præpositi pacto non te- „ netur, nisi quatenus natura negotii, cui „ præpositus est, id permittit.

Sed ita si ejus rei gratia, cui præpositus „ fuerit, contractum est] „ De quo vide l. 2. „ c. II. §. 13. §. l. 2. c. 10. §. 2. n. 2.

De quo autem palam prescriptum, &c.] „ Conf. Gron. b. Vid. l. II. §. 2. ff. Inst. „ act.

Is præpositi loco non babebitur] „ Quia re- „ vocatum est mandatum.

Sed non patet] „ Id est, non ita pro- „ scriptum, ut ad notitiam necessario per- „ venire debeat.

Tenetur qui præpositus] „ Quia tamdiu „ durare videtur mandatum semel datum, „ donec de mutatione constet iis, quorum „ interest, Ulpianus ait: proscribere palam

Tenebitur ipsa ad affirmationem] „ Te-
„ nebitur ad id, quod promisit, adeoque
„ vel ad rem ipsam præstandam, vel ad id,
„ quod tantundem est. Fabius Maximus,
„ cum senatus pretium, quod Annibali pro
„ redimendis captivis stipulatus erat, dare
„ nollet, missio in urbem filio fundum,
„ quem unicum possidebat, vendidit, ut
„ fidem liberaret. Val. Max. l. 4. c. 8.
„ Grot. l. 2. c. 15. §. 16. n. 4.

*Nisi lex aliqua satis cognita id quoque
impedit*] „ Sensus videtur hic esse, quod
„ si lex præpositionis ei cum quo agitur,
„ satis nota sit, is nec ad estimationem
„ agere possit, quia sibi imputare debet
„ quod cum eo contrahat, quem scit fa-
„ cultatem paciscendi non habere.

Et de danano culpa dato] „ Si pacto hoc
„ alii aliquid abest.

*Immo & ex criminis ad paenam criminis
respondentem*] „ Petere nimis potest is,
„ quem decepit, ut summa potestas, cuius
„ nomine contraxit, eum vel puniat, vel
„ dedit.

Bona obligantur] „ Quia facto ejus illi-
„ cito falteri aliquid abest, quod faciens
„ de suo restituere debet ei, cui id abest.

*Et si ea deficiant, opera, aut libertas
corporis*] „ Quia hoc unicum medium est
„ reparandi jus alii ablatum.

Ex posteriori] „ Si dolus accesserit.

Persona] „ Nam de malitia, & de me-
„ rito agitur; quod personale est.

Aut bona] „ Si. damnum alteri. datum
„ sit.

Aut utrumque] „ Si & malitia punien-
„ da, & damnum restituendum.

Pro delicti quantitate] „ Proportio enim
„ esse debet inter paenam, & delictum.

*Si quis testationem interposuit, semetipsum
obligari nolle*] „ Sciens se ultra fines man-
„ dati agere. Neque enim tunc obligatur
„ ex pacto, sed ex dolo; de hoc enim
„ inter partes contrahentes cogitatum non
„ est.

*Quia & damni dati, & pena justa de-
bitum cum delicto, &c. naturali nexus co-
herent*] „ Nisi partes invicem ita contra-
„ hant, quod alter nec de dolo agere ve-
„ lit. Tale enim pactum omnino valet,
„ quia partes de suo iure disponunt, &
„ prohibitio, quæ jure Romano hac in re
„ exstat. (vid. l. 1. §. 7: de pos. l. 23: de
„ R. J.) est, mere positiva. Veram ratio-

„ nem, cur interposita testatione, se obli-
„ gari ipsum nolle, nihilominus de dolo
„ teneatur, jam dedimus, quia de dolo
„ cogitatum non est inter contrahentes;
„ alter enim bona fide contrahi potat. Se-
„ cus si doli, & ne ex eo teneatur, in
„ specie mentio fiat.

A D §. V.

A u t summa potestas] „ Si dux intra
„ fines officii fidem dat.

Aut minister eius] „ Si mandati fines
excessit.

*Ideo & certum est, alberam partem obli-
gari*] „ Is enim, qui cum præposito con-
„ trahit, allegare nequit, eum extra fines
„ officii fidem dedisse. Si enim vel summa
„ potestas, vel ejus minister, parati sunt
„ fidem datam implere, ipse omnino tene-
„ tur a sua quoque parte promissum præ-
„ stare.

Nec dici posse, claudicare contractum] „ Absurdum enim esset, negotium in alte-
„ riis persona ratum esse, in alterius non.
„ L. 21. §. p. ff. rec. arb. Quando vere
„ claudicare dicatur contractus, & quænam
„ sint exceptions, late tractat Barbos. lo-
„ cupl. c. 84. de contractu n. 35.

*Egimus de comparatione eorum, qui me-
dii sunt ad superiores*] „ Sensus est, quod
„ haec tenus quæstum fuerit, an promissa
„ eorum, qui minorem potestatem habent,
„ summam potestatem obligent. Vid. §. 2.
„ &c. 3.

A D §. V.I.

Quia in inferiores possint] „ Id est,
„ quatenus inferiores ex minorum potesta-
„ tum promissis teneantur:

*Obligent intra eos actus, qui solent ab
ipsis imperari*] „ Omne jus ducis in infé-
riores dependet a concessione superio-
ris, sub qua continentur omnia, sine
quibus concessio illa commode explicari
nequit.

Alioqui consensu opus effet] „ Si. Dux
„ quædam promittit, quæ sub officio non
„ continentur, inferiores inde non obli-
„ gantur,

» gantur, nisi consentiant, quia dox ha-
» ctenus disponeret de jure alieno.

Proderit in mere utilibus omnino] » Etsi
» pactum absque eorum consensu initum
» sit; locupletiores enim fierent alterius
» iactura.

*Id enim in potestate comprehensum satis-
est*] » Officium enim ducis, & magistra-
» tus est, utilitatem militum, & subdito-
» rum promovere.

*In his, quo onus agnoscum habent, in-
tra ea, qua imperari solent omnino*] » Nam
» tunc jure, & nomine summæ potestatis
» contrahunt duces. Unde semper obli-
» gantur inferiores.

Extra ea] » Scilicet quo imperari so-
» lent, seu quo sub officio continentur.

Ita si acceptaverint] » Quia alias Dux
» de alieno jure disponeret.

*Qua congruant his, quo de stipulatione
pro tertio alibi differuimus*] » De qua pte-
» nius supra l. 2. c. 11. §. 12. &c. 13.

A D §. VII

*De belli causa. & consequentibus
transfigere, ad belli ducem non pertinet*] Ratio in aprico est, quia ejus est bellum finire, qui gerere suo jure potest, adeoque solius summæ potestatis. Ducibus bellum, non pax commissa, ut procuratoribus lis, non transactio. *Vid. supr. c. 20.
§. 2. seq.*

Et consequentibus] » Id est, sine qua
bus bellum geri non potest.

Belli gerendi pars est] » Duci autem so-
» la gestio belli commissa est.

Etsi cum maxima potestate praeponitus fuerit] » Etsi liberum belli arbitrium ei com-
» missum sit.

Ea de belli ductu erit intelligenda] » Quia
» tantum belli gestio ei commissa est; non
» autem gerit bellum qui de eo transit.

*Nempe eorum, quo ad ductum belli
non pertinet*] » Adeoque quo sub officio
» ducis non continentur.

Quod ostendunt antecedentia] » Nem-
» agebatur de pace certis conditionibus
» ineunda, pro qua spondit Posthu-
» mius. *Liv. l. 9. c. 4. s. &c. 6.*

A D §. VIII

Inducias dare, ducum est] Hoc
verum est de induciis, quibus bellum non
impeditur (nam tunc sunt pars adminis-
trationis, ac sub ducis mandato, & officio id continetur); adeoque de induciis
paucorum dierum. Secus si ad plures an-
nos contrahuntur. *Vid. Tescm. b. &c. l. 3.
c. 21. §. 4.*

Sed & minorum] » Ita enim urbe ob-
» lessa praefectus inducias ad sepeliendos
» mortuos, &c. concedere potest.

Nam alios duces pares nos obligant] » In hos enim imperium ipsis non com-
» petit: adeoque illi plane ex induciis
» concessis non obligantur, nec vi paci,
» quia fidem non dederunt; nec vi im-
» perii, quia ejus imperio non subfunt.

Lition] » L. 24. c. 19. Duo hi con-
» fules Caesinaum oppugnabant. *Fabius Cam-*
» *panis* orantibus permisit, ut abire Ca-
» *panam* tuto liceret. *Marcellus* paucis egre-
» sis portam, qua egrediebantur, occupa-
» vit, cædesque promiscue omnium circa
» portam primo, deinde irruptione facta
» etiam in urbe permisit. *Quinquaginta*
» vero primo egressi Campanorum quum
» ad *Fabium* confugissent, praedium ejus
» *Capuam* pervenerunt.

A D §. IX

Ducum nos est] Utpote quibus sal-
tem potestas administrandi, non alienandi
concessa est. At prædam aliquando conce-
dere militibus posse, supra dictum est, l.
3. c. 6. s. 18. seq.

Hoc jure Syria Tigrane ademta] » *Vid.*
» *Gron. b.* Quare Saguntini recte petebant,
» ut *Populus Romanus* ea vellet confirma-
» re, & rata habere, quo duces concesserant. *Liv. l. 28. c. 39.*

Ideo a Massanissa, quo duce capta erat] » Et qui eam matrimonio sibi junxit.

In res alias, quo in præda sunt] » Sci-
» licet, res mobiles, quo ab hoste capiun-
» tur.

*Non tam ex vi potestatis, quam cuiusque
populi moribus*] » Immo pendet id ex fi-
» nibus mandati; regulariter enim præda
» cedit:

G g 8

» cedit populo : at si victoria aliter non
» satis commode haberi potest, erit pars
» officii eam promittere militibus.

2 At nondum quæsta] » Id est, prædam
» futuram, vel etiam immobilia, quæ ple-
» rumque non nisi certa conditione de-
» duntur.

*De quibus summa potestatis arbitrium ex-
quiri, res plerumque non patitur*] » Adeo-
» que quæ arbitrio ducis relinquunt debent,
» indeque sub ejus officio continentur : qui
» pro varietate circumstantiarum judicare
» debet, an magis intersit deditos sub con-
» ditione accipere, an vero extrema ten-
» tare.

Ducibus non summis] » Quibus vel ob-
» fidio urbis, vel defensio urbis obfessæ
» commissa est.

Intra ea, qua ipsi agenda commissa sunt] »
» Id est, si mandatum id ipsis est, vel
» sub mandato ex natura negotii conti-
» netur.

3 Ut oratorem] » Qui causæ servit:

Non ut judicem] » Qui causam decidit.
Saturninum jure casum] » Saturninus
» ut Glauciam consulem faceret, Memmium
» consularem virum interficeret; quo no-
» mine consules ex SCto armati Saturni-
» num persequuntur: qui cum fide publi-
» ca descendisset in curiam, ut civili mo-
» re causa tractaretur, lapidibus est obru-
» tus..

Data fide] » Plut. in Mario. Appian.
» de bello Civ. l. 1.

*Atqui C. Marius ex senatusconsulto po-
testatem accepérat*] » Teste ipso Cicerone
» in dicta oratione.

Comprehensum ius danda impunitatis] » Cicero in allegato loco videtur innuere,
» Saturninum consensu ipsius Marii, qui
» fidem dedit, interemptum fuisse. Verba
» hæc sunt: *Ac si fides Saturnino data
» est, non eam Rabiriu, sed Marius de-
» dit; idemque violavit, si in fide non ste-
» tit, &c.*

A D §. X.

*Quia de re agunt aliena, quatenus
contractus natura patitur adstringenda in-
terpretatio*] Sæpius jam dictum est, stri-
ctam, & laxiorem interpretationem jure
naturæ cognitam non esse: & verum non
esse, illam in dispositione de re aliena,

hanc in dispositione de re propria obtinere.
Additio.

» Omnia dependent a mandato. Si fa-
» cultas pacificandi de illa re continetur
» sub vi offici, & ex natura negotii man-
» dati sequitur, tunc semper valet pactum,
» etiam ratione mandantis.

*Ne aut ex ipsorum facto summa potestas
plus, quam vellet, obligetur*] » Hoc non
» dependet ab aliqua interpretatione, sed
» a natura negotii: si pactum convenit
» naturæ negotii, semper tenetur mandans
» ex suo consensu.

*Aut ipsi damnum subeant officium facien-
do*] » Si ex natura negotii facultas paci-
» fendi non sequitur, deficit mandatum,
» adeoque damnum sua culpa patientur du-
» ces. Hinc tutius est, in dubio consen-
» sum superioris expetere.

A D §. X L

*Eo jure acceptus censetur, ut de eo vi-
ctoris populi arbitrium sit*] » Rationem al-
» legat, quia in pactis, quæ de re aliena
» fiunt, stricta fieri debet interpretatio, ne
» ex ducum facto summa potestas plus,
» quam vellet, obligetur, *S. præced.* Ve-
» rior ratio est, quod illi, qui pure se de-
» dunt, vere servi fiant, adeoque in eos
» omnia jura, quæ in servos statuta sunt,
» obtineant.

Gentio Illyrii] » Apud Liv. l. 44. c. 31.
» l. 45. c. 1.

A D §. X I I.

In sponsionibus] » L. 2. c. 15. §. 16.
*Efficit ut ratibabitio non secuta dux
in nihil ipse teneatur*] » Nihil enim pro-
» misit, nisi sub conditione; qua defici-
» ente nihil auctum intelligitur.

Nisi si qua locupletior factus est] » Tunc
» enim non tenetur ex pacto, sed quia
» aliquid alieni tenet, quod ei, cuius est,
» ex regula naturæ restituere tenetur.

A D §. X I I I.

*Possunt presidionem dimittere, ut
fecisse*

fecisse Locrenses legimus] Idque concludit ex stricta illa interpretatione pacti, quod de re aliena agit. *Vid. §. 10.* At in genere verius est, urbe dedita etiam præsidium deditum censeri, quia omnia jura publica, & privata urbis in po-

testatem victoris transfeunt. Neque id negabunt Locrenses; sed caufabantur, non solo, seu ex proposito præsidium Romanum dimissum esse, sed clam profugisse, atque ideo dedi non potuisse. *Liv. l. 24. c. 1.*

C A P U T X X I I I.

De fide privata in bello.

- I. Refellitur sententia statuens, privatos fide hosti data non obstringi.
- II. Ostenditur obstringi eos etiam piratae, & latroni: & quatenus:
- III. Minor hic non excipitur.
- IV. Error an liberet.
- V. Solvitur objectio summa ex publica utilitate.
- VI. Aptantur ante dicta ad fidem datum redditus in carcerem:
- VII. In certum locum non redeundi: non militandi:
- VIII. Non fugienda.
- IX. Captum alii se dare non posse.
- X. An privati cogendi sint a suis protestatibus implere quod promiserant.
- XI. Qualis interpretatio in hujusmodi pactis adhibenda.
- XII. Quomodo siamenda voces vitæ, vestium, adventus, auxilii.
- XIII. Rediisse ad hostem quis dicendus:
- XIV. Justa auxilia que, in ditione, sub conditione facta.
- XV. Quæ ad executionem pertinent, conditionem non facere.
- XVI. De talium pactorum obcidibus.

+ I. **C**iceronis est illud + satis tritum: *etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda: singuli, I. 13.* ^{a De Off.}
 + milites puta, aut pagani: nihil enim ad fidem refert. Mirum est + inventos esse juris magistrorum ^b, qui docerent, + pacta publice cum hostibus inita fidem adstringere; + at quæ ^c a privatis fierent, non item. + Nam, cum privati jura privata habeant, quæ obligare possunt, + & hostes ^c capaces sint acquirendi juris, + quid esse potest quod obligationem impediat? adde quod nisi id statuatur, ³ + datur cadibus occasio, libertati impedimentum: + nam & illæ caveri saepè, + & hæc obtineri a captivis, + fide privatorum sublata, non poterit.

II. Immo + non hosti tantum illi, + quem jus gentium agnoscit, + sed & latroni, & piratae data privatim fides obligat, perinde ut de fide publica

^b Bart. in
^c conventionum. D.
de paciis.
Zaf. in
apol. contra
Eckium.
^c Hoc li-
bro c. XXX.
§. 2.

G R O O V I Z.

auctoritate tutorum, & dominorum, obligare se nequeunt.

¹ *Singuli temporibus adducti*] Quæ scilicet homines promitterent, nisi dura, & infelicia tempora experientur.

³ *Datur cedibus*] Minus enim parcent pollicentibus se redemptumiri, & si cui pepercissent, eum, quod nunc sape sit, fide data nunquam dimittent ad pretium redemptionis comparandum, si certum erit, eum ista fide non obligari.

² *A privatis*] Videntur illi privatos considerasse tanquam pupilos, & servos, qui sine

^{a Supra} publica supra ⁴ diximus. ⁵ Id interest, quod si metus injustus ab altero incussus impulerit ad promittendum, is, qui promisit, ⁶ petere restitutio-
^{b. Oldr.} nem, aut, si alter nolit, ⁷ & ⁸ sibi eam præstare potest. ⁹ Quod ¹⁰ in
^{c. 3. §. 4.} metu procedente ex bello publico juris gentium locum non habet.
^{n. 21.} Quod si & jusjurandum accesserit, ¹¹ jam omnino quod promissum est
^{conf. 7. Co-} præstandum erit ab eo, qui promisit, si perjurii crimen effugere volet.
^{var. de ma-} Sed tale perjurium si in hostem publicum commissum sit, ¹² puniri ab ho-
^{trim. p. 11,} minibus solet: ¹³ si in latrones, aut piratas, ¹⁴ dissimulari odio eorum,
¹⁵ quorum commodum agitur.

III. In hac quoque privata fide ¹⁶ & minorem non excipiems, ¹⁷ qui
¹⁸ ejus status est, ut actum intelligat. Nam ¹⁹ quæ minoribus consulunt
^{c Lib. II,} beneficia, ²⁰ ex jure sunt civili. Nos ²¹ de jure gentium quærimus.

^{a Cap.} IV. Et de errore alibi ²² diximus, ita jus dare a contractu recedendi,
^{XXII. §. 7.} ²³ si id, quod per errorem creditum fuit, ²⁴ in mente agentis vim ha-
^{b. H.} buerit conditionis.

^{c. 5.} ^d V. 1. At, ²⁵ quo usque se extendat privatorum in pacificando po-
^{e Panic.} testas, difficilior inspectio est. ²⁶ Quod publicum est, a privato alienari
^{pag. 55.} non posse, satis constat: nam si ²⁷ ne ducibus quidem belli id permisum
^{Ed. H.} est, ut ²⁸ modo ^d probavimus, multo minus privatis. Sed ²⁹ de ipsorum
^{Steph.} actionibus, ac rebus quæri potest, quia videntur ³⁰ hæc quoque concedi
^{7.} hostibus non posse sine aliquo damno partis: unde videri possunt talia
¹⁰ pacta ¹¹ illicita cum civibus ob jus supereminens civitatis, ¹² tum con-
¹² ductis militibus ob fidem sacramento datam.

¹² 2. ³¹ Sed sciendum est, ea pacta, ³² quæ ¹¹ malum majus, aut cer-
¹³ tius evitant, magis utilia, quam damnosa, etiam publico censeri debere,
¹⁴ ³³ quia minus malum induit rationem boni: *χεὶς τῶν κακῶν ἵπιλέγοθε τὰ μετρώπες*,
¹⁵ ut ait quidam apud ^e Appianum. Neque vero ¹⁶ fides sola, qua quis po-
¹⁶ testatem ipsam sui, & suarum rerum non abdicat, ¹⁷ neque utilitas publi-
¹⁷ ca ¹⁸ sine legis auctoritate id efficere possunt, ut quod factum est, etiam si
¹⁸ contra officium factum esse detur, irritum sit, & effectu juris omni careat.

3. ¹⁹ Lex

G R O N O V I I.

⁴ Sibi eam præstare] Protestando, & nihil solvendo.

⁵ Quod in metu procedente ex bello] Neque metus ille injustus.

⁶ Diffimulari] Impunitum transmitti, non quasi non sit perjurium, seu quia istis homini-
⁷ bus jus non redditur; quippe habeantur pro servis pene, atque adeo pro nullis.

⁷ Minorem] XXV. annis.

⁸ Ejus status est] Eam vim naturæ, inge-
⁹ niique habeat.

⁹ In mente agentis] Ita presumpta sit, ut fuerit præcipua causa contractus: qua deficiente,
¹⁰ etiam quod actum est, irritum fore, tacite con-
¹¹ fensem putatur.

¹⁰ Illicitu cum civibus ob ius] Tanquam qui non habuerint potestatem earum actionum, &

rerum, ob jus, quod in eos habet princeps, vel civitas.

¹¹ Malum majus] Scilicet captus civis, vel miles, aut in perpetuum omitendus est, aut quandam actionem, vel rem suam debet obli-
¹² gare, ac subtrahere civitati, vel principi. Satis confulit juri eminenti civitatis, vel principis, se conservando. Alterum perinde accipendum est, ac si morbo, vel calamitate annullum esset.

¹² Fides sola] Promissio, qua quis non alterius se ditioni subiicit, & manet rerum suarum dominus, et si ad aliquid dandum, faciendumve se obligaverit. (Prava interpretatio. Fides est heic obligatio erga eum, cuius aliquis subditus est, vel Miles conductius, & quæ sola non impedit quominus ille dominus sit rerum, & actionum suarum, quamdiu eam potestatem non abdicavit. J. B.)

G R O

3. ^a Lex quidem posset adimere subditis aut perpetuis , aut temporariis , hanc potestatem : sed neque lex hoc semper facit ; ^b parcit enim civibus : neque semper facere potest ; nam leges humanæ , ut alibi diximus , vim obligandi tum demum habent , si latæ sint ^c ad humanum modum , ^d non si onus injungant , quod a ratione , & natura plane abhorreat . Et ideo leges , & præcepta specialia , quæ tale quid aperte præ se ferunt , ^e pro legibus haberri non debent ; generales autem leges interpretatione benigna ita accipiendæ sunt , ^f ut casus summæ necessitatibus excludant.

4. Quod si actus , qui lege , aut præcepto interdictus erat , & valere vetitus , ^g interdici æquo jure potuit , ^h jam irritus erit actus privati , ⁱ sed puniri tamen idem poterit , ^j ideo quod promisit id , quod sui juris non erat , maxime ^k si juratus id fecerit.

VI. Promissio captivi ^l de ^m redeundo in carcerem merito toleratur : ⁿ neque enim deteriorem reddit captivi conditionem . Non ergo , ut quidam existimant , gloriose tantum fecit M. Attilius Regulus , ^o sed & quod debebat : *Regulus* , inquit ^p Cicero , non debuit conditiones , pactiones que bellicas , ^q hostiles perturbare perjurio . Nec obstat illud ^r :

*Atqui sciebat, quæ sibi barbarus
Tortor pararet.*

^a Lib. I.
^b c. IV. §. 7.

^c n. 2.3. Lib.

^d II. cap. II.

^e §. 6. n. 4.

^f cap. XIV.

^g §. 12. n. 2.

^h Off. III.
ⁱ c. 29.

^j Horat.

^k III. Od. V.

^l 49.

* Nam & hoc fieri posse jam scierat , cum promitteret . Sic & de decem captivis , ut quidem ex antiquis scriptoribus rem narrat ^q Gellius , oīō poſt- ^d Lib. VII. c. 18. hīmīnūm juſtūm nō eſſe ſibi responderūnt , quoniam ^r dejuſrio vīndī forent .

VII. 1. Solent & promittere quidam , ^s ne in certum locum redeant , ^t ne adversus eum , qui ipsos in potestate habet ; militent . Prioris exemplum apud ^u Thucydidem , ubi sic Ithomenses promittunt Lacedæmoniis , exituros se Peloponneso , ^v nec unquam redituros . ^w Posterius nunc frequens est . Vetus exemplum est apud Polybium , ^x ubi dimittuntur ab Amilcare Numidæ sub lege , μηδένα φέρειν ὅπλον πολέμου καὶ αὐτῶν ne adversus Carthaginenses eorum quisquam arma hostilia ferret . Simile pactum habet in ^y Gotth. III. c. 36. ^g Gotth. ^b Procopius .

2. Hoc pactum quidam irritum pronuntiant , ^z quia sit contra officium , quod

G R O T I S.

posire , quam quidquam sibi hostibus , cum in eorum potestatem venerint , pacto obligare .

^z 14 Ad humanum modum] Non plus exigant , quam potest ab humana imbecillitate præstari .

¹⁵ Rediendo in carcerem] Si scilicet aliquid , quod suscepit , cum dimitteretur , non efficerit .

¹⁶ Neque enim deteriorem] Quippe qui , si efficiat , liberetur : sicut , eodem sit loco , quo antea .

¹⁷ Ne certum locum] Ubi præsentia illorum vehementer aut utilis illi parti , de qua captivi sunt , aut damnoſa illi , quæ ceperat , & dimittit .

G R O N O V I I.

¹³ Parcit enim civibus] Non vult eos potius

G g g 3

G R O-

^a L. II. c. quod patriæ debeatur. ^{+ At non, quicquid contra officium est, statim & V. §. 3. & irritum est, ut & ^a alibi, & supra ^b diximus. Deinde vero ^{+ ne contra} §. 10. n. 1. officium quidem, libertatem sibi parere id promittendo, quod jam est in XI. §. 9. hostis manu. ^{+ Nihilo enim deterior fit patriæ causa, cui is, qui captus b. §. 5. n. est, ni liberetur, + jam periisse censendus est.}}

VIII. Promittunt & nonnulli ¹⁸ + non fugere. ^{+ tenet hoc eos, etiam si} ¹⁹ vinciti promiserint, ^{+ contra, quam quidam sentiunt. Nam & sic so-} let aut vita servari, aut mitior obtineri custodia. Si vero vincitus sit po-^{stea, + ita demum} ²⁰ liber erit, si ideo promiserit, ne vinciretur.

IX. Satis inepte quæritur, ^{+ an, qui captus est,} ²¹ alii dedere se pos-^{fit. Nimis enim certum est, neminem sua pactione + jus alteri quæsitum adimere posse. Est autem captori jus quæsitum, + aut ipso belli jure, aut partim belli jure, + partim} ²² concessu ejus, qui bellum gerit, secundum ea, quæ supra ^c exposuimus.

^{c Lib. III. e. VI. §. 23. & seq.} X. Circa effectus pactorum egregia quæstio est, ^{+ an privati, si in fide præstanta negligentes sint, a suis potestatibus cogendi sint eam im- plere. Et + cogendos verius est in bello duntaxat solenni, + ob jus gen- tium, quo bellum gerentes obstringuntur alter alteri jus reddere, + etiam de factis privatorum, + ut puta si a privatis violati essent hostium legati. Sic Cornelius Nepos, recitante ^d Gellio, scriperat, multis ^e in senatu pla- cuisse, ut ii de ²³ decem captivis, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur.}

^{d Noct. Att. VII. 18.} XI. ^{+ De interpretatione tenendæ regulæ jam} ^{e aliquoties memoratae,} ^{2. Hoc lib.} ^{ut a proprietate verborum non recedatur, + nisi absurdī vitandi causa,} ^{c. XX. §. 26.} ^{+ aut ex alia satis certa mentis conjectura: + ut in dubio magis inter- pretemur verba contra eum, qui legem dedit.}

XII. ^{+ Vitam pactus non etiam ad libertatem jus habet. + Vestium nomine arma non veniunt: sunt enim hæc diversa.} ²⁴ Venisse auxilium recte dicitur si sit in conspectu, etiamsi nihil agat: ^{+ nam ipsa præsentia suam vim habet.}

XIII. At ²⁵ ^{+ rediisse ad hostem non dicetur qui clam rediit ut sta-} tim

G R O T I I.

^{c In senatu placuisse]} Idem jam ante sena-
tus redire eos coegerat, quos Pyrrhus sub con-
ditione dimiserat. Appianus exc. legat. num. 6.
(pag. 348. Excerpt. Fultv. Uyfin.)

G R O N O V I I.

^{18 Non fugere]} Si habeantur in liberiori
custodia.

^{19 Vinciti]} Quum in arctissima custodia ha-
berentur.

^{20 Liber erit, si ideo promiserit]} Quia pro-
missionem non videtur accipisse, qui eum te-
net. 2. 11. 4.

^{21 Alii se dedere]} Vel dum trahitur ab ho-
mine ignoto, aut infesto; videns alium notum,
præfertum honoratiose militiæ, vel etiam li-

teris e custodia datis.

^{22 Concessu ejus]} Hujus enim primario sunt,
qui capiuntur.

^{23 Decem captivis]} Quos Hannibal dimise-
rat, ut tentarent, numquid senatus Romanus
redimeret captivos, fide data, si non impe-
trarent, in castra reddituros.

^{24 Venisse auxilium]} Si quis promiserit de-
ditionem, nisi certum intra tempus adventa-
rint auxilia, & illud tempus finiatur, dum
auxiliarii e longinquo propiciuntur, illique nec
dum aut applicuerint se nobis, aut aggrediantur
hostem, sine perfidia ditionem recusabit.

^{25 Rediisse ad hostem]} Si quis promisit se
rediturum ad hostem nisi euja causa dimittitur
id effectum reddiderit, non satisfecit fidei, si
hic rediit, ut nemo intelligeret rediisse, que
fallens hostem paullo post evaderet.

G R O

tina exiret : rediisse enim ita intelligi debet , + ut in potestate hostium iterum sit. Contraria interpretatio veteratoria ^a + Ciceroni , stulte ^{a De off.}
callida , + quæ fraudem in se , & perjurium habeat. Eadem ^b Gellio frau- ^{b Lib.}
dulenta calliditas , + a Censore ignominiis notata , qui eam adhibuerant , VII. c. 18.
intestabiles , & invisi.

XIV. ^d Justa auxilia in pactis deditioñis non faciendæ , + si ea advene-
rint , intelligi debent talia , quæ periculum cessare faciant.

XV. Notandum & hoc , si quid ²⁶ de executionis modo convenit ,
id conditionem non injicere pacto , ut + si dictum certo loco solvi , qui
locus postea dominum mutaverit.

XVI. De obsidibus tenendum quod ^c supra diximus , plerumque eos- ^{c Hoc lib.}
+ accessionem esse ²⁷ principalis actus , sed tamen conveniri etiam posse + ut ^{bro c. 20.}
disjunctiva sit obligatio , nimirum ut aut fiat aliquid , aut obsides retinean-
tur. Sed in dubio tenendum est illud , quod maxime est naturale , + id
est , ut accessio tantum credantur.

G R O T I I .

G R O N O V I I .

^d *Justa auxilia in pactis deditioñis*] Sunt ejus
pacti exempla quatuor in III. Gotthicorum Pro-
copii. (Cap. 7. 12. 30. 37.) Aliud de Luca
apud Agathiam lib. I. (c. 7.) De Castello
Corsica apud Bizarum historiæ Genuensis X.
alia libro XVIII. & in bello in Mauros. Habet
tale & Cromerus lib. XI.

²⁶ *De executionis modo*] Isque modus pro-
pter incidentem causam non queat servari , non
ideo rem ipsam esse irritam.

²⁷ *Principalis actus*] Ejus , quod maximum ,
& precipuum promissum est , adeoque hoc præ-
stito illos debere dimitti.

H E N R I C I D E C O C C E I I
C O M M E N T A R I U S
I N
H U G O N I S G R O T I I
L I B . I I I . C A P . X X I I I .

HACTenus Auctor egit de fide pu-
blica , sive a summis , sive a mi-
noribus potestatibus data : hic agit de fi-
de , quæ privatim in bello datur ; & ait ,
privatos invicem fidem dare posse : 1.
quia de suo jure disponunt : 2. quia jus
in hostes transferri potest : 3. quia alias
cæderentur capti , & libertas impedi-
tur , §. 1. Idque verum non tantum es-
se , statuit , de fide hosti , sed & latro-

nibus data : quanquam si metu injusto
fides extorta est , restitutionem jure na-
turæ (non jure gentium externo) in bel-
lo publico impetrari posse , potet , nisi
juramentum acceperit ; tunc enim absque
nota perjurii recedi a fide data non pos-
se ; sed unicuique hominum licere tale
perjurium punire , solis exceptis latroni-
bus , & piratis : eorum enim odio dissimula-
ri perjurium jure gentium , fingit. §. 2.
Per-

• Pergit , fidem datam etiam a minore
• valere , §. 3. et si error accesserit , qui
• consensum non impedit circa rem , §. 4.
• Neque obstat , quod publicum ex pacto
• tali damnum aliquod sentiat ; nam ma-
• jus , aut certus malum inde evitari ;
• §. 5 : nisi lege publica actus interdictus
• sit , §. 3. n. 2. § 3.

• Hinc concludit , privatum promittere
• hosti posse , se redditum in carcerem ,
• §. 6. se in certum locum non reditu-
• rum , §. 7. se non militaturum , ibid.
• (neque hoc casu contra officium patriæ
• agi , quia non sit deterior ejus causa ,
• cum captus patriæ plane sit inutilis , ibid.)
• se aufugere nolle , §. 8.

• Porro ait , frustra queri , an captus
• se alii dedere possit , §. 9. Denique do-
• cet privatos , si fidem datam non im-
• plement , a suis cogi posse potestatibus ut
• impleteant , §. 10.

• Tandem regulas interpretandi pacta a
• privatis inita suppeditat §. 11. Atque
• exinde concludit , cum , qui vitam pa-
• catus est , jus non habere ad libertatem ,
• §. 12. Rediisse non videri qui clam re-
• diit , §. 13. Eum . qui promisit , se ur-
• bem non dediturum si auxilia advene-
• rint , intellexisse talia , quæ periculum
• cessare faciant , §. 14. Si promissum cer-
• to loco solvi , non teneri pacientem si
• locus postea fiat non tutus , §. 15. Re-
• gulariter obsides , & pignora liberari fini-
• ta obligatione principali , nisi aliud in
• specie dictum sit , §. 16. Quæ singula
• nunc examinabimus.

A D S. I

MILITIES puta , aut pagani] » Om-
• nes subditi.

Inventos esse juris magistros] » Uti Za-
• sius in libello de pueris Judæorum ba-
• ptizandis , quem refutavit Eckius Theo-
• logus . cui respondet Zasius in Apolo-
• gia ad Eckium p. m. 427. ubi Gloslam ,
• Hosticum , Odofredum , Bartolom. , &c.
• Angelum , Jasonem , Fulgolum , Cor-
• neum , Andream de Pisces , Dulcium ,
• Philippum , &c. allegat. Rationem præ-
• cipue afferunt , 1. quod militaris disci-
• plina , & juramentum præsticu exigat ,
• ne privatus ab hoste ullum lucrum ac-

• quirat : 2. quia capti postliminio recte
• tenentur , contra hoc jus publicum po-
• stliminii nihil peccandi posse : 3. Multo
• minus pactum valere pagani , quippe
• quod hostis contra juramentum militare ,
• adeoque turpiter exigit , &c. que dubia
• examinabimus infra §. 5. § 7.

Pauci publice cum hostibus inita] » Id
• est , vel a summis potestatibus , vel a du-
• cibus belli.

At quo a privatis] » Sive singulis mi-
• litibus , sive paganis. Zar. d. l. pag. 428.

Nam cum privati jura privata habeant]
Dudum ostensum est , fidem omnibus
etiam hostibus , esse servandam , modo
dari jure potuerit : potest autem semper
dari de re sua , quia prout quisque de re
sua disponit , ita jus est.

Et hostes capaces sunt acquirendi juris]
» Si fides eis tanquam hostibus datur. Vid.
» supr. c. 20.

Quid esse potest quod obligationens impe-
• diat] » Cum de suo jure , adeoque licite
• disponat.

Datur codibus occasio , libertati impedien-
• tum] » Haec rationes sunt mere poli-
• tice ; jure naturæ enim captus occidi-
• potest , & libertas in perpetuum aufer-
• ri : adeoque hactenus nulla fit injuria
• captis.

Nam § illa caveri sapit] » Nisi spe lu-
• cri allicerentur domini ut parcant captis.

Et bac obtineri] » Nisi promittentem
• jure obligari ad fidem servandam , alter
• pro certo habeat.

Eide privatorum sublata , non poterit]
» Quia promittens fidem datam implere
• non teneretur , idque ex hypothesi illo-
• rum Jurisconsultorum , jure.

A D S. II

No n. hosti tantum] » Vid. l. §. 2
• 19. per tot.

Quem jus gentium agnoscit] » Intelligit
• voluntarium , quoties nimurum quis per
• bellum publicum solemne hostis consti-
• tuitur. Quale jus gentium non existare .
• diximus.

Sed & latroxi , &c.] » Nam hos hostes
• jus gentium non agnoscere , Auctor sta-
• tut : adeoque bellum cum his minus fo-
• leane esse , ait , l. 3. c. 4. §. 18. n. 6.

„ c. 3. §. 11. c. 19. §. 2; ibique non
„ procedi ex privilegio illo gentium, sed
„ ex jure naturæ, l. 2. c. 3. §. 4 n. 1.
„ l. 3. c. 3. §. 6. Vid. *Dissert. proœm.*
„ IX. Cap. 5. §. 70.

Id interefit, quod si metus injustus impulerit] » *Frustra id queritur inter hostes,*
„ *quia superiorum non habent, qui de ju-*
„ *re decidat.*

Petere restitutionem] » *Contra promissio-*
„ *nem factam.*

Sibi eam præstare potest] » *Non solven-*
„ *do, seu præstando id, quod promisit;*
„ *& hoc est, quod Auctor passim ait, me-*
„ *tum inferentem teneri liberare cum, qui*
„ *promisit. L. 2. c. 13. §. 14. c. 17. §.*
„ *17. c. 11. §. 7. n. 2. & 3. l. 3. c. 19.*
„ *§. 4. c. 23. §. 2.*

Quod in metu procedente ex bello publico
„ *juris gentium locum non habet*] » *Utpote*
„ *quo jure, etiam ob metum injustum ad*
„ *effectum dominii externi, restitutionem*
„ *non dari, putat. Quæ monstra refutavi-*
„ *mus l. 3. c. 19. §. 12. l. 2. c. 17. §.*
„ *19. l. 2. c. 11. §. 7. seq.*

Jam onus quo promissum est præstan-
„ *dum erit*] » *Id est, sive justus sit metus,*
„ *sive injustus: quia vis, & metus non tol-*
„ *lunt consensum. Rationem autem, quam*
„ *Auctor supra adhibuit, quod licet jus*
„ *homini non sit quæsumum, Deo tamen*
„ *id debeatur, late examinavimus l. 2. c.*
„ *13. §. 14.*

Puniri ab hominibus solet] » *Repetit*
„ *hic Auctor errorem illum perpetuum,*
„ *quod natura cuiilibet homini jus punien-*
„ *di alterius delicta competit: quod pas-*
„ *sim refutavimus. Si hostis privatus fidem*
„ *datam non servat, superior ejus implo-*
„ *rari debet ut eum adigat, vide infra §.*
„ *10. Si nolit, nova hæc belli causa est*
„ *cum ipso superiore: extraneis autem*
„ *nullum jus de perjurio cognoscendi com-*
„ *petit.*

Si in latrones, aut piratas, dissimulari
„ *odio eorum*] » *Fabula hæc jam explosa*
„ *est supra l. 3. c. 19. §. 5. Latro jus*
„ *agandi ex pacto vi, ac metu extorte*
„ *habet; at is vicissim promittere tenetur*
„ *ob metum injuria illatum: atque his*
„ *processus juris naturæ est, de quo l. 2. c.*
„ *11. §. 7. egimus.*

A D §. III.

M I N O R E M non excipienu] » *Qui*
„ *viginti quinque annos non habet. Vide*
„ *l. 2. c. 5. §. 2 & c. 11. §. 5.*

Qui ejus status est, ut adum intelligat] »
„ *Id est, qui pubes est: diximus enim,*
„ *ex facultate generandi etiam judicium*
„ *necessario sequi, d. c. 11. §. 5.*

Quæ minoribus consulunt beneficia] » *Re-*
„ *stitutionem intelligit in integrum.*

Ex jure sunt civili] » *Lubrico ætatis in-*
„ *dulta.*

De jure gentium] » *Rectius, de jure*
„ *naturæ.*

A D §. IV.

S i id, quod per errorem creditum fuit,
„ *in mente agentis vim habuerit conditionis*] »
„ *Vid. Gron. b. Ex hypothesi enim Aucto-*
„ *rnis promissor non consenserit in promis-*
„ *simum, nisi sub quadam conditione, quæ*
„ *re ipsa non extitit. Grot. l. 2. c. 11.*
„ *§. 6. n. 2. Nos ex aliis principiis to-*
„ *tam de errore materiam deduximus &*
„ *§. 6.*

A D §. V.

Q U A R T U R , an privati quoque
„ *hosti fidem date possint? Alii id ne-*
„ *gant, tum ratione rerum, tum ratione*
„ *actionum. Res enim, & actiones subdi-*
„ *torum subesse imperio superioris, ajunt;*
„ *adeoque contra utilitatem suæ civitatis,*
„ *neque ex bonis aliquid concedere, ne-*
„ *que actionis utilitatem hosti tribuere*
„ *posse, existimant. Unde quicquid contra*
„ *officia, quæ patriæ debentur, promitti-*
„ *tur, irritum pronunciant. Vid. infr. §.*
„ *7. Auctor respondet huic dubio: 1º.*
„ *pacta talia privatorum ideo valere, quia*
„ *majus malum illis evitatur: neque enim*
„ *2º. solam fidem, qua quis non abdicat:*
„ *juri in se, & in res suas, neque utili-*
„ *tatem publicam sine legis auctoritate id*
„ *efficere posse, ut promissio omni effectu*
„ *caret,*

H h h

• caret, b. §. n. 2: 3^o. non quic-
• quid contra officium est, statim & irri-
• tum esse: 4^o. nec contra officium esse,
• libertatem sibi parare, promittendo quod
• jam est in hostis manu: 5^o. nihilo de-
• teriorem fieri patriæ causam, cui is,
• qui captus est, ni liberetur, jam perire
• censeundus est. Vera ratio cur pacta pri-
• vatorum cum hoste valeant, 6. in eo
• consistit, quod supponimus, hostem mi-
• nari incendia prædiis, captivitatem per-
• sonis, &c. supponimus, imperantem id
• impedit non posse. Hoc casu igitur sub-
• diti jure necessariae defensionis partem
• bonorum, ut reliqua conservent, dare,
• vel promittere hosti, proprio jure pos-
• sunt: civitati enim nulla fit injurya,
• tum quia res illæ aequæ, quin magis,
• perituræ fuissent, tum quia imperium
• hoc casu definit, & jure necessariae de-
• fensionis civis ea agere potest, quæ ad
• sui, suarumque rerum conservationem
• necessaria esse judicabit.

• Secus igitur se res habet si privatus
• commercia cum hoste agit: ejusmodi
• pacta enim, quæ hostis vires augent,
• nostræ civitatis vires autem minuant,
• prohibita sunt. *Vid. n. 5.*

• An vero pactum militum captivorum,
• quo promittunt, se non ulterius milita-
• tuos, valeat, videbimus §. 7. n. 1.

*Quousque se extendat privatorum in pa-
cificando potestus? Semper valet pactum si
de suo jure disponunt.*

*Quod publicum est, a privato alienari
non posse? Quia de jure alieno, adeo-
que extra fines facultatis a creatore con-
cessæ disponeret.*

*Ne dueibus quidem belli id permissum
est? Scilicet, extra fines officii, &
mandati.*

*Modo probavimus? Vid. c. 22. §. 7.
ubi dixit, ducem non posse de belli
causis, & consequentibus disponere.*

*De ipsorum actionibus, ac rebus queri
potest? Adeoque de jure eorum privato.*

*Hac quoque concedi non posse sine ali-
quo danio partis? Si enim pecuniam,
frumentum, &c. hosti promittit, vires
hostis augentur, & vires nostræ civitatis
minuantur.*

*Illicita cum civib[us] ob ius supereminens
civitatis? Civitas enim jus in res civis*

• hactenus habet, ut hic de iis in detri-
mentum civitatis disponere nequeat.

*Tum conductis militibus ob fidem sacra-
mento datum?* Miles enim sacramento
se obstrinxit, quod civitatem defendere
velit, violare id viderus si promittit, se
eam non defensurum. *Add. infra §. 7.*
Sed sciendum est? Veram rationem,
cur fides a privato hosti data servari de-
beat, exposuimus initio b. §. Superest
ut dubia a Zasio supra §. 1. rubr. 2.
mota removeamus.

• Primo ait, militarem disciplinam, &
juramentum præstatum exigere, ne pri-
vatus ab hoste ullam lucrum acquirat.
Resp. si milites, & subditi liberi sunt,
omnino conventiones cum hoste prohi-
beri possunt: idque & disciplinæ mili-
tari, & juramento convenit, nihil enim
facere possunt, quo hostium vires auge-
antur. At si in hostium potestate sunt,
eisque ut hostibus quedam promittunt,
ea valent jure necessariae defensionis. *Vid.
§. 7.*

• Secundo opponit, captos postliminio sal-
tem redire, adeoque eos contra ius pu-
blicum postliminii nihil promittere posse.
Resp. etiam ille, qui ab hoste dimittitur,
postliminio revertitur, l. 26 ff. *capt.* qui
proinde aliquid pro illa *dimissione* promit-
tit, nihil promittit contra ius publicum
postliminii.

• Tertio ait, hostem turpiter agere, quod
a pagano contra juramentum militare, con-
tra disciplinam militarem, contra obedien-
tiā ducibus debiram, fidem exigat. At
inepta est hæc ratio, uti *infra* §. 7, ubi
hæc materia repetitur, demonstrabimus.

*Quæ malum magis, aut certius evitant,
magis utilia etiam publico censiri debet?*
Magis autem malum evitant qui certa
pecunia hosti promilla, invendia, & va-
stationem: neque hiunt, qui capti, pro-
mittendo se nolle militare, a servitute
se liberant, &c.

Quia minus malum induit rationem boni?
Hanc interpretari regulam explicavimus,
& refutavimus supra l. 2. c. 23. §. 2. c.
21. §. 5 n. 1.

*Fides soli, qua quis potestatem ipsam sui,
et rerum suarum non abdicat?* Sensus
est, fidem hosti datum ideo effectu ca-
rere non debere, quia h[ab]em civitati de-
dit; per hanc enim fidem civem se,
suaque

• suaque non subjecisse potestati civitatis;
• adeoque eam non obstat, quo minus &
• se, suaque a potestate hostis, alia fide
• data, liberare, eoque majus periculum
• evitare possit.

Neque utilitas publica] „ Sensus est, fi-
dem hosti datum nec ideo irritam reddi,
quod sine damno civitatis concedi non
possint ea, quae promissa sunt; quia ea
fides itidem non impedit, quominus ad
evitandum maius malum contra officium
aliquid hosti promittere possimus. Nos
veram rationem jam exposuimus. *Aud.*
„ §. 7.

Sine legi auctoritate] „ An ergo leges
adimere facultatem cum hoste pacificandi
possunt? *Vid. n. seq.*

Lex quidem posset adimere subditis banc
potestatem] „ Auctor dixit *n. præced.* utili-
tatem publicam sine legis auctoritate non
posse efficere ut id, quod contra offi-
cium sit, irritum sit, si facto illo maius
evitatur malum. Instat Auctor, legem cit-
vilem potestatem illam subditis auferre
posse, adeoque tunc saltem pacta subdi-
torum cum hoste non valere. Respondet
„ 1. legem id non semper facere; nec 2.
id facere semper posse, quia leges ad hu-
manum modum latæ saltem obligant,
non si onus injungant a natura, & ratio-
ne alienum. Vera ratio est, quod jus ne-
cessariæ defensionis nulla lege auferri pos-
sit, & quod imperium in hoc casu desi-
nat. *Vid. §. 7.*

Non si onus injungant, quod a ratione,
& natura, plane abborreat] „ Quale ex
hypothesi Auctoris esset, si subditus im-
pediretur maius, aut certius evitare ma-
lum: rectius, si jus necessariæ defensio-
nis ei auferretur.

Pro legibus baberi non debent] „ Quia
legibus naturæ aliquid contrarium præci-
piunt. *Vid. l. 2. c. 14. §. 12. n. 2.*

Ut casus summa necessitatis excludant] „ Toties hanc hypothesin generalem refuta-
vimus. *Vid. l. 2. c. 2. §. 6. n. 2. c. 6.*
„ §. 5. c. 18. §. 4. n. 6.

Interdictoquo jure potuit] „ Ut si nihil
legibus naturæ contrarium statuitur.

Jam irritus erit actus privuti] „ Quia
contra leges suæ civitatis pactus est.
Sed puniri tamen ideo poterit] „ Quia le-
gem violavit.

*Ideo quod promisit id, quod sui juris
non erat*] „ Quod enim lege prohibente

, fit, est extra jus nostrum; agimus enim
ultra facultatem nobis jure concessam.

Si juratus] „ Nemo enim fidem juratam
dare debet, si scit, se fidem dare non
posse; esset haec profanatio rominis divi-
ni: adeoque tunc poena perfidiae quoque
obtinet.

A D §. VI.

D e redeundo in carcerem] „ Si scilicet
promissa non præstiterit.

Neque enim deteriorem reddit captivi con-
ditionem] „ Atqui civitatis jus hoc casu mi-
nuere videtur, utpote quam omnes cives
defendere tenentur. Sed ei respondimus
„ §. præced.

Sed et quod debebat] „ Factum hoc
examinavimus supra L. 2. c. 15. §. 17.
„ Et l. 3. c. 22. §. 3.

Nam et hoc fieri posse, jam scierat, cum
promitteret] „ Jure belli enim in captos,
& servos sævire licet.

A D §. VII.

N e adversus eum, qui ipsos in potestate
baber, militent] „ Vera ratio est, quod
captus non subdit imperio pristinæ civita-
tis, quæ cum eum defendere amplius non
possit, jus imperii amittit. Captus igitur
jure necessariæ defensionis se quovis mo-
do, etiam promittendo de non amplius
militando, liberare potest: neque patriæ
id prædicat, cui æque periisse viderur,
dum in potestate hostium constitutus ope-
ram patræ præstare nequit; neque defunt
ali, qui militare poterunt. Sane, cum
hosti in captum omnia liceant, cum oc-
cidi quoque possit &c. multo magis exi-
gi ab eo potest fides ne militet. Confe-
ratur supra §. 1. rubr. 2. Et §. 5. n. 2 rubr.
„ 2. seq.

Nec unquam reddituros] „ Hic non de
pactis privatorum agitur, sed civitatis,
& populi.

Posterior nunc frequens est] „ Exempla
vide apud Thuan. Hist. l. 4. p. 70. Et
73. l. 14. p. 283.

Quia sit contra officium, quod patriæ de-
betur] „ Cujus defensioni pacto renuncia

„re non potest : sed respondimus supra
„§. 5.

At non quicquid contra officium est, statim & irritum est] , Immo contradicatio, est actum valere, & tamen legibus contrariari. Sane, lege prohibente deficit facultas moralis, Alias rationes modo proponsumus.

Ne contra officium quidem, libertatem sibi parere pronittendo quod jam est in hostis manu] , I. c. de redeundo in captivitatem, in qua actu est.

Nibilo enim deterior fit patria causa] , Si captus mansisset, itidem defendere non potuisset patriam.

Jam periisse] , Quia facultas defendendi, di civitatem deficit. Immo jure Romano pro servo, & civiliter mortuo habitus fuit. Vid. l. 3. c. 9. §. 1.

Partim concessu ejus, qui bellum gerit] , Si Princeps praedam subditis concedit, l. 3. c. 6. §. 24.

A D §. X.

AN privati, si in fide praestanda negligentes sint a suis potestatibus cogendi sunt eum implere] , Affirmatur. Nam omnium consensu constat, fidem hosti datam servandam esse; adeoque hactenus jus in hostem transfertur. Si proinde hostis post testatem ejus, qui sub pacto dimissus est, implorat, cogere ea debet subditum ut pactis stet; si cogere nolit, causam suam facit, & nova est belli causa.

*Cogendos, verius est, in bello duntaxat solenni] , I. e. in bello, quod inter duas summas potestates geritur, & indictum est: huic enim bello jure Gentium certa quædam privilegia indulta esse, statuit; quo etiam refert, quod promittentis magistratus adigere subditos tenetur, ut promissa praestent. Aliud igitur obtinere, putat, in bello minus solenni (quale autem id sit, vide *Dissert. Proæm. IX. Sect. II.*) in quo tantum ei, qui justam causam habet, pacta esse servanda, ait, at saepius jam dictum est, bellum tale solenne non existere. In genere ergo dicendum, inter duas gentes fidem a subditis datam servandam esse. Sane, fides etiam prædoni qua prædoni data impleri debet, & Magistratus promittentis cogere hunc ad implementum potest; salva ceterum actione injuriarum contra prædonem, qui vi alterum ad promittendum induxit.*

Ob ius gentium, quo bellum gerentes obstringuntur ater alteri ius redire] , Immo id ex ipso iure naturæ est.

Etiam de factis privatorum] , Ita ut vel eum dedere, vel adigere ad satisfacientium, dum debeat. Vid. l. 2. c. 21. §. 4. n. 1. l. 3. c. 20. §. 41. Add. l. 1. c. 3. §. 1.

Ut puta si a privatis violati essent hostium legati] , Hoc enim utriusque partis consensu injustum est; adeoque hactenus non dissident.

A D §. IX.

AN Qui captus est, alii dedere se possit] , Recte id negat Auctor, quia disponeret de jure alieno.

Ius alteri quæsitus] , Ut quæsitus est, per deditioinem.

Aut ipso belli jure] , Quo captus fit servus capientis.

A D

A D §. X I.

D E interpretatione tenenda regula] Immo in pactis nulla valet interpretatio, nisi quæ ex natura verborum, & negotiis sequitur. Si id dubium, nullum est pacatum. Sane, in exemplis §. seq. allegatis de voluntate citra ullam interpretationem ex ipsis verbis satis constat.

Nisi absurdī vitandi causa] • L. II. c. • 16. §. 16. §. 17.

Aut ex alia satis certa mentis conjectura] • L. 2. c. 16. §. 5. seq.

Ut in dubio verba magis interpretetur] • L. 2. c. 16. §. 32. §. 20. §. 26.

A D §. X I I.

VITAM pacis non etiam ad libertatem ius habet] • Aliud enim est vita, aliud libertas; & illa salva esse potest eti hæc admatur.

Vestimenta nomine arma non veniunt] • Hæc enim sunt diversa: illæ corporis tegendi, hæc corporis defendendi causa adhibentur.

Nam ipsa presentia suam vim habet] • Auxilia actu adsunt, adeoque paci continet. existit.

A D §. X I I I.

REDISSISS ad hostem non dicetur qui clam rediit] • Respicit Auctor ad decem captos, quos Annibal post Cannensem pugnam juratos ad Senatum misit, in castra reddituros nisi de redimendis captivis impetravissent. Horum unus paulo postquam egreditus erat e castris reddiit, quasi aliquid esset oblitus, & ideo Roma remansit. Reditu enim in castra liberatum se esse jurejurando interpretabitur. Cic. l. 3. off. c. 32. Vid. ad rubr. ab hac 3. §. 4.

Ut in potestate hostium iterum sit] • In eo statu se sistere debet, in quo fuit ante dimissionem.

Ciceroni] • De iisdem e cem captivis loquenti d. l. 3. c. 32.

Quæ fraudem in se, & perjurium beat] • Mera enim fuit cavillatio, & reservatio mentalis: atque hinc in exemplo decrevit Sempronius, ut ille veterator, & callidus, vincitus ad Annibalem duceretur.. Cic. d. l.

A Censore ignominia notata] • Eos enim, qui ad Annibalem non rediijnt, usque adeo intestabiles, invisoque suis se, ut tedium vita cuperint, necenque sibi consicerint. Gell. l. 7. c. 18.

A D §. X I V.

S I ea advenerint, intelligi debent talia, quæ periculum cessare faciant] • Si quis pacificatur cum hoste, se redditum civitatem nisi auxilia certum intrat tempus advenerint, sine perfidia differre ditionem nequit si talia advenerint auxilia, quæ periculum cessare non faciant, quia manet eadem dedendi necessitas.

A D §. X V.

S I dictum certo loco solvi, qui locus postea dominum mutaverit] • Etsi igitur tuto in hoc loco solvi non possit, ideo pactum non deficit, nec obligatio tollitur, sed debitum manet.

A D §. X VI.

ACCESSIONEM esse principalis actus] • Obsides enim dantur in securitatem ejus, quod promissum est, adeoque ad candem causam accidunt. Unde finita obligatione principali finitur quoque accessoria obsidum.

Ut disjunctiva sit obligatio] • Hoc dependet a pacto partium, quæ prout de jure suo disponunt, ita jus est, neque tunc obsides obligantur ut accessio, sed ut principales: at vix exemplum tale adduci potest.

Id est, ut accessio tantum credantur] • Adeoque ut finita obligatione principali etiam liberentur obsides. Id enim natura negotii indigitat.

H h h 3

C A P U T

C A P U T X X I V.

De fide tacita.

- I. *Tacite quomodo fides interponatur.*
 II. *Exemplum in eo, qui in tutelam recipi a populo, aut rege, expetit:*
 III. *Qui colloquium postulat, aut admittit:*
 IV. *Hic tamen, dum collocutori non*
- V. *De mutis signis ex consuetudine aliquid significantibus.*
 VI. *De tacita approbatione sponsionis.*
 VII. *Pena quando tacite remissa.*

^{a L. ea} ^{b Lib. II.} ^{c. 4.} ^{d L. III.} ^{e L. §. 8.} ^{f Lio. lib.} ^{g c. 53.} ^{h Eneid.} ^{i. p. 65.} ^j ^k ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z

I. *Silentio i quædam conveniri, non male a Javoleno dictum est: quod & + in publicis, & in + privatis, + & in mixtis conventionibus usu venit. Causa hæc est, + quod consensus, qualitercumque indicatus, & acceptatus, vim habet juris transferendi. Signa autem consensus sunt + & alia præter voces, & literas, ut non b semel jam indicavimus. ² + Quædam natura insunt actui.*

II. *Exemplum sit in eo, qui + aut ab hostibus, + aut ab externis veniens in alterius populi, aut regis fidem se dat. + nam hic quin tacite se obliget, ³ ne quid faciat adversus eum statum, in quo præsidium petit, dubitari non debet. Quare + sequendi non sunt qui ⁴ Zopyri factum a reprehensione remotum ajunt: neque enim fides ejus in regem, perfidiam in eos, ad quos confugerat, excusat. + Idem de Sexto Tarquinii filio, qui ad Gabios se contulerat, dictum esto. De Sinone ⁵ Virgilius:*

*Accipe nunc Danaum infidias, & crimine ab uno
Disce omnes.*

^{e Libro} ^{f XXVIII} ^{g 25.} **III.** *Sic & qui colloquium aut postulat, aut admittit, ^a + tacite pollicetur, collocutoribus id innoxium fore. Hostibus per colloquii speciem violandis ^b jus gentium violari, pronuntiat ^c Livius: addit, ^d colloquium perfisi-*

G R O T T I .

^a *Tacite pollicetur, collocutoribus id innoxium fore.] Merito Agathias Ragnarim Hunnum culpat, quod abeuntem a colloquio Narsetem telo transfigere voluerit. Agath. lib. II. (e. 7.)*

G R O N O V I I .

¹ *Silentio quædam promitti.] Quedam promissa intelligi, etiam si nominatio designata non fuerint.*

² *Quædam natura.] Etsi nec dicto, nec scripto, nec alio signo externo exposita sint, tamen quia sine illis, in quod consensus est, constare non potest, pro expressis habentur.*

³ *Ne quid faciat.] Moliantur adversus eam rempublicam.*

⁴ *Zopyri factum.] Justin. I., ult. Colloquium perfide.] Liv. 38. 25. Pauci ergo effugivunt, capti est nemo: major multo pars per fidem violati colloquii penas morte liquebunt. Plautus Mostell. 2, 2. 69. per fidem decepti sum: hospes hic me necavit. Livius, I, 9. incusantes violati hospitii fædus, Deinde invocantes, cuius ad solemne, ludusque, per fas, ac fidem decepti venissent. Seneca de provid. cap. 3. multa millia civium Romanorum, uno loco, post fidem, immo per ipsam fidem trucidata. (Addit Caesar. De Bell. Gall. Lib. I. c. 46. ibique judicio, & eruditione præstantissimi Int. J. Davisi Notam. J. B.)*

G R O -

perinde violatum. nam *per fidem* mendose eo loco scribitur. Cn. Domitius eo quod Bituitum regem Arvernorum per colloquii simulationem accersitum, hospitioque exceptum vinxit, hoc a Valerio & Maximo judicium refert: *Nimia gloria cupiditas*⁶ + *perfidum existere coegerit*. Quamobrem mirari subit, cur scriptor libri^b octavi belli Gallici Cæsar, sive is Hir-tius est, sive Oppius, simile factum T. ^{a Lib. IX,} ^{c. 6. n. 3.} ^{b Cap. 23.} Labieni referens, adjecerit, *infidelitatem ejus* (Comii scilicet) *sine ulla perfidia judicavit comprimi posse*; nisi hoc Labieni magis, quam scriptoris judicium est.

IV. At^c non ultra tacita illa voluntas trahenda est, quam dixi. nam dum collocutores nihil patientur, ^d specie colloquii^e avertere hostem a belli consiliis, sua interim promovere, perfidia vacat, & ^f dolis bonis anumeratur: quare qui deceptum spe pacis regem Perseum^c arguebant, non tam juris, & fidei, quam animi excelsi, & gloriæ bellicæ habebant rationem, ut ex his, quæ de dolis bellicis^d diximus, satis potest intelligi. Ejusdem generis erat fraus illa, qua Asdrubal ex Aufetanis saltibus exercitum servavit, & qua Scipio Africanus major situm calrorum Syphacis perdidit, utrumque narrante^e Livio. Quorum exemplum imitatus^b L. Sylla bello sociali apud Eferniam, ut apud^f Frontinum legimus.

V. Sunt^c &^d signa quædam muta ex consuetudine significantia, ut olim^g vittæ, & rami olivarum: apud Macedones^h hastarum erectio: apud Romanosⁱ scuta capiti imposita, ^d signa supplicis deditio[n]is, & quæ proinde^j obligant ad arma ponenda. Qui vero deditio[n]em accipere se significat, & an obligetur, & quatenus, ex his, quæ supra^g dicta sunt, petendum sit. ^e + Hodie vela candida tacitum habent signum petiti colloquii: ^f obligabunt ergo non minus, quam si voce petitum esset.

+ VI. Spon-

G R O T I I.

^b L. Sylla] Et Cæsar Dictator adversus Tencteros, & Usipetes. Appianus exc. legat. ^{n. 16.}

^c Scuta capiti imposta] Appianus civilium 11.

^d Signa supplicis deditio[n]is] Apud Persas manus post tergum complicate. Ammianus lib. XVIII. (Cap. 8. pag. 222. ubi de Assyriis hoc dicitur.) ad quem locum notata Lindebrogii vide. scuta, & vexilla perversa apud Romanos, notat idem Ammianus libro XXVI. (Cap. 10. p. 512. ubi vide Valeſii notam.) Submittere vexilla, Latinus Pacatus panegyrico. (c. 36.) Apud Germanos, & eorum exemplo alios, herbam porrigeret Plinius lib. XXII. c. 4. Qui vieti se dedunt inermes supplicant, ait Servius ad 1. Aeneid. (487.)

^e Holie vela candida tacitum habent signum petiti colloquii] Ignis succensus petiti colloquii signum apud septentrionis populos. Meminit Johannes Magnus, & alii. Plinius lib. XV, 30. de lauro: ipsa pacifera, ut quam præten-

di etiam inter armatos hostes, quietus sit indicium. (Cap. 30.)

G R O N O V I I.

⁶ *Perfidum existere*] Florus Afinam Cornelium, qui simulatio colloquio evocatus, atque ita oppressus fuit, vocat *perfidia Punicæ* documentum. ^{a. 2.}

⁷ Labieni] Qui Comium pro rebelle, ingratito, & non semel perfido habebat.

⁸ *Avertere hostem*] Securum, & minus intentum rebus gerendis reddere, quum ipse interim diligenter compareret, ut apud Justinum Ptolemaeus Philopator legationibus missis, quoad vires pararet morabatur Antiochum, lib. 30, 1.

⁹ Vittæ, & rami olivarum] Virgil. 8. 127, Optime Grajugenum, cui me fortuna precari. Et vitta comitos voluit prætendere ramos.

¹⁰ *Hastarum erectio*] Liv. 33, 10.

¹¹ *Scuta capiti imposita*] Appianus 2, civil. p. 454. de Afraniis interceptis.

¹² *Obligant ad arma*] Quæ signa si partis alterius præliatores edant, alterius partis est timibile hostilia.

G R O-

^a Lib. II. aut rege censeri debeat, & hoc jam ^a supra diximus, ^{+ nimurum}, ubi & XV. §. actus fuit cognitus, & aliquid factum, aut non factum, ¹³ cuius rei alia III. cap. causa extra voluntatem foederis probandi dari non possit.

XXII. §. 3.

VII. r. f. Poenæ remissio ^{+ ex sola dissimulatione non potest colligi;} sed ^{+ opus est} accedit actus talis, qui aut amicitiam per se ostendat, ^{+ ut} foedus amicitiae causa, ^{+ aut} opinionem de tali virtute, cui merito antefacta condonari debeant, sive ea opinio verbis indicata est, sive rebus, quæ ex more institutæ sint ad talem significationem.

G R O T I I .

C R O N O V I R .

f. *Poenæ remissio*] Tractat *Polybius* servatus in excerptis legationum num. 122. an si remissa sit poena iis, qui facinus fecere, simul remissa sit mandatoribus? non puto, singulos enim tenent sua delicta.

¹³ *Cujus rei alia causa*] Quod nemo intellegat aliam ob rationem vel factum, vel intermissum, quam quod ostenderint passionem a præfecto suo factam ratam haberi, aut quod nunquam facturi, vel intermissuri erant, nisi ratum habuissent.

H E N R I C I D E C O C C E I I
C O M M E N T A R I U S
I. N.
H U G O N I S G R O T I I

L I B . I I I . C A P . X X I V .

EX silentio neque consensus, neque dissentius sequitur, l. 142. R. J. c. 44. R. J. in 6. quia voluntas non est nisi declarata. Silentium enim est negatio actus, neque se declarat qui nihil dicit.

Aliud ergo est si ex ipso silentio apparet voluntatis declaratio: uti r. ex facto, quo necessario elicetur voluntas: 2. ex signis, quæ vel natura significant voluntatem, ut nutus, vultus, &c. vel ex instituto: 3. ex iis, quæ necessario sequuntur ex verbis. Fide enim expressa omnia continentur, sine quibus illa explicari nequit: & sic ubi de colloquio convenit, tacite quoque pactum est id, sine quo colloquium tuto fieri nequit: v. g. commensus.

A d. §. I.

P U B L I C I S] , Inter duas summas posse testates initis.

P R I V A T I S] • Quæ inter privatos celebrantur.

E t i n m i x t i s] • Q uando summa potestas cum privato ita convenit.

Q uod c o n s e n s u s q u a t e r c u n q u e i n d i c a t u s , &c.] • Omnis consensus vel verbis, vel factis declaratur. Si proinde voluntas illa æque ex factis, aut signis appareat, obligatio inde oritur, quia partes ita disposuerentur.

E t a l i a p r a t e r v o c e s] • V. g. mutus, &c.. Vid. l. 2. c. 4. § 4 n. 3 c. 6. §. 10. l. 3. c. 1. §. 8. proleg. §. 8. l. 2. c. 1. §. 11. c. 16. §. 26.

Quedam:

*Quedam natura insunt actui] » Si quis
hostis fidei se tradit, promittit, se ei non
nociturum: ita qui colloquium admittit,
pollicetur securitatem, et si id additum
non sit, quia id ex natura actus sequi-
tur. Vid. §. 2. & 3.*

» rum occidit. At alia in hoc perfidiæ ra-
tio fuit, ac in Zopyro; nam Sextus non
ad hostes transfugit, sed ad socios, quos
, violare nefas erat.

A D §. II.

*A u t ab hostibus veniens in alterius po-
puli fidem se dat] » Uti transfuga: aut ho-
stis, qui per deditio[n]em in nostram trans-
it potestatem.*

*Aut ab externis] » Qui hostes non sunt,
sed cum quibus nec amicitia, nec hospi-
tium est, adeoque cum quibus jus capi-
endi, & postliminium obtinet. Vid. supra
cap. 9. §. 18.*

*Nam bic quin tacite se obliget, ne quid
faciat adversus eum statum] » Jam enim
alterius imperio subest, eoque tacite pro-
mittit, se nolle lèdere eum, cui se de-
dit.*

*Sequendi non sunt qui Zopyri factum a
reprehensione remotum ajunt] » Factum hoc
narratur ab Herod. l. 3. b[rev]ist. in f. & Just.
L. 1. c. f. Sed Ctesias id tribuit Megabyzo
Zopiri patri. Cæterum, factum ipsum male
ab Auctore improbari, puto; quia Zopyrus
fidem non dederat, sed se transfugam men-
titus erat; licere autem mendacis quoque
hostem fallere, ipse Auctor supra statuerat.
Ralsum autem omnino est, quod transfuga
tacite fidem obligare videatur. Nam 1. fru-
stra conjecturas, seu tacita promissa fingi-
mus, ubi contrarium evidens, & certum:
2. constat, Zopyrum non transfugisse ani-
mo præsidium querendi, sed hostes dolo-
fallendi; quod licitum: & 3. inepte collig-
itur, eum tacite promisisse, qui expresse,
& communicato cum rege consilio aliud agi-
tabat. Sibi ergo 4. imputent, qui hosti cre-
diderunt, nec sibi satis ab eo fide expresse
accepta caverunt. Vid. dis[ceptio]n. de arm. illic.
§. p.*

Additio:

*» Zopyrus non ut transfuga saltēm con-
siderari debet, sed ut talis, qui fidem
hostis imploravit, & suam dedit, ac NB.
cui cura, & defensio civitatis commissa
fuit, quam proinde injuria hosti tradidit.*

*Idem de Sexto Tarquinii filio] » Qui ad
Gabios configerat, & postea primates ed-
Tom. IV.*

A D §. III.

*Facite pollicetur, collocutoribus id inno-
xiū fore] Immo hæc non tacita est fides,
sed potius expressa; qui enim colloqui vo-
lunt, ea præstare ex medii necessitate de-
bent, sine quibus id fieri nequit: non pot-
est autem sine securitate. Unde ægerime
induci potuit Carolus VII., ut Johannem
Burgundia[re] ducem specie colloquii occide-
ret, factumque hoc ipsi amici ejus impro-
babant; de quo late Jean de Serre in an-
nal. franc. in Car. VI. ad an. 1519. &
Commeau, mala fide ita agi, injurias, in-
sidiæque fieri: unde maxime sibi prospexit
se Ludovicum (in colloquium cum Eduar-
do Rege Angliae descendurum), ait l. 4.
Hist.*

*Jus gentium violari] » Intelligit ipsum
jus naturæ, quia fides data violatur.
Perfidum existere coegerit] » Conf. Gron. b.
Ludovicus Simplicis filius postquam sua fu-
tu[re] Hugonis a Normannis spe colloquii captus
fuit, Hugonem ad Duellum provocat, &
Hugo in Synodo damnatus, ac excom-
municatus fuit. Masson. l. 2. p. 197.
Conf. Liv. l. 32. c. 32. seq.*

A D §. IV.

*N o n ultra] » Quam ad securitatem col-
loquentium.*

*Specie colloquii avertere hostem a belli con-
siliis] » Vid. Gron. b. Conf. Liv. l. 30. c.
31. Thuan. l. 15. p. 311. & 313. Gram-
mond Hist. Gall. l. 8. p. 403.*

*Dolis bonis] » De quibus egimus l. 3. c.
1. §. 6. seq.*

A D §. V.

*S I G N A quedam muta ex consuetudine
significativa] » De quibus late egimus l. 2.
I i. i. a. 4.*

• c. 4. §. 3. c. 16. §. 1. Voluntas enim
• æque signis, ac verbis declaratur. Conf.
• Alex. ab Alex. l. 4. c. 7. p. 472. ibid.
• Tiraq.

Quæ proinde obligant ad arma ponenda?
• Quia his signis declarant, se hostes am-
• plius non esse, sed potestati victorum
• sese tradere velle.

*An obligetur, & quatenus, ex his, que
supra dicta sunt, &c.]* • Demonstravimus,
• deditio nem simplicem non inferre aliquam
• promissionem, aut fidei dationem a parte
• accipientis.

*Hodie vela candida tacitum babent signum
petiti colloquii?* • Plerumque pulsus tympano-
• norum, sonus tubæ militaris, &c. indicia
• sunt petiti colloquii. Vid. Thuan. l. 10.
• p. 215. Unde Tubæ, &c. signa muta vo-
• cantur apud Veget. de re milit. l. 3. c. 5.

Obligabunt ergo non minus? • Ex his signis
• enim de voluntate certo constat.

• ciendam solum silentium non sufficere;
• Auctor dixit l. 2. c. 15. §. 17. n. 1. &
• 2. Sed si actus aliqui acceſſerint, qui ad
• aliam causam probabiliter referri neque-
• ant, tum recte intelligi, actum ratum
• esse habitum, d. §. 17. n. 1. & 2.

A D §. VII.

Ex sola diffimulatione non potest colligi
• Aliud est si cum maleſico qua tali actum
• est, tunc enim simul de remittenda ea
• in re pena actum censeri debet. Vid. l.
• , 3. c. 19. §. 3. n. 1.

*Opus est accedat actus talis, qui aut amici-
• citiam per se ostendat?* • De quo late actum
• est l. 3. c. 20. §. 16. seq.

Ut fœdus amicitie causa? • Immo id
• de omni fœdere verum esse, diximus su-
• pra l. 3. c. 20. §. 40. quia sua natura
• omni fœderi amicitia ineſt.

*Aut opinionem de tali virtute, cui me-
• rito ante facta condonari debeant?* • Ex va-
• gis ejusmodi conjecturis juris remissio pla-
• ne non elicitor. Cum igitur ex tacita
• voluntate nihil sequatur, nisi ipsi naturæ
• negotii res, de qua agitur, insit, cer-
• tum est, plerasque interpretandi regulas,
• quas Auctor afferit, nullius fere momen-
• ti in disciplina juris naturalis esse; uti
• pleniū demonstravimus l. 2. c. 16. per
• tot.

A D §. VI.

• D e sponsionibus late egimus l. 2. c. 15.
• §. 3. 16. & 17. L. 3. c. 22. §. 3.

*Nimirum, ubi & actus fuit cognitus, &
aliquid factum, aut non factum, cuius rei
alia causa?* • Sponsio ergo obligat spon-
• dentes, non vero summam potestatem,
• nisi hujus voluntas accedat; ad quam ell-

C A P U T X X V.

Conclusio, cum monitis ad fidem, & pacem.

I. *Monita ad fidem servandam.*

II. *In bello pacem semper spectandam:*

III. *Et amplectendam etiam cum da-
mino, Christiani præsertim.*

IV. *Utile, id victus:*

V. *Et victori.*

VI. *Et quorum res dubia sunt.*

VII. *Pacem factam summa religione
servandam.*

VIII. *Votum, & finis operi.*

⁺ I. I. *A* Tque hic finire me posse arbitror, ⁺ non quod omnia dicta
sint, quæ dici poterant, sed quod dictum satis sit ⁺ ad ja-
cienda fundamenta, ⁺ quibus si quis velit superstruere speciosiora opera,
adeo

adeo me invidenter non habebit, ulro & gratiam referet. Tantum antequam dimitto lectorem, sicut, cum de bello suscipiendo agerem, + monita quædam bello quantum fieri potest declinando adjeci, ita nunc quoque monita pauca addam, + quæ in bello, & + post bellum valeant ad fidei curam, & pacis: + & fidei quidem + tum propter alia, tum + ne spes pacis admatur. Fide enim non tantum respublica quælibet continetur, ut Cicero ^a dicit, + sed & major illa gentium societas: hac sublata, ut ^{a Off. II.}
^{b Rhet.}
^{c Orat.}
^{d Rosc.}
^{e com. c. 6.}
^{f Epistola LXXXVIII}
^{24. ad Theod.}
^{I, c. 15.}
^{g pag. 390.}
^{h Ed. Gron.}
^{i maj.}

2. Itaque merito idem ille Cicero ^c nefarium esse ait, fidem frangere, + quæ continet vitam: *sanc>issimum*, ut ^d Seneca loquitur, *humani pectoris bonum*: + quam tanto magis præstare debent summi hominum reatores, + quanto cæteris impunius peccant: itaque fide sublata ^a feris erunt similes, + quarum vim omnes exhorrent. Et + justitia quidem in cæteris suis partibus ^a sæpe habet aliquid obscuri: + at fidei vinculum per se manifestum est, immo + ideo quoque usurpatum, ut de negotiis omnibus dematur obscuritas.

3. Quo magis regum est religiose hanc colere, + primum conscientiae, deinde & ³ famæ causa, qua stat regni auctoritas. Ne dubitent igitur, + eos, qui ipsis fallendi artes instillant, + id ipsum facere quod docent. + Non potest diu prodesse doctrina, quæ hominem hominibus insociabilem facit: + adde & Deo invisum.

II. Deinde in tota belli administratione + non potest securus, & Deo fidens animus retineri, + nisi semper in pacem prospectet. Verissime enim dictum a ^e Sallustio: + *sapientes pacis causa bellum gerere*: cui congruit Augustini sententia: *non pacem queri, ut bellum exerceantur, sed bellum geri*, ^{e Orat.}
^{ad Cæs. I.}
^{c. 40. Ed.}
^{f Epist. Waff.}
^{205. ad Bonif.}

G R O T T I.

^a Feris erunt similes] Legati Justiniani apud Procopium Pericorum II. Chofroen sic alloquantur: *εἰ μὴ πρὸς παύσην σὲ, ἀ βασιλέυ, οἱ λόγοι ἐγίγνοτο, ὅτι αὐτὸς ὁμέδια Χρονῖν τῷ Καβάδᾳ ἔστι γῆν τὴν Ρωμαίων ἐν ὅπλοις ηκεῖν, ἀτιμάταντα μὲν τὰς διομασομένας σοὶ ἐνεχγθεῖσκος, ὃ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀπίκτων σύστοι τε καὶ εχυρότατον εἴναι δοκεῖ τῇς εἰς ἀλλήλας πίστεις τε καὶ ἀληθεῖς ἐνέχουσι δικαιοσύνατα δὲ ταῖς σπουδαῖς, ὃν ἡ ἀπίκτης ἀπολέσειται μόνη τοῖς δικ τὴν ἐν πολέμῳ κακοτροχίαιν ὥκτεν τῷ ἀτράξει βιωτευτιν. Ἐ γέροντος ἀλλο θόδεν τὸ τοιάντον εἴποι τις ἀν είναι, ἢ τῶν ἀνθρώπων τὴν διάστασαν ἐτὴν τῶν θηρίων μεταβεβλῆσθε. ἐν γορε τῷ μηδαμῇ στρέψειται, τὸ πολεμεῖν ἀπέρχεται λεπείνεται παντας πολεμοῦ δὲ, ὃ πέρις ἐπέχειν, ἔποικίσειν τῆς φύσεως τὰς αὐτῶν χρωμάτας εἰς αἰεὶ πίσχειν. Nisi ad te presentem, rex, hæc haberetur oratio, nunquam putassemus Chosroen Cabada filium cum armis intraturum in fines Romanos, contentius primum juramentis iuratis, quod inter homines summum, firmissimumque creditur veritatem, & fidei pignus; ruptis pre-*

terea fedribus, quæ sola spes relinquitur iis, qui ob bellum mala non in tuto vivent. Quid enim hoc aliud esse dicamus, quam hominum vitam in ferarum vitam mutare? nam sublati fedribus sequuntur ut omnes inter se æternâ grant bella. Bella autem sua fine hanc vim habent, ut homines perpetuo teneant naturæ sua extortores. (Cap. 10.)

G R O N O V I I.

¹ Né spes pacis] Narr quæ cum eo pax esse potest, a quo nulla securitas est, sed semper insidiæ, aut vis expectandæ sunt? Talis autem, qui fidem, & jusjurandum nullo sibi loco esse demonstravit.

² Sæpe habet aliquid obscuri] Non agnoscitur semper, sed plerumque ab utraque parte speciose pretenditur.

³ Fama, quo stat] Tacit. 4, annal. 40. Cæteris mortalibus in eo st̄ne consilia, quid conducere sibi putent, principum diversam esse formam, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.

⁴ Id ipsum facere] Ne ipsis quidem filios esse, quibus erga alios perfidiae sunt autores.

^aVII, pol. ^bRom. ^cImmo. ^dLib. ^eLib. geri, ut pax acquiratur. Ipse Aristoteles ^a non semel accusat gentes, quæ bellicas actiones ^s quasi pro ultimo (aa) fine sibi proponerent. Ferium quiddam vis est, quæ in bello maxime eminet: quo diligentius curandum est ut ⁺ humanitate temperetur, ne nimium feras imitando descendamus hominem.

^bXII. 18. ^cad Famil. ^dCap. ^eXXX. c. ^f30. ^g40. ^hIV. 7. ⁱV. ^j10. ^k11. ^l17. ^min fine.

III. Pax ergo tuta satis haberi si potest, & + & malefactorum, & dannorum, & sumtuum + condonatione non male constat: + præcipue inter Christianos, quibus pacem suam ^jDominus legavit. Cujus optimus ^binterpres nos vult, quantum fieri potest, quantum in nobis situm est, cum omnibus pacem quærere. + Viri boni est, initia belli invitum suscipere, extrema non libenter persequi: ut apud ^cSallustium legimus.

IV. Satis quidem + hoc unum esse debet, + sed & plerumque utilitas humana eodem trahit: primum eos, qui minus valent: + quia periculosest longum cum valentiore certamen, &, ut in navi sit, + jaictura aliqua redimenda major calamitas, + omissa ira, ac spe fallacibus, ut recte ^dLivius dixit, auctoribus. Hunc sensum ^b+ Aristoteles sic enuntiat: *κρείττον τοῖς κρείττονσι μέρος τοῦ ἵπαρχόντων πρόσθι, οὐ πολέμω κρατήσας αὐτὸς αὐτοῖς χρήματι ἀπολέσαι. Satis est his, qui plus possent, aliquid rerum suarum relinquere, quam bello viatos cum rebus perire.*

V. + Sed & eos, qui validiores sunt: quia bonis suis rebus, ut idem Livius ^enon minus vere ait, ^fampla, ac speciosa dantibus pax est: + ac melior, tutiorque, quam sperata victoria. Cogitandus enim Mars communis: *διεξίτω, ait Aristoteles, τὰς μεταβολὰς τὰς ἐν πολέμῳ ὡς πολλαὶ καὶ παράλογοι γίνονται cogitandum in bello, quam multæ, quinque improvisæ mutationes accidere soleant.* In oratione quadam pro pace (bb) apud Diidorum

G R O T T I .

^bAristoteles *sc. enunciatus*] Philo vero de constitutione principis (pag. 733. D. Ed. Parif.) hunc in modum: εἰσην. καν. ή σφόδρα ἐπιζημιώτερες πολέμους pax quamvis cum magno detimento, bello utilior. (Locus ARISTOTELIS reperitur in Rhetor. ad Alex. Cap. 3. unde etiam petitus est alter, quem Anactor adfert in paragrapho sequenti. J. B.)

G R O N O V I I .

^sQuasi pro ultimo] Propter se expetendas que bellum gerent tantummodo, quia nihil præclarissimus, quam bellum gerere, putarent.

⁶Et malefactorum] Etiam si pro injuriis, & damnis, & impensis parum satisfiat, non repudianda est.

⁷Dominus legavit] Quasi testamento, & ultimis monitis, mandatisque reliquit. (Joann. XIV. 27.)

⁸Optimus interpres] Internuntius, apostolus.

⁹Jaictura redimenda] Ut in tempestate orta tactis in mare mercibus oneribusque aliis le-

vatur navigium, & naufragium vitatur: sic concedendo aliquid potentiori exitium a bello imminentis cavendum.

¹⁰Ampla, & speciosa] Possunt dictare, ac præscribere conditiones, quæ ipsis plus commodi, & gloria adferunt. (Vide locum similem ARISTOTELIS, Rhetoric. Lib. I. Cap. 17. in fin. J. B.)

¹¹Mars communis] Alea belli, quæ sepe summa miscet imis.

(aa) Ante Stagyritam, Præceptor ipsius PLATONI jam id vituperaverat, loco insigni, ubi boni Legislatoris esse ait, pacis causa potius ea, quæ pertinent ad bellum, quam negotia pacis belli causa ordinare, & ad bellicas rationes revocare: *Οὐτ' ἀν νομοθέτης αἱρεῖται, εἰ μὴ χάριν ἐψήντης τὰ πολέμων νομοθετῆσαι μάλλον, οὐ τῶν πολεμικῶν ἐψήνει τὰ τῆς ἐψήνης.* De Legib. Lib. I. pag. 628. E. Tom. II. Ed. H. Steph. J. B.

(bb) Oratio illa erat contra Pacem, non pro Pace: nimis Demagogi cupusdam Atheniensis Cleopontis, qui ipse rerum gestarum ab Atheniensibus magnitudinem extollebat, ut vulgus

dorum culpantur si τὸ μῆνες τῶν εὐημεριάτων προφερόμενοι, ὥσπερ τῆς τύχης ἡνίκας εἰδισμένοις θρασεύει τὰ κατὰ πόλεμον προτερήματα· qui rerum gestarum a se magnitudinem extollunt, plane quasi non is mos esset fortunae belli¹² prospera vicibus largiri. Et maxime metuenda desperantium audacia, tanquam accrissimi¹³ morientium belluarum morsus.

VI. Quod si uterque + pares sibi videantur, id vero, Cæsare + auctore, + optimum tempus de pace agendi, dum sibi uterque confidit.

VII. + Pax autem facta + qualibuscumque legibus, servanda omnino + ob eam, quam diximus, fidei sanctimoniam, soliciteque cavenda + non tantum perfidia, sed & quidquid¹⁴ animos exasperat. Nam quod de privatis amicitiis dixit^b Cicero, ad has publicas non minus recte aptes: quæ cum omnes summa religione, ac fide tuendæ, tum et maxime, + quæ ex inimicitiis revocatae sunt in gratiam.

VIII. Inscriptat hæc Deus (+ qui solus hoc potest) cordibus eorum, + quorum res Christiana in manu est, + & iisdem¹⁵ mentem divini, humanaque juris intelligentem duit, quæque semper cogitet, + lectam se ministram ad regendos^d homines, + Deo carissimum animal.

vulgar ad bellum concitaret. Hujus autem argumenti imbecillitatem prudenter ostendit DIODORUS SICULUS, cuius ipsius verba illa sunt, ὥσπερ τῆς τύχης &c. Bibliot. Hist. Lib. XIII. Cap. 53. pag. 359. Ed. Henr. Steph. Unde patet, Auctorem nostrum, memorie virtutem, aut festinantem, loco isto laudando lapsum esse. J. B.

G R O T I I.

Et maxime metuenda desperantium audacia]

Δειναι γαρ η κοῖται ἀποιχομένῳ λέοντος.

Quippe timenda etiam morientis lustra leonis.

(Hunc versum, qui Veteris cuiusdam Poëtae esse videtur, noster habet à PLUTARCHO, in Vit. Marii, sub finem, (pag. 432. C. Ed. Web.) ubi alio ordine leguntur duas voces. κοῖται η, non η κοῖται: & vox αποιχομένῳ exponitur ab Interpreti abeuntis, non morientis. Hæc tamen versio Auctoris nostri potest defendi. Vide qua diximus in Notis Gallicis ad h. l. in Addend. J. B.)

d Homines, Deo carissimum animal] Sic Chry-

sostomus sermone de eleemosyna (Tom. VI. pag. 927. Edit. Sevil.) ἀνθρώποι τὸ περισπάδοντος ζωὸν τῷ Θεῷ. (Addamus hominis Ethnici testimonium. Is est SIMPLICIUS, qui Hominem vocat, non inhonoratam neque villem Dei possessionem, ἐπὶ ἄτμον ὃδὸν ἔντελες τῷ Θεῷ κτῆμα. Pag. 239. Edit. Lugd. B. Salm. Ubi PLATONIS vestigia sequitur, qui statuit, Homines esse ἐπὶ τῶν κτημάτων τοῦ Θεοῦ. In PHEDONE, pag. 62. B. Tom. I. Edit. H. Steph. Disertè vero PHILO. Judæus, Græcè idem, quod heic Auctor noster Latinè: Ζῶον τῷ Θεοφιλέσατον ὁ "Ανθρώπος" &c. De Somniis, pag. 581. E. Emt. Paris. J. B.)

G R O N O V I I.

12 Prospéra vicibus largiri] Parvo intervallo, aut momento interpolito variare, & ex secundis adverbas facere.

13 Morientum belluarum morsu] Florus 2., 15.

14 Animos exasperat] Contra amicitiam est, ut loquitur 3., 24. 40.

15 Mētēm divini, humanique] Votum Titulari apud Tacit. 4. annal. 38.

^{a Bell.}
^{civil. lib.}
III. c. 10.

^{b Apud}
Hieronym.
Apol. adv.
Ruffin.
Lib. I.
init.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
I. M.
HUGONIS GROTHI

LIB. III. CAP. XXV.

AUCTOR hoc capite oratorem agit, & Coronidis loco causas afferit, quibus reges, & aliae summæ potestates a bello deterri debentur; quæ legi omnino merentur. Hoc saltem monendum duximus, frusta Auctorem in §. 1. jactare, se fundamenta circa jura belli, & pacis suppeditasse; nam fragilia ea. admodum esse, ex ipsa tractatione apparet. Econtrario vidi-
mus, ex paucissimis positionibus nostris u-
niversum jus naturæ per justas conclusiones adeo sequi, ut nullum caput tum belli, tum pacis super sit, quod exinde deduci non possit.

Additio.

„ Auctor finem hic imponit operi, & §.
„ 1. commendat fidem tanquam vinculum
„ humani generis; in §. 2. monet, pacem
„ semper objectum belli esse debere, adeo
„ ut si pax tuta haberri possit, libenter con-
„ donari debeant levia damna, §. 3. id-
„ que consilium in primis suppeditat minus
„ valentibus, §. 4. quin etiam potentiori-
„ bus, ut pacem tutam præferre debeant
„ speratae victorise, cum hostes ad extrema
„ redacti aliquando in desperationem adi-
„ gantur, §. 5. Cæterum, nullum, inquit,
„ melius esse tempus pacis facienda, quam
„ ubi vires sunt æquales, §. 6. Tandem
„ monet, pacem, ut ut duram, servandam
„ esse ob fidem datam. §. 7. Denique sub-
„ jungit votum, ut Deus hæc inscribat ho-
„ minum cordibus. §. 8.

A.D. §. I.

¶ N O N quod omnia diæla sint, que dici
poterant.] „ Auctor enim jus naturæ publi-

„ cum proprie tractavit, indeque opus suum;
„ partem jurisprudentie longe nobilissimam:
„ continere, dixit. Proleg. §. 31. Et 32.
Ad jacienda fundamenta] „ Idem dixit:
„ in Proleg. §. 39. pr.

Quibus si quis velit superstruere speciosora
opera] „ Id est, speciales jurisprudentie:
„ naturalis partes; quod quomodo fieri pos-
„ sit, consilium suppeditat in proleg. §.
„ 31. Nos in ipso tractatu observavimus,
„ ex principiis Auctoris, nimirum ex jure
„ sociali, ex jure laxiori, ex jure gentium:
„ voluntario, ex jure divino voluntario, ex
„ lege Evangelii, ex conjectura voluntatis.
„ (hæc enim sunt fundamenta a Grotio:
„ laudata), nullam obligationem humani:
„ generis sequi. Probavimus, vana, & no-
„ va hac nomina esse jurium, quæ vel non
„ existunt, vel ad jurisprudentie discipli-
„ nam non pertinent.

Morita quadam bello quantum fieri pot-
est declinando adjeci] „ Vid. l. 2. c. 24.
„ per tot.

Qua in bello] „ Ut nimirum bello ex ne-
„ cessaria, & justa causa suscepio, non
„ tantum fides hosti data durante bello ser-
„ vetur, sed & pacis causa bellum ger-
„ tur.

Post bellum] „ Ne pax, & fides ad fi-
„ niendum bellum data temere violetur.

Et fidei quidem] „ In bello datae.

Tum propter alia] „ Rationem, cur na-
„ tura fides hosti data fervanda sit, expo-
„ suimus supra l. 2. c. II. §. 1. l. 3. c.
„ 19. §. 1.

Sed Et major illa gentium societas] „ Un-
„ de jus gentium voluntarium deducit :
„ quale non existere, diximus in Proleg.
„ §. 17. Et l. 1. c. 1. §. 14.

Tollitur quod inter homines est commer-
cius:

cium] „ Absque fide non subsistit commercium inter homines ; adeoque fervanda omnino est.

Que continet vitam] „ I. e. Sine qua homines tuo vivere non possunt

Quam tanto magis prestare debent summi hominum rectores] „ Fidem reges in primis decere , tum conscientiae , tum famae causa , ait *infra n. 3.* Atque hinc statuit , regum fidem vim juramenti habere , l. 2. c. 13. §. 22.

Quanto ceteris impunius peccant] „ Quia superiorem non habent , qui ab iis peccatum sumat.

Quarum vim omnes exborrent] „ Quia promiscue in omnes sacerdotes solent.

Iustitia quidem in ceteris suis partibus sepe habet aliquid obscurum] „ Quia uterque litigantium iustitiam causae sibi vindicare solet.

At fidei vinculum per se manifestum est] „ Facile enim apparet , an aliquid contra id , in quod consensum est , committatur.

Ideo quoque usurpatur , ut de negotiis omnis dematur obscuritas] „ Ideo enim fidis datur , ne dubium aliquid superstet.

Primum conscientia] „ Quia promissio ipsa ratione naturali jus dat ei , cui promittitur , quod jus ei , cuius est , ex regula naturae tribui debet , l. 2. c. 11. §. 1. §. l. 3. c. 19. §. 1. n. 2. §. 3.

Eos , qui ipsi fallendi artes infiltrant] „ I. e. ministros perfidiam suadentes.

Non potest diu prodeesse doctrina , que hominem hominibus infaciabiliter facit] „ Nam etiam potentissimos aliorum ope indigere , supra dixit . Proleg. §. 22.

Addi , & Deo invicem] „ Omnis enim perfidiae vindex est Deus.

A D §. II.

No n potest securus , & Deo fidens animus retineri] „ I. e. cum pietate pugnat bellum.

Nisi semper in pacem prospedet] „ Bellum enim geritur ut jus reparetur : & ex hac sola necessitate licitum est ; quae cessat si per pacem juris reparatio obtineri potest.

Sapientes pacis causa bellum gerere] „ Conf. l. 1. c. 1. §. 1. l. 3. c. 15. §. 2. Proleg. §. 25. junct. l. 1. c. 2. §. 2. n. 6.

Ferinum quiddam vis est] „ Vid. l. 1. c. 7. §. 1. n. 4. item §. praece.

Humanitate temperentur] „ Quam Auctor passim in bellis commendat . Vid. l. 3. c. 13. §. 4. l. 2. c. 2. §. 6.

A D §. III.

Et malefactorum , & damnorum , & sumtuum] „ Bellum enim agitur 1. ad injuria illatae , 2. ad damnorum bello dato , 3. ad impensarum culpa alterius factarum reparationem.

Condonatione non male constat] „ I. e. remittit potius debet injuria , quam bello vindicari , si in posterum de securitate fastis caveatur . Vid. l. 2. c. 24. §. 2. seq.

Principue inter Christianos , quibus pacem suam dominus legavit] „ Et qui in eo perfectissimum Christi imitantur exemplum , qui pro nobis adhuc impiis mori voluit . Vid. l. 2. c. 24. §. 1. n. 1.

Viri boni est , initia beli invitum suscipere] „ Vid. l. 2. c. 24. §. 9.

A D §. IV.

Hoc unum] „ Imitari exemplum Servatoris.

Sed & plerunque utilitas humana eodem trahit] „ Pax victori , & victo utilis est.

Quia periculorum est longum cum valentio re certamen] „ Prudentiae ergo regula est , tempori cedere , l. 2. c. 24. §. 7.

Ja c tura aliqua redimenda major calamitas] „ Pars aliqua imperii cedi potest , & debet , ut totum servetur , l. 3. c. 20. §. 5. l. 2. c. 24. §. 5. & 6.

Omissa ira , ac spe , fallacibus , &c. aucto ribus] „ Nam pax talis irrita per extentionem vis , & metus , reddi non potest .

Aristoteles sic enuntiat] „ Latius hanc doctrinam exposuit Auctor l. 2. c. 24. §. 6.

A D §. V.

Sed & eos , qui validiores sunt] „ Pax etiam valioribus utilis est.

Livius] „ Sunt verba Annibalis apud Liv. l. 30. c. 30. Similia vide apud Tertius . b. l. 23. c. 23. Tertius . b.

Ampla

Amplia, ac speciosa dantibus pax est], Vid.
„Gron. b. Unde alibi probavimus, pace
„repudiata iustitiam causæ in alteram par-
„tem transfire. Prol. §. 24.

Ac melior, tutiorque, quam sperata vi-
floria], Ut pote quæ incerta adhuc est.

A D S. V I.

P A R E S] „ Scilicet viribus.

Optimum tempus de pace agendi], Quod
„latius exposuit Auctor supra l. 2. c. 24.
„§. 9.

A D §. V I I.

P A X autem facia] „ Hactenus Auctor
„monita dedit, quæ in bello valent. Se-
„quuntur nunc monita, quæ post bellum
„commendat. Add. supra §. 1. n. 1.

Qualibuscumque legibus servanda omnino]
„Adeo ut nunquam exceptio vis, & me-
„tus, paci opponi possit. L. 3. c. 19. §.
„12. l. 2. c. 17. §. 19.

Ob eam, quam diximus, fidei sanctimo-
niam], Quia is, qui fidem dat, jus in al-
„terum qua hostem transfert, quod ei

„tribuere debet. Neque vis illa iusta di-
„ci potest, quia alias posita perpetuum in-
„ter homines bellum foret.

Non tantum perfidia], Hæc enim nun-
„quam in hostem, nedum in amicum li-
„cita est. Vid. l. 3. c. 1. §. 22. c. 4.
„§. 18.

Quæ ex inimicitiis revocate sunt in gra-
„tiam], Ne refricentur vulnera antiqua,
„incendiumque in majus excrescat.

A D §. V I I I.

Qui solus hoc potest], A quo solo vera,
„pax proficiscitur. Aug. de civ. Dei l. 3.
„c. 9.

Quorum res Christiana in manu est],
„Reclorum populorum, qui nomen Chri-
„stianum profitentur.

Et isdem mentem divini, humanique
„juris intelligentem], Intelligit jus naturæ,
„Vid. supra proleg. §. 2. Vid. Gron. b.

Ledam se ministram ad regendos homi-
„nes], Principes enim sunt vicarii summi
„numinis, ejusque nomine, ac jure, ho-
„minibus imperant.

Dre. charissimum animal], Conf. pro-
„leg. §. 6.

Finis Librorum de Jure Belli, ac Pacis.

Ex

Ex vita S. LUDOVICI Regis Francorum descripta a Joinvillio cap. LXXXIX.

QUI in magno erant regis consilio, sape eum reprehendebant, quod tantum laboris sumeret ad pacem inter exterros reponendam; mendoſe eum facere quod non eos bellare sineret; aliquanto post fore ut rectius transigatur. Respondebat rex, non recte eos loqui. Si, inquit, principes, & dynastæ vicini regni mei viderent me facile perpeti, ut bella inter se gererent, dicerent inter se, Rex Francorum dolo malo nos bellare patitur, atque inde odium in me conciperent, & aliquando me incursarent, unde malum regno meo evenire posset. Præterea fieri posset ut & Dei iram in me accerferem, cum dicat Deus, benedictos esse, qui operam dant ut ad pacem, & concordiam revocentur discordantes. Affirmare possum, & Burgundiones, & Lotharingos conspecta regis bonitate, & justitia tam ejus fuisse amantes, eique obsequentes, ut causas controversiarum inter ipsos ortarum apud ipsum agerent. Vidi eos sape venientes modo Lutetiam, modo Remos, Melodunum, modo in loca alia, in quibus rex erat.

Ex vita ejusdem juxta Mandata S. LUDOVICI
Regis data filio ex actis Collegii ra-
tionalium in urbe Parisiensi.

Si qua controversia, aut actio in te moveatur, inquire in veritatem tam contra te, quam pro te. Si quid alieni habere te animadvertis, quod aut te, aut majores tuos cepisse constet, fac illico restituatur. Cave bellum geras adversus Christianum quemquam, nisi ex multorum consilio, & ita si bellum evitare non possis. Quod si bellum habeas, abstine ab ecclesiasticis, & iis, qui tibi nihil nocuere. Si inter subditos tuos bellum, aut rixæ oriantur, fac eos ad concordiam reducas quamprimum fieri potest. Sepe specta quid Bailivi, Prepositi, & alii officiales tui faciant, & in eorum actus inquire, ut si quid corrigerendum sit, id corrigas. Fac nullum turpe peccatum regnet in regno tuo.

HUGONIS


HUGONIS GROTI
MARE LIBERUM.
SIVE

*De Jure, quod BATAVIS competit ad Indicana
Commercia,*


DISSESTITIO.

K k k 2

(444)



AD



A D

PRINCIPES, POPULOSQUE LIBEROS ORBIS CHRISTIANI.

ERRORE est non minus vetus, quam pestilens, quo muli mortales, it autem maxime, qui plurimum vi, atque opibus valent, persuadent sibi, aut, quod verius puto, persuadere conantur, justum, atque injustum non suapte natura, sed hominum inani quadam opinione, atque consuetudine distingui. Itaque illi & leges, & aequitatis spicem in hoc inventa existimant, ut eorum, qui in parendi conditione nati sunt, dissensiones, atque tumultus coërcantur: ipsis vero, qui in summa fortuna sunt collocati, jus omne ajunt ex voluntate, voluntatem ex utilitate merendam. Hanc autem sententiam absurdam plane, atque nature contrariam auctoritatis sibi nonnihil conciliaisse haud adeo mirum est, cum ad morbum communem humani generis, quo sicut viua, ita vitiorum patrocinia se clamur, accesserint adulantium artes, quibus omnis potestas obnoxia est. Sed contra extiterunt nullo non seculo viri liberi, sapientes, religiosi, qui falsam hanc persuasionem animis simplicium evellerent, ceteros autem ejus defensores impudentiae convincent. Deum quippe esse monstrabant conditorem, rectoremque universi, imprimis autem humanae naturae parentem, quam ideo, non uti cetera animalia, in species diversas, variaque discrimina segregasset, sed unius esse generis, una etiam appellatione voluisse contineri, dedisset insuper originem eandem, similem membrorum compagem, vultus inter se obversos, sermonem quoque, & alia communicandi instrumenta, ut intelligerent omnes, naturalem inter se societatem esse, atque cognationem. Huic autem a se fundatae aut domui, aut civitati, sum-

K k k 3

num

sum illum principem, patremque familias suas quasdam scripsisse leges; non in ære, aut tabulis, sed in sensibus, animisque singularum, ubi invitum etiam, & aversaniibus legendæ occurserent. His legibus summos pariter, atque infimos teneri. In has non plus regibus licere, quam plebi adversus decreta decurionum, decurionibus contra praesidum edicta, praesidibus in regum ipsorum sanctiones. Quin illa ipsa populorum, atque urbium singularum jura ex illo fonte dimanare, inde sanctimonium suam, atque maiestatem accipere. Sicut autem in ipso homine alia sunt, quæ habet cum omnibus communia, alia quibus ab altero quisque distinguitur: ita earum verum, quas in usum hominis produxit natura, alias eam manere communes, aliis cujusque industria, ac labore proprias fieri voluisse. de utrisque autem datas leges ut communibus quidem sine detrimento omnium omnes uterentur; de ceteris autem quod cuique contigisset, eo contentus abstineret alieno. Hæc si homo nullus nescire potest nisi homo esse dicatur, hæc si gentes viderunt quibus ad verum omne cœtacionibus sola natura fax illuxit, quid vos sentire, ac facere equum est, principes, populique Christiani? Si quis durum putat, ea a se exigi, quam sancti nominis professio requirit, cuius minimum est ab injuriis abstinere, certe quid sui sit officii scire quisque potest ex eo, quod alteri precipit. Nemo est vestrum, qui non palam edicat, rei quemque sua esse moderatorum, & arbitrum: qui non fluminibus, locisque publicis cives omnes ut ex aquo, & promiscue jubeat, qui non commeandi, commercandique libertatem omni ope defendat. Sine his si parva illa societas, quam rempublicam vocamus, constare non posse judicatur (& certe constare non potest) quamobrem non eadem illa ad sustinendam totius humani generis societatem, atque concordiam erunt necessaria? Si quis adversus hec vim faciat, merito indignamini, exempla etiam pro flagitiis magnitudine statuit, non alia de causa, nisi quia, ubi ista passim licent, status imperii tranquillus esse non potest. Quod si rex in regem, populus in populum inique, & violenter agat, id nonne ad perturbans tam magna illius civitatis quietem, & ad summi custodis spe-
 Etat injuriam? Hoc interest, quod sicut magistratus minores de vulgo judicant, vos de magistratis, ita omnium aliorum delicta cognoscenda vobis, & punienda mandavit rex universi, vestra exceptit sibi. Is autem quamquam supremam animadversionem sibi reservat, tardam, occultam, inevitabilem, nihilominus duos a se judices delegat, qui rebus humanis intersint, quos nocentium felicissimus non effugit, conscientiam

Scientiam cuique suam, & famam sive existimationem alienam. Hec tribunalia illis patent, quibus alia praeclusa sunt: ad hæc infirmi provocant: in his vincuntur, qui vincunt viribus: qui licentiae modum non statuunt, qui vili putant constare quod emitur humano sanguine, qui injurias injuriis defendunt, quorum manifesta facinora necesse est & consentiente bonorum judicio damnari, & sui ipsorum animi sententia non absolvit. Ad utrumque hoc forum nos quoque novam causam afferimus; non hercule de stillicidiis, aut tigno injuncto, quales esse privatorum solent, ac ne ex eo quidem genere, quod frequens est inter populos, de agri jure in confinio haerentis, de amnis, aut insulae possessione: sed de omni prope Oceano, de jure navigandi, de libertate commerciorum. Inter nos, & Hispanos hac controversa sunt & Sitne immensum, & vastum mare regni unius, nec maximi accessio: populone cuiquam jus sit volentes populos prohibere, ne vendant, ne permittent, ne denique commeant inter se: potueritne quisquam quod suum nunquam fuit elargiri, aut inventire quod jam erat alienum: an jus aliquod tribuat manifesta longi temporis injuria. In hac disceptatione ipsis, qui inter Hispanos præcipui sunt divini, atque humani juris magistri, calculum porrigitur, ipsius denique Hispania proprias leges imploramus. Id si nihil juvat, & eos, quos ratio certa convincit, cupiditas velat dissidere, vestram, Principes, majestatem, vestram fidem quo:quot estis ubique, Gentes, appellamus. Non perplexam, non invicatam movemus questionem. Non de ambiguis in religione capitibus, qua plurimum habere videntur obscuritatis, qua tantis tam diu animis decertata, apud sapientes hoc fere certum reliquerunt, nusquam minus inviciri veritatem, quam ubi cogitur assensus. Non de statu nostra reipublica, & libertate armis haud parta, sed vindicata: de qua recte statuere ii demum possunt, qui jura patria Belgarum, mores avios, & institutum non in leges regnum, sed ex legibus principatum accurate cognoverint; in qua tamen questione equis judicibus extreme servitutis depulsa necessitas; subtilius inquirentibus decreti tot nationum publica auctoritas, infensis etiam, & malevolis adversariorum confessio nihil dubium reliquit. Sed quod hic proponimus, nihil cum istis commune habit. nullius indiget anxie disquisitionis. non ex divini codicis pender explicatione, crux multa nulti non capiunt. non ex unius populi scitis, que ceteri merito ignorant. Lex illa, è cuius praescripto iugandum est, inventu est non difficilis, utpote eadem apud omnes:

&

& facilis intellectu, utpote nata cum singulis, singulorum mentibus insita. Ius autem, quod petimus, tale est, quod nec rex subditis negare dbeat, neque Christianus non Christianis. Anatura enim oritur, qua ex aquo omnium parens est, in omnes munifica, cuius imperium in eos extenditur, qui gentibus imperant, & apud eos sanctissimum est, qui in pictare plurimum profecerunt. Cognoscite hanc causam Principes, cognoscite Populi. si quid iniquum postulamus, scitis qua vestra, & e vobis eorum, qui viciniores nobis estis, apud nos semper fuerit auctoritas. monete, parebimus. Quin si quid a nobis hac in re peccatum est, iram vestram, odium denique humani generis non deprecamur. Sin contra se res habet, quid agendum sit, vestra religioni, & aequitati relinquoimus. Olim inter populos humaniores summum nefas habebatur, armis eos impetere, qui res suas arbitris permitterent. Contra qui tam aquam conditionem recusarent, ii non ut unius, sed ut omnium hostes ope communi comprimebantur. Itaque eam in rem videmus ita federa, judices constitutos. Reges ipsi, validaque gentes nihil aequ gloriosum, ac magnificum deputabant, quam aliorum coercere insolentiam, aliorum infirmitatem, atque innocentiam sublevare. Qui si mos hodieque obiineret, ut humani nihil a se alienum homines arbitrarentur, profecto orbe non paulo pacatore uteremur, refrigesceret enim multorum audacia, & qui justitiam utilitatis causa nunc negligunt, injusticiam damno suo dediscent. Sed hoc ut in causa isthac non frustra forte speramus, ita illud certo confidimus; bene rebus expensis existimatores vos omnes, imputari nobis non magis posse pacis moras, quam bellis causas: ac proinde uti hactenus amici nobis, faventes, atque benevoli fuisitis, ita vos aut etiam magis in posterum fore. quo nihil optatius iis potest contingere, qui primam partem felicitatis putant bene facere, alteram bene audire.

C A P U T

C A P U T L

Jure gentium quibusvis ad quosvis liberam esse navigationem.

Propositum est nobis, breviter, ac dilucide demonstrare, ius esse Batavis, hoc est, Ordinum Federatorum Belgico-Germanicæ subditis ad Indos, ita uti navingant, navigare, cumque ipsis commercia colere. Fundamentum struimus hanc juris gentium, quod primarium vocant, regulam certissimam, cuius perspicua, atque immutabilis est ratio: *licere cuivis genti quamvis alterans adire, cumque ea negotiari.* Deus hoc ipse per naturam loquitur, cum ea cuncta, quibus vita indiget, omnibus locis suppeditari a natura non vult: atibus etiam alias gentes dat excellere. Quo ista? nisi quod voluit mutua egestate, & copia humanas soveri amicitias, ne singuli se putantes sibi ipsis sufficere, hoc ipso redderentur insociabiles? Nunc factum est, ut gens altera a' terius suppleret inopiam, divinæ justitiae instituto, ut eo modo (sicut Plinius dicit^a) quod genitum esset uspiam, apud omnes natum vide^b *et Panep* retur. Poëtas itaque canentes audimus:

Nec vera terra ferre omnes omnia possunt.

Item:

Excedunt alii^c: & quæ sequuntur. Hoc igitur qui tollunt, illam laudatissimam tollunt humani generis societatem, tollunt mutuas benefaciendi occasionses, naturam denique ipsam violent. Nam & ille, quem Deus terris verum diu^d circumfudit, oceanus, undique & undique versus navigabilis, & ventorum stati, aut extraordinarii flatus, non ab eadem semper, & a nulla non ali^e quando regione spirantes, nonne significant satis concessum a natura cunctis gentibus ad cunctas aditum? Hoc Seneca^f sumnum naturæ beneficium putat, quod & vento gentes locis dissipatas miscuit, & sua omnia in regiones ita descripsit, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium. Hoc igitur ius ad cunctas gentes æqualiter pertinet: quod clarissimi jurisconsulti^g eo usque producunt, ut negent, ullam rempublicam, aut Principem prohibere in universum posse, quo minus alii ad subditos suos accedant, & cum illis negotientur. Hinc ius descendit hospitale sanctissimum: hinc querelæ^h:

*Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem
Permitit patria? hospitio prohibemur arena.*

Et alibiⁱ:

— littisque rogamus

Innocuum, & cum^j undamque, aurumque patutem:

Et scimus, bella quædam ex hac causa coepisse, ut Megarensibus in Atheniensis^k, Bononiensibus in Venetos^l: Castellanis etiam in Americanos has justas potuisse belli causas esse, & cæteris probabiliores Victoria^m putat, si Quinta.

Tom. IV.

L 11

pere-

^b Virgil

^c 3. 4.

^d Nat. qu.

^e Inst.

^f L.

^g nemo ini-

^{titur. ff. col.}

^{vide} (ent.

^{de Jur. bel.}

^{l. 1. c. 19.}

^{putat. vid. D.}

^{mercatores}

^{C. de com.}

^{e Virg. I.}

^{Aen.}

^{f 7. Aen.}

^{g Diod.}

^{11. Plut.}

^{Peric.}

^{b Sig.}

^{alt. de Reb.}

^{Ital.}

^{é Vict. de}

^{Indis par-}

^{te 2. n. 1,}

^{2, 3, 4, 5,}

^{6, 7. Adde.}

^{Covar. in}

^{e pecca-}

^{tate 2. n. 1,}

^{2, 3, 4, 5,}

^{n. 4. i.i.}

^{Q. Quinta.}

peregrinari, & degere apud illos prohiberentur, si arcerentur a participatione
¶ Num. 20.
¶ Aug. 14. qu.44.
super Nu. Et est c. ult. 23, 4, 2.
m Sopb. Tbracbin. n L. 3.
Conf. 293. • 4. Hist. p Alc. 7.
Conf. 130. Covar. c. p. 2. §. 9.
Bart. ad L. I. C. de Pagan.

earum rerum quæ jure gentium, aut moribus communia sunt, si denique ad commercia non admitterentur. Cui simile est quod in Mosis & historia, & inde apud Augustinum legimus, iusta bella Israélitas contra Amorräos geruisse, quia innoxius transitus denegabatur, qui *jure Humane Societatis* æquissimo patere debebat. Et hoc nomine Hercules Orcheniorum, Græci sub Agamemnone Mysonum Regi arma intulerunt ; quasi libera essent naturaliter itinera ut Baldus dixit : accusanturque a Germanis apud Tacitum Romani, quod colloquia, congressusq[ue] gentium arcerent, fluminaque, & terras, & colum quodammodo ipsum clauderent. Nec ullus titulus Christianis quoniam in Saracenos magis placuit, quam quod per illos terræ Judææ aditu arcerentur. Sequitur ex sententia, Lusitanos, etiamsi domini essent earum regionum, ad quas Batavi profiscuntur, injuriam tamen facturos si aditura peccatum. Quanto igitur iniquius est volentes aliquos a voluntium populorum commercio secludi, illorum opera, quorum in potestate nec populi isti sunt, nec illud ipsum, qua iter est ; quando latrones etiam, & piratas non alio magis nomine detestamur, quam quod illi hominum inter se commeatus obsident, atque infestant ?

C A P U T I I.

Lusitanos nullum habere jus dominii in eos Indos, ad quos Batavi navigant, titulo inventionis.

Non esse autem Lusitanos earum partium dominos, ad quas Batavi accedunt, puta Javæ, Tapobanæ, partis maximæ Moluccarum, certissimo argumento colligimus, quia dominus nemo est ejus rei, quam nec ipse unquam, nec alter ipsius nomine possedit. Habent insulæ istæ, quas dicimus, & semper habuerunt suos Reges, suam rempublicam, suas leges, sua jura : Lusitanis mercatus, ut aliis gentibus conceditur : itaque & tributa cum pendunt, & jus mercandi a Principibus exorant, dominos se non esse, sed ut externos advenire satis testantur : ne habitant quidem nisi precario. Et quanquam ad dominium titulus non sufficiat, quia & possessio requiritur, cum aliud sit rem habere, aliud jus ad rem consequendam, tamen ne titulum quidem dominii in eas partes Lusitanis ullum esse affirmo, quem non ipsis eripuerit Doctorum, & quidem Hispanorum sententia. Primum si dicent, inventionis præmio eas terras sibi cessisse, nec jus, nec verum dicent. Invenire enim non illud est oculis usurpare, sed apprehendere, ut Gordiani epistola ostendit : unde Grammatici invenire, & occupare pro verbis ponunt idem significantibus ; & tota Latinitas quod adepti sumus, id demum invenisse nos dicit, cui oppositum est perdere. Quin & ipsa naturalis ratio,

& legum diserta verba ^c, & eruditiorum interpretatio manifeste ostendit, ad titulum dominii parandum eam demum sufficeret inventionem, quæ cum possessione conjuncta est, ubi scilicet res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis, atque custodia sepiuntur ^d: quod in hac specie dici nullo modo potest. Nam præsidia illic Lusitani nulla habent. Quid quod ne reperisse quidem Indiam ullo modo dici possunt Lusitani, quæ tot a saeculis fuerat celeberrima. Jam ab Horatii tempore:

*Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Per mare pauperiem fugiens.*

Taprobanes pleraque quam exacte nobis Romani descripsere ^f? Jam vero & cæteras insulas ante Lusitanos non finitimi tantum Persæ, & Arabes, sed Europæi etiam, præcipue Veneti noverant. Præterea inventio nihil juris tribuit, nisi in ea, quæ ante inventionem nullius fuerant ^g. Atqui Indi, cum ad eos Lusitani venerunt, et si partim idololatræ, partim Mahumetani erant, gravibusque peccatis involuti, nihilominus publice, atque privatum rerum, possessionumque suarum dominium habuerunt, quod illis sine justa causa eripi non potuit ^h. Ita certissimis rationibus post alios auctores maximi nominis concludit Hispanus Victoria ⁱ: *Non possunt*, inquit, *Christiani secularres, aut tum* ^b *ecclesiastici potestate civili, & principatu prævarare infideles, eo duntaxat titulo, quia* ^j *infideles sunt, nisi ab eis alia injuria profecta sit.* Fides enim, ut recte inquit Thomas ^k, non tollit jus naturale, aut humanum, ex quo dominia profecta sunt. Immo credere infideles non esse rerum suarum dominos, hereticum est: & res ab illis possessas illis ob hoc ipsum eripere furtum est, & rapina, non minus, quam si idem fiat Christianis. Recte igitur dicit Victoria, non magis ista ex causa Hispanis jus in Indos quæsumum, quam Indis fuisse in Hispanos, si qui illorum priores in Hispaniam venissent. Neque vero sunt Indi Orientis amentes, & insensati, sed ingeniosi, & solertes, ita ut ne hinc quidem prætextus subjiciendi possit desumi, qui tamen per se satis est manifestæ iniquitatis. Jam olim Plutarchus πρέσβατιν πλεονεξίας fuisse dicit ημερώσαι τὰ βαρβαρά, improbam scilicet alieni cupiditatem hoc sibi velum obtendere, quod barbariem mansuefacit. Et nunc etiam color ille redigendi invitas gentes ad mores humaniores, qui Græcis olim, & Alexander usurpatus est, a Theologis omnibus, præsertim Hispanis ^m, improbus, atque impius censetur.

C A P U T III.

Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificis.

Sequendo si Pontificis Alexandri Sexti divisione utentur, ante omnia illud attendendum est, voluerintne Pontifex contentiones tantum Lusitanorum, &

Castellarorum dirimere, quod potuit sane, ut lectus inter illos arbitret; ^a
 ut & ipsi Reges jam ante inter se ea de re federa quædam pepigerant ^b: &
^{a. Vide Oforium.} hoc si ita est, cum res inter alios acta sit, ad cæteras gentes non pertine-
^{b. Vide §.} bit: non vero prope singulos mutandi trientes duobus populis donare. Quod
^{c. Ap. Inst. de rer. div.} etsi voluisset, & potuisset Pontifex, non tamen continuo sequeretur, dominos
^{d. Luc. 12. 14. Job. 18. 36.} eorum locorum esse Lusitanos, cum donatio dominum non faciat, sed se-
^{e. Vide Vict. de Indis. p. 1. num. 25.} cuta traditio ^f: quare & huic causæ posselio deberet accedere. Tum vero
^{g. Vict. 16. num. 27.} si quis jus ipsum sive divinum, sive humanum scrutari volet, non autem
^{h. ex commodo suo metiri, facile deprehendet, donationem ejusmodi ut rei alienæ nullius esse momenti. Disputationem de potestate Pontificis, hoc est, episcopi Romanæ ecclesie hic non aggrediar, nec quicquam ponam nisi ex hypothesi, hoc est, quod confitentur homines inter eos eruditissimi, qui plurimum Pontificiæ tribuunt auctoritati, maxime Hispani: qui cum pro sua}
^{i. Crem. l. 2. s. 113. Hugo 69. dist. cum ad Verum.} perspicacia facile vident, Dominum Christum omne a se terrenum imperium abdicasse ^k, mundi certe totius dominium, qua homo fuit, non habuisse,
^{l. Bern. in 2. lib. ad Eug. Vict. de Ind. p. 1. n. 27. Cov. m. c. pecca. num. 9.} & si habuisset, nullis tamen argumentis astrui posse jus illud in Petrum, aut Romanam ecclesiam Vicarii jure translatum: cum alias etiam certum sit, multa Christum habuisse, in quæ Pontifex non successerit ^l, intrepide affir-
^{m. num. 27. Cov. Vict. de Ind. p. 1. n. 27. Cov. m. c. pecca. num. 9.} marunt (ut at iporum verbis) Pontificem non esse dominum civilem, aut temporalem totius orbis ^l. Immo etiam si quam talem potestatem in mundo haberet, eam tamen non recte exercitum, cum spirituali sua jurisdictione contentus esse debeat, secularibus autem Principibus eam concedete nullo modo posse. Tum vero si quam habeat potestatem ^l, eam habere, ut lo-
^{n. 26. Jul. 6. 15. Matt. 17. 27.} quuntur, in ordine ad spiritualia. Quocirca nullam illi esse potestatem in populos infideles, ut qui ad ecclesiam non pertineant ^l. Unde sequitur ex sententia Cajetani ^b, & Victoriae, & posterioris partis tam Theologorum, quam Canonistarum ⁱ, non esse idoneum titulum adversus Indos, vel quia Papa dederit provincias illas tanquam dominus absolute, vel quia non recognoscunt dominium Papæ: atque adeo ne Sarracenos quidem isto titulo una-
^{o. Thom. 2. 2. 1. c. 2. num. 29. Vict. ibid. n. 30. Cov. d. loco. b Vide locum Cajetani infr. i. Thom. 2. n. 4. 66. art. 3. Sylv. de infid. §. 7. Inv. in c. quod super his de voto. Vict. n. 31.} quam spoliatos.

C A P U T I V.

Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo bello.

^{p. 8. sum. 28.} **H**is igitur sublati cum manifestum sit, quod & Victoria scribit ^b, His-
 panos ad terras remotiores illas navigantes nullum jus secum attulisse occu-
 pandi eas provincias, unus duntaxat titulus belli restat, qui & ipse si justus
 esset, tamen ad dominium proficere non posset, nisi jure præjæ, hoc est,
 post

post occupationem. Atqui tantum abest, ut Lusitani eas res occupaverint, ut cum plerisque gentibus, quas Batavi accesserunt, bellum eo tempore nullum haberent. Et sic igitur nullum jus illis queri potuit: cum etiam si quas ab Indis pertulissent injurias, eas longa pace, & amicis commerciis remisisse merito censeantur. Quanquam ne fuit quidem quod bello obtenderent. Nam qui barbaros bello persequuntur, ut Americanos Hispani, duo solent praetexere, quod ab illis commercio arceantur, aut quod doctrinam verae religionis illi nolint agnoscere. Et commercia quidem Lusitani ab Indis impetrarunt, ut hac in parte nihil habeant quod querantur. Alter vero ^b obtenus nihilo est justior, quam ille Graecorum in barbaros, quo Boëtius respexit:

*An distante quia dissidentque mores,
Injicias acies, & fera bella movent.
Alternisque volunt perire telis?
Non est iusta satis sevitiae ratio.*

Ista autem & Thomæ, & concilii Toletani, & Gregorii, & Theologorum, Canonistarum, Jurisprudentiumque fere omnium conclusio est ^d: Quantumcumque fides annuntiata sit barbaris. (nam de his, qui subditi ante fuerunt Christianis Principibus, item de apostatis alia est quæstio) probabiliter, & sufficienter, & si noluerint eam respicere, non tamen dicere hat ratione eos bello persequi, & spoliare bonis suis ^e. Operæ pretium est in hanc rem ipsa Cajetani verba describere ^f: *Qui lam, ait, infideles nec de jure, nec de facto subiung secundum temporalem jurisdictionem Principibus Christianis, ut inveniuntur pagani, qui nunquam imperio Romano subditi fuerunt, terras habitantes, in p. 2, §. 9. quibus Christianum nunquam fuit nomen. Horum namque domini, quamvis infideles, legitimis domini sunt, sive regali, sive politico regimine gubernantur: nec sunt propter infidelitatem à dominio suorum privati, quum dominium sit ex jure positivo, & infidelitas ex divino jure, quod non tollit jus positivum, ut superius in questione habitum est. Et de his nullam scio legem quoad temporalia.* ^g *Io. Ayala de Jure belli l. 1. c. 2. n. 28. erg. e Matt. 10, 23. f ad S. Thom. 2, 2. g. 66. art. 3.*

Contra hos nullus Rex, nullus Imperator, nec Ecclesia Romana potest movere bellum ad occupandas terras eorum, aut subjiciendos illos temporaliter: quia nulla subest causa iuxta bellum, cum Jesus Christus, Rex Regum, cui data est potestas in celo, & in terra, misericordia capiendam posse. ^h *nem. mundi, non milites armatae militie, sed sanctos prædicatores, sicut oves inter lupos. Unde nec in testamento veteri, ubi armata manu possessio erat capienda, terræ infidelium inductione lego bellum alicui propter hoc, quod non erant fideles: sed quia nolebant dare translatum, vel quia eos offenderant, ut Madiantæ, vel ut recuperarent sua, divinitate largitate sibi concessa. Unde gravissime peccaremus, si filium Christi Jesu per banc viam ampliare contenderemus: nec essentialegitimi Domini illorion: sed magna latrocinia committeremus, & teneremur ad restitutionem, utpote iusti debellatores, aut occupatores. Mitterendi essent ad hos prædicatores boni viri, qui verbo, & exemplo converterent eos ad Deum: & non qui eos opprimant, spoliant, scandalizant, subjiciant, & duplo gehenna filios faciant, more Pharisæorum.*

rum. Et in hanc formam audimus s^ep^ee a Senatu in Hispania, & Th^eologis, pr^acipue Dominicanis, decretum fuisse, sola verbi p^rædicacione non bello Americanos ad fidem traducendos: libertatem etiam, quæ illis eo nomine erupta esset, restitui debere, quod à Paulo tertio Pontifice, & Carolo V. Imperatore, Hispaniarum Rego, comprobatum dicitur. Omittimus jam, Lusitanos in plerisque partibus religionem nihil promovere, ne operam quidem dare, cum soli lucro invigilent. Immo & illud ibi verum esse, quod de Hispanis in America Hispanus scripsit, non miracula, non signa audiri, non exempla vitæ religiosæ, quæ ad eandem fidem alios possent impellere, sed multa scandala, multa facinora, multas impietates. Quare cum & possessio, & titulus deficiat possessionis, neque res, ditionesque Indorum pro talibus haberi debeant, quasi nullius ante fuissent, neque cum illorum essent, ab aliis recte acquiri potuerint, sequitur Indorum populos, de quibus nos loquimur, Lusitanorum proprios non esse, sed liberos, & sui juris: de quo ipsi doctores Hispani non dubitant *s.*

*g. Vict.
in fine par.
a. 1. refe-
tione de
Indis.*

C A P U T V.

*Mare ad Indos, aut jus è navigandi non esse proprium Lusitanorum
titulo occupationis.*

SIt ergo in populos, terrasque, & ditiones Lusitani jus nullum quæsiverunt, videamus an mare, & navigationem, aut mercaturam sui juris facere potuerint. De mari autem prima sit consideratio, quod cum passim in jure aut nullius, aut commune, aut publicum Juris gentium dicatur, hæ voces quid significant ita commodissime explicabitur, si Poetas ab Hesiodo omnes, & Philosophos, & Jurisconsultos veteres imitati in tempora distinguamus ea, quæ tempore forte haud longo, certa tamen ratione, & sui natura discreta sunt. Neque nobis vitio verti debet, si in juris a natura procedentis explicatione auctoritate, & verbis eorum utimur, quos constat naturali iudicio plurimum valuisse. Sciendum est igitur, in primordiis vitæ humanæ aliud, quam nunc est, dominium, aliud communionem fuisse *a.* Nam dominium nunc proprium quid significat, quod scilicet ita est aliquius ut alterius non sit eodem modo. Commune autem dicimus, cuius proprietas inter plures confortio quodam, aut consensu collata est, exclusis aliis. Linguarum paupertas coégit voces easdem in re non eadem usurpare. Et si ista nostri moris nomina ad jus illud pristinum, similitudine quadam, & imagine, referuntur. Commune igitur tunc non aliud fuit, quam quod simpliciter proprio opponitur: Dominium autem facultas non injusta utendi re communi, quem usum Scholasticis visum est facti non juris vocare, quia qui nunc in jure usus vocatur, proprium est quiddam, aut, ut illorum moris

*a. Vide
Glos. Et
Capit. in
Lex hoc ju-
re &c. jne
nat. dist. I.
b. Vide
Vasq. con-
trov. usu
freq. cap.
I. num. 10.
c. exiit qui
seminat. de
Verb. fig.
in 6. clem.
exist de
paradiso de
verb. sign.*

more loquar, privative ad alios dicitur. Jure primario Gentium, quod & Naturale interdum dicitur, & quod Poetæ alibi ætate aurea, alibi Saturni, aut Justitiae regno depingunt, nihil proprium fuit: quod Cicero dixit: *Sunt autem privata nulla natura.* Et Horatius:

*Nam propriæ telluris herum natura nec illum,
Nec me, nec quenquam statuit.*

Neque enim potuit natura dominos distinguere. Hoc igitur significatu res omnes eo tempore communes fuisse, dicimus, idem innuentes quod Poetæ, cum primos homines in medium quæsivisse, & Justitiam casto federe res medias tenuisse dicunt: quod ut clarius explicit, negant eo tempore campos limite partitos, aut commercia fuisse ulla.

— *promiscua rura per agros
Præfliterant cunctis communia cuncta videri.*

e Avienus
in Arat.

Recte additum est *videri*, propter translationem, ut diximus, vocabuli. Communio autem ita ad usum referebatur:

— *per omnium cunctis iter,
Communis usus omnium rerum fuit.*

d. Simeon
Oratio.

Cujus ratione dominium quoddam erat, sed universale, & indefinitum: Deus enim res omnes non huic, aut illi dederat, sed humano generi, atque eo modo plures in solidum ejusdem rei domini esse non prohibebantur: quod si hodierna significatione sumamus dominium, contra omnem est rationem. Hoc enim proprietatem includit, quæ tunc erat penes neminem.

Aptissime autem illud dictum est:

— *omnia rerum
Uspurpantes erant.*

e. Aeneas

Ad eam vero, quæ nunc est, dominiorum distinctionem non impetu quodam, sed paulatim ventum videtur, initium ejus monstrante natura. Cum enim res sint nonnullæ, quarum usus in abusu consistit, aut quia conversæ in substantiam utentis nullum postea usum admittunt, aut quia utendo fiunt ad usum deteriores, in rebus prioris generis, ut cibo, & potu, proprietas statim quædam ab usu non sejuncta emicuit. Hoc enim est proprium esse, ita esse cuiusquam, ut & alterius esse non possit; quod deinde ad res posterioris generis, vestes puta, & res mobiles alias, aut se moventes ratione quadam productum est. Quod cum esset, ne res quidem immobiles oxanes, agri puta, indivisæ manere potuerunt: quanquam enim horum usus non simpliciter in abusu consistat, eorum tamen usus abusus cuiusdam causa comparatus est; ut arva, & arbusta cibi causa, pascua etiam vestium; omnium autem usibus promiscue sufficere non possunt. Reperta proprietati lex poluta

⁵ Sen.
Thyest.

posita est, quæ naturam imitaretur. Sicut enim initio per applicationem corporalem usus ille habebatur, unde proprietatem primum ortam diximus: ita simili applicatione res proprias cuiusque fieri placuit. Hæc est quæ dicitur occupatio, voce accommodatissima ad eas res, quæ ante in medio posita fuerant: quo Seneca Tragicus alludit &:

— in medio est scelus
Positum occupanti.

^b Sen.
Ben. l. 7.
c. 12.
i Decl.
13.

^k de Off.

^l L. 5. ff.
de just. &
jur.

Et Philosophus ^b: *Equestria omnium Equitum Romanorum sunt: in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi.* Hinc Quintilianus ⁱ dicit, quod omnibus nascitur, industriae esse præmium; & Tullius, ^k factas esse veteri occupatione res eorum, qui quondam in vacua venerant. Occupatio autem hæc in rebus, quæ possessioni renituntur, ut sunt feræ bestiæ, perpetua esse debet, in aliis sufficit, corpore cœptam possessionem animo retineri. Occupatio in mobilibus est apprehensio, in immobilibus intructio, aut limitatio: unde Hermogenianus cum dominia distincta dicit, addit, agris ter-

minos positos, ædificia collocata ^l. Hic rerum status a poëtis indicatur:

Tum laqueis captare feras, & fallere visco

Inventum:

Tum primum subiere domos. ^m

Communemque prius, ceu lumina solis, & aura

Cautus burnum longo signavit limite meffor. ⁿ

^m Virgil.
1. Georg.

ⁿ Ovid.
in Metam.

Celebratur post hæc, ut Hermogenianus indicat, commercium, cuius gratia

^o Ovid.
Metam. 1.

Fluctibus ignotis insultavere carina. ^o

Eodem autem tempore & respublie institui cœperunt: atque ita eorum, quæ a prima communione divulsa erant, duo facta sunt genera. Alia enim sunt publica, hoc est, populi propria (quæ est genuina istius vocis significatio) alia mere privata, hoc est, singulorum. Occupatio autem publica eodem modo fit, quo privata. Seneca ^p: *fines Asbeniensiam, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini privata terminacione distinguunt.* Gens enim unaquæque

^q Seneca;
Octavo.

*Partita fines regna confitnis, novas
Extruxit urbes.* ^q

Hoc modo dicit Cicero ^r, agrum Arpinatum Arpinatum dici, Tusculatum Tusculanorum, similisque est, inquit, privatuarum possessionum descriptio, ex quo quia suum cuiusque sit, eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, ut quisque teneat. Contra autem Thucydides, eam terram, quæ in divisione populo nulli obvenit, ἀόριστον, hoc est, indefinitam, & limitibus nullis circumscriptam vocat ^s. Ex his, quæ hactenus dicta sunt, duo intelligi

^r Offic. 1.
^s Lib. I.
^t Vide
Duar. in
tit. de rer.
div. ^g
qual.

telligi possunt. Prius est, eas res, quæ occupari non possunt, aut occupatæ nunquam sunt, nullius proprias esse posse: quia omnis proprietas ab occupatione cœperit. Alterum vero, eas res omnes, quæ ita a natura comparatæ sunt, ut aliquo utente nihilominus aliis quibusvis ad usum promiscue sufficient, ejus hodieque conditionis esse, & perpetuo esse deberet, cujus fuerant cum primum a natura pro litæ sunt. Hoc Cicero voluit ^u: *Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas haec est, in qua omnium rerum, quas ad communem usum natura genuit, est servanda communitas.* Sunt autem omnes res hujus generis, in quibus sine detimento alterius alteri commodari potest. Hinc illud esse dicit Cicero, *non prohibere aqua profuente.* Nam aqua profluens qua talis non qua flumen est, inter communia omnium ^{u Offic. 12} ^{x Ovid.} ^{lib. 6. Metamorphos.} ^{¶ Jurisconsultis refertur: & a poëta: *}

*Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum est.
Nec solem proprium Natura nec aera fecit,
Nec tenues undas. in publica munera veni.*

Dicit haec non esse natura propria, sicut Ulpianus ^{y L. 13. ff.}, natura omnibus pate- ^{com. pried.}re, tum quia primum a natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium ^{z L. 14. ff.} pervenerunt (ut loquitur ^z Neratius) tum quia, ut Cicero dicit, a natura ^{de acq. rer.} a*l* usum communem genita videntur. Publica autem vocat tralatitia significatio- ^{dom. Loco} nate, non quæ ad populum aliquem, sed quæ ad societatem humanam ^{citato. Vid.} pertinent, quæ publica juris gentium in legibus vocantur ^a, hoc est, com- ^{Com. com.} munia omnium, propria nullius. Hujus generis est aer, duplice ratione, ^{civ. lib. 3.} tum quia occupari non potest, tum quia usum promiscuum hominibus de- ^{cap. 2. Don-}bet. Et eisdem de causis commune est omnium maris elementum, infinitum ^{cap. 2.} scilicet ita, ut possideri non queat, & omnium usibus accommodatum: sive ^{a L. ult.} navigationem respiciamus, sive etiam piscaturam. Cujus autem juris est mare, ^{de usus cap.} ejusdem sunt si qua mare aliis usibus eripiendo sua fecit, ut arenæ maris, ^{b L. 10.} quarum pars terris continua littus dicitur ^b. Recte igitur Cicero ^c: *quid tam* ^d ^{de rer. div.} ^{c Loco cit.} *commune, quam mare fluuantibus, littus ejestis?* etiam Virgilii auram, undam, littus cunctis patere dicit. Haec igitur sunt illa, quæ Romani vocant ^{d §. 1. &} communia omnium jure naturali ^d, aut quod idem esse diximus, publica ^{§. Inst. de} juris gentium: sicut & usum eorum modo communem, modo publicum ^{rer. div.} vocant. Quamquam vero etiam ea nullius esse, quod ad proprietatem attinet, recte dicantur, multum tamen differunt ab his, quæ nullius sunt, & ^{L. 1. l. 2.} communi usui attributa non sunt, ut fræ, pisces, aves: nam ista si quis ^{§. l. 10. ff.} occupet, in jus proprium transire possunt, illa vero totius humanitatis con- ^{ed. tit.} sensu proprietati in perpetuum excepta sunt propter usum, qui cum sit o- ^{L. 14. &} mnium, non magis omnibus ab uno eripi potest, quam a te mihi quod ^{§. ult. 1.} meum est. Hoc est quod Cicero dicit inter prima esse Justitiae munera, re- ^{14. de inj.} bus communibus pro communibus uti. Scholastici dicent, esse communia ^{L. 3. D. ne} alia affirmative, alia privative. Distinctio haec non modo Jurisprudentibus ^{quid in loco} usitata est, sed vulgi etiam conceptionem exprimit: unde apud Athenæum ^{publ. cum l. seq.} Tom. IV.

M m m con-

convivator mare commune esse, dicit, at pisces capientium fieri. Et in Platinâ Rudente servo dicenti, *mare quidem commune certo est omnibus*, assentit piscator; addenti autem, *in mari inventum est, commune est*, recte occurrit:

Meum quod rete, atque hami nauci sunt, meum potissimum est.

Mare igitur proprium omnino alicujus fieri non potest, quia natura commune hoc esse non permittit, sed jubet; immo ne littus quidem: ^a nisi quod hæc addenda est interpretatio: ut si quid earum rerum per naturam occupari possit, id eatenus occupantis fiat, quatenus ea occupatione usus ille promiscuus non lœditur. Quod merito receptum est: nam cum ita se habet, cessat utraque exceptio, per quam evenisse, diximus, ne omnia in jus proprium transcriberentur. ^f Quoniam igitur inædificatio species est occupationis, in littore licet ædificare, si id fieri potest sine cæterorum incommodo. ^g L. 5. f. de do, ut Pomponius & loquitur, quod ex Scævola explicabimus, nisi usus publicus, hoc est communis, impediretur. Et qui ædificaverit, soli dominus damno inf. fiet: quia id solum nec ullius proprium, nec ad usum communem necessarium fuit, est igitur occupantis: sed non diutius, quam durat occupatio, quia reluctari mare possessioni videtur, exemplo feræ, quæ si in naturalem se libertatem receperit, non ultra captoris est, ita & littus postlimirio mari loco pub. l. 10. de rerum div. l. 14. de acq. rer. dom. L. 4. cedit. Quicquid autem privatum fieri occupando, idem & publicum, hoc est, populi proprium posse, ostendimus. ^b Sic littus imperii Romani finibus inclusum, populi Romani esse, Celsus ex stimat: quod si ita est, minime mirandum est, eundem populum subditis suis occupandi littoris, modum per principem, aut Prætorem potuisse concedere. Cæterum, & hæc occupatio non minus, quam privata, ita restringenda est, ne ulterius porrigatur, quam ut salvus sit usus juris gentium. Nemo igitur potest a populo Romano ad littus maris accedere prohiberi, & retia siccare, & alia facere, quæ semel omnes homines in perpetuum sibi licere voluerunt. Maris autem natura hoc differt a littore, quod mare nisi exigua sui parte nec inædificari facile, nec includi potest: & ut posset, hoc ipsum tamen vix contingere sine usus promiscui impedimento. Si quid tamen exiguum ita occupari potest, id occupanti conceditur. Hyperbole est igitur:

*Contracta pisces equora sentiunt
Jactis in altum molibus. k*

Nam Celsus jactas in mare pilas ejus esse, dicit, qui jecerit. Sed id non concedendum, si deterior maris usus eo modo futurus sit. Et Ulpianus eum, qui molem in mare jecit, ita tuendum dicit, si nemo damnum sentiat ^m. Nam si cui hæc res nocitura sit, interdictum utique, *Ne quid in loco publico fiat, competiturum*. Ut & Labeo, si quid tale in mare struatur, interdictum vult competere, *Ne quid in mari, quo portus, statio, iterve navigiū deterius sit, fiat*. Quæ autem navigationis, eadem piscatus habenda est ratio, ut communis maneat omnibus. Neque tamen peccabit si quis in maris diver-

diverticulo piscandi locum sibi palis circumsepiat, atque ita privatum faciat: sicut Lucullus exciso apud Neapolim monte ad villam suam maria admisit^o. ^{o Plin.}
Et hujus generis puto fuisse, piscinas maritimas, quarum Varro, & Co-^{l. 9. c. 54.}
humella meminerunt. Nec Martialis alio spectavit, cum de Formiano Apol.
linaris loquitur ^p:

^{p Lib. 10.}
^{Epig. 10.}

*Si quando Nereus sentit Aoli regnum,
Ridet procellas tuta de suo mensa.*

Et Ambros. q Inducū mare intra prædia tua, ne defint bellua. Hinc apparere potest, quæ mens Pauli fuerit, cum dicit, si maris proprium jus ad ali-^{q De Na-}
quem pertineat, Uti possidetis interdictum ei competere. Esse quidem hoc ^{r L. 14. ff.}
interdictum ad privatas causas comparatum, non autem ad publicas, (in ^{de injuris.}
quibus etiam ea comprehenduntur, quæ jure gentium communi facere pos-
sumus) sed hic jam agi de jure fruendo, quod ex causa privata contingat, ^{s L. 4. ff.}
non publica, sive communi. Nam, teste Marciano ^t, quicquid occupatum
est, & occupari potuit, id jam non est juris gentium, sicut est mare. Ex-^{de rer. div.}
empli causa, si quis Lucullum, aut Apollinarem in privato suo, quatenus ^{t L. 7. de}
diverticulum maris incluserant, piscari prohibuisset, dandum illis interdictum ^{div. Et temp. pref.}
Paulus putavit, non solum injuriarum actionem, ob causam scilicet priva-
tæ possessionis. Immo in diverticulo maris, sicut in diverticulo fluminis, si ^{u L. 45.}
locum talem occuparim, ibique piscatus sim, maxime si animum privatim ^{ff. de inju-}
possidendi plurium annorum continuazione testatus fuerim, alterum eodem ^{cap.}
jure uti prohibeo: ut ex Marciano ^v colligimus, non aliter, quam in lacu, ^{w L. 13.}
qui mei dominii est. Quod verum quamdiu durat occupatio, quemadmo-^{g. 7. ult.}
dum in littore antea diximus. Extra diverticulum idem non erit, ne scilicet ^{ff. de injur.}
communis usus impediatur ^x. Ante ædes igitur meas, aut prætorium, ut pi-^{Leon. 102,}
scari aliquem prohibeam, usurpatum quidem est, sed nullo jure, adeo qui-^{103, 104.}
dem ut Ulpianus ^y contemta ea usurpatione, si quis prohibeatur, injuria-^{Vide Cui.}
rum dicat agi posse. Hoc imperator Leo ^z (cujus legibus non utimur) ^{14. obs. 1.}
contra juris rationem mutavit, voluitque περιθυγα, hoc est, vestibula mari-
tima, eorum esse propria, qui oram habitarent, ibique eos jus piscandi ha-
bere: quod tamen ita procedere voluit, ut septis quibusdam remoratoriis, ^{ff. de injur.}
quas ἐποχας Græci vocant, locus ille occuparetur: existimans, nimirum, non ^{ff. de injur.}
fore ut quis exiguum maris portionem alteri invidereret, qui ipse toto mari ^{y Ambr.}
ad piscandum admitteretur. Certe ut quis magnam maris partem, etiamsi ^{L. 5. Hex.}
possit, publicis utilitatibus eripiat, non tolerandæ est improbitatis: in quam ^{c. 10.}
merito Vir Sanctus ^z invehitur: Spatia maris sibi vindicant jure mancipii, ^{z Donell.}
pisciumque jura sicut vernaculorum, conditione sibi servitii subiecta commemorant. ^{L. 4. c. 6.}
Iste, inquit, sinus maris meus est, ille alterius. Dividunt elementa sibi potentes.
Est igitur mare in numero earum rerum, quæ in commercio non sunt ^z, ^{pe. 8}
hoc est, quæ proprii juris fieri non possunt. Unde sequitur, si proprie-
quamur, nullam maris partem in territorio, populi alicujus posse censeret.
Quod ipsum Placentinus sensisse videtur, cum dixit: Mare ita esse commu-

a. Joh.
 Faber. ad
 d. §. 5.
 Ius. de
 rer. div.
 ad. DD.
 ad l. 9. f.
 ad l. Rhod.
 de juct.
 b. l. 3. ne
 quid in lo-
 co publ.
 c. l. 9.
 ff. de judi-
 ciis. l'ide
 L. 15. f. de
 publice.
 Gl. f. in l.
 2. de rev.
 divisi. & in
 d. l. 3. f.
 in §. 1.
 L. 1. de rev.
 div. Bal.
 in d. L. 2.
 d. Bal. in
 e. in princ.
 in 2. col.
 Quibus
 non in end.
 am. adde
 l. uic. C.
 de clas. his.
 II. & Ang.
 in l. 14. f.
 de injur.
 L. 13. f.
 Comun.
 prael. adde
 L. 4. eod. cit.
 e. C. qua
 sunt Regal.
 lia in Pe-
 nins.
 f. Vide
 Balbum
 praescr. 4.
 parte 5.
 part. prim.
 q. 6. n. 4.
 g. d. l. 13.
 §. 7. vers.
 conductori.
 ff. de injur.
 l. 1. f. de
 loco publ.
 fruendo.

ne, ut in nullius dominio sit nisi solius Dei : & Johannes Faber ^a, cum mare assentit relictum in suo jure, & esse primævo, quo omnia erant communia. Alioquin nihil different quæ sunt omnium communia ab his, quæ publica proprie dicuntur, ut mare a flumine. Flumen populus occupare potuit, ut inclusum finibus suis, mare non potuit. Territoria autem sunt ex occupationibus populorum, ut privata dominia ex occupationibus singulorum. Vidit hoc Celsus ^b, qui clare satis distinguit inter littora, quæ populus Romanus occupare potuit, ita tamen ut usui communi non nocetur, & mare, quod pristinam naturam retinuit. Nec ulla lex diversum indicat ^c. Quæ vero leges a contrariæ sententiae auctoribus citantur, aut de insulis loquuntur, quas clarum est occupari potuisse, aut de portu, qui non communis est, sed proprie publicus. Qui vero dicunt, mare aliquod esse imperii Romani, dictum suum ita interpretantur, ut dicant, jus illud in mari ultra protectionem, & jurisdictionem non procedere : quod illi jus a proprietate distinguant : nec forte satis animadvertisunt id ipsum, quod Populus Romanus, clausæ præsidio navigantium disponere potuit, & deprehensos in mari piratas punire, non ex proprio, sed ex communi jure accidisse, quod & aliae liberæ gentes in mari habent. Illud interim fatemur, potuisse inter gentes alias convenire, ut capti in maris hac, vel illa parte, hujus, aut illius reipublicæ judicium subirent, atque ita ad commoditatæ distinguae jurisdictionis in mari fines describi, quod ipsos quidem eam sibi legem ferentes obligat ^d, at aios populos non item : neque locum alicujus proprium facit, sed in personas contrahentium jus constituit. Quæ distincio, ut naturali rationi consentanea est, ita Ulpiani responso quodam comprobatur, qui rogatus, an duorum prædiorum maritimorum dominus, alteri eorum, quod venderet, servitutem potuisse imponere, ne inde in certo mari loco pescari liceret, respondet : rem quidem ipsam, mare scilicet, servitute nulla affici potuisse, quia per naturam hoc omnibus pateret, sed cum bona fides contractus legem venditionis servari exposceret, personas possidentium, & in jus corum succedentium per istam legem obligari. Verum est, loqui Jurisconsultum de pradiis privatis, & lege privata ; sed in territorio, & lege populorum eadem hic est ratio, quia populi respectu totius generis humani privatorum locum obtinent. Similiter redditus, qui in pescationes maritimæ constituti Regalium numero censentur, non rem, hoc est, mare, aut pescationem, sed personas obligant ^e. Quare subditæ, in quos legem ferendi potestas reipublicæ, aut principi ex consensu competit, ad onera ita compelli forte poterunt : sed exteris jus pescandi ubique immune esse debet, ne servitus imponatur mari, quod servire non potest. Non enim maris eadem, quæ fluminis ratio est ^f: quod cum sit publicum, id est, populi, jus etiam in eo pescandi a populo, aut Principe concedi, aut locari potest, ita ut ei, qui conduxit, etiam interdictum veteres dederint *de loco publico fruendo*, addita conditione, si is, cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locaverit ^g : quæ conditio in mari evenire non potest. Cæterum, qui ipsam pescationem numerant inter Regalia, ne quidem illum locum, quem interpretabantur, fatus

satis inspexerunt; quod Iserniam, & Alvotum non latuit. Demonstratum est
 b, nec populo, nec privato cuiquam jus aliquod proprium in ipsum mare, ^{b A.D.}
 (nam diverticulum excipimus) competere posse, cum occupationem nec ^{cap. Qua-}
 natura, nec usus publici ratio permittat. Hujus autem rei causa instituta ^{sunt Reg-}
^{la.} fuerat hæc disputatio, ut appareret, Lusitanos mare, quo ad Indos navigatur,
 sui juris non fecisse. Nam utraque ratio, quæ proprietatem impellit, in hac
 causa est, quam in cæteris omnibus, infinito efficacior. Quod in aliis dif-
 ficile videtur, in hac omnino fieri non potest: quod in aliis iniquum judi-
 camus, in hac summe barbarum est, atque inhumanum. Non de mari in-
 teriore hic agimus, quod terris undique infusum alicubi etiam fluminis la-
 titudinem non excedit, de quo tamen satis constat locutos Romanos ^{juri-}
^{consul'tos}, cum nobiles illas adversus privatam avaritiam sententias edide-
 runt: de oceano queritur, quem immensum, infinitum, rerum parentem,
 cœlo conterminum antiquitas vocat: cuius perpetuo humore non fontes tan-
 tum, & flumina, & maria, sed nubes, sed ipsa quodammodo sidera pasci,
 veteres crediderunt: qui denique per reciprocas æstuum vices terram hanc
 humani generis sedem ambiens, neque teneri, neque includi potest, & pos-
 fidet verius, quam possidetur. In hoc autem oceano non de situ, aut fre-
 to, nec de omni quidem eo, quod e littore conspici potest, controversia
 est. Vindicant sibi Lusitani quicquid duos orbes interjacet, tantis spatiis
 discretos, ut plurimis saeculis famam sui non potuerint transmittere. Quod
^{fi} Calstellanorum, qui in eadem sunt causa, portio accedit, parvo minus
 omnis oceanus duobus populis mancipatus est, aliis tot gentibus ad septen-
 trionum redactis angustias: multumque decepta est natura, quæ cum ele-
 mentum illud omnibus circumfudit, omnibus etiam suffecturum credidit. In
 tanto mari si quis usu promiscuo solum sibi imperium, & ditionem excipe-
 ret, tamen immodicæ dominationis affectator haberetur: si quis pescatu ac-
 ceret alios, insanæ cupiditatis notam non effugeret. At qui etiam naviga-
 tum impedit, quo nihil ipsi perit, de eo quid statuemus? Si quis ab igni,
 qui totus suus est, ignem capere, lumen suo de lumine, alterum prohiberet,
 lege hunc humanæ societatis reum peragerem: quia vis ea est istius naturæ,

Ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Et Erosius.

Quidni enim, quando sine detimento suo potest, alteri communiceat in-
 sis, quæ sunt accipienti utilia, danti non molesta ^{*?} hæc sunt, quæ phi-
 losophi ^b non alienis tantum, sed & ingratissimis præstari volunt. Quæ vero in ^{k Cicero de}
 rebus privatis invidia est, eadem in re communi non potest non esse imma-
 nitas. Improbissimum enim hoc est, quod naturæ instituto, consensu gen-
 tium, meum non minus, quam tuum est, id te ita intercipere, ut ne-
 usum quidem mihi concedas, quo concessio nihilominus id tuum sit, quam
 antea fuit. Tum vero etiam qui alienis incumbunt, aut communia interci-
 piunt, certa quadam possessione se tueruntur. Quia enim prima, ut diximus,
 occupatio res proprias fecit, idcirco imaginem quandam dominii præfert:

M m m 3

quoniam

quamvis injusta detentio. At Lusitani num, sicuti terras solemus, sic mare illud impositis prædiis ita undique cinxerunt, ut in ipsorum manu esset quos vellent excludere? at vero tantum hoc abest, ut ipsi etiam, cum adversus alios populos mundum dividunt, non ullis limitibus aut natura, aut manu positis, sed imaginaria quadam linea se tueantur. Quod si recipitur, & dimensio talis ad possidendum valet, jamdudum nobis Geometræ terras, Astronomi autem cœlum eriperent. Ubi hic igitur est ista, sine qua nulla dominia coeperunt, corporis ad corpus adjunctio? nimirum appetat, in nulla te verius dici posse quod Doctores nostri prodiderunt ^{m Joann.}: mare cum sit in-
Fab. ad S. S. Infl. de ser. div. comprehensibile, non minus, quam aér, nullius populi bonis potuisse applicari. Si vero ante alios navigasse, & viam quodammodo aperuisse, hoc vocant occupare, quid esse potest magis ridiculum? nam cum nulla pars sit maris, in quam non aliquis primus ingressus sit, sequetur, omnem navigationem ab aliquo esse occupatam. Ita undique excludimur. Quin & illi, qui terrarum orbem circumvecti sunt, totum sibi oceanum acquisivisse dicendi erunt. Sed nemo nescit, navem per mare transeuntem non plus juris, quam vestigii relinquere. Verum etiam quod sibi sumunt, neminem ante ipsos eum oceanum navigasse, id minime verum est. Magna enim pars ejus, de quo agitur, maris ambitu, Mauritanie jam olim navigata est, ulterior, & in orientem vergens victoriis Magni Alexandri lustrata est usque in Arabi-
n Ex Plin. l. 2. c. 19. & lib. 6. p. 31. & Mela l. 3. bicum sinum ^o. Olim autem hanc navigationem Gaditanis percognitam fuisse, multa argumento sunt. Cajo Cæsare Augusti filio in Arabico sinu res regente, signa navium ex Hispaniensibus naufragiis agnita. Et quod Cælius Antipater tradidit, vidisse se, qui ex Hispania in Æthiopiam commercii gratia navigasset. Etiam Arabibus, si verum est quod Cornelius Nepos testatus est, Eudoxum quandam sua ætate cum Lathyrum Regem Alexandriæ fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum. Pœnos autem, qui remaritima plurimum valuerunt, eum Oceanum non ignorasse, longe clarissimum est, cum Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabie, præternavigato scilicet promontorio, quod nunc bonæ spei dicitur, (vetus videtur nomen *Heberion ceras* fuisse) omne id iter, litumque littoris, & insularum, scripto complexus sit, testatusque ad ultimum non mare sibi, sed commeatum defuisse. Ab Arabico autem sinu ad Indiam, Indicique oceani insulas, & auream usque Chersonesum, quam esse Japanem credunt plerique, etiam re Romana florente navigari solitum, iter, a Plinio ^o descriptum, legationes ab Indis ad Augustum, ad Claudium etiam ex Taprobane insula, deinde gesta Trajani, & tabulæ Ptolemæi satis ostendunt. Jam suo tempore Strabo ^p Alexandrinorum mercatorum classem ex Arabico sinu, ut Æthiopiæ ultima, ita & Indiæ petiisse testatur, cum olim paucis navibus id auderetur. Inde magna populo Romano vectigalia. Addit Plinius ^q, impositis sagittariorum cohortibus piratarum metu navigatum: solamque Indiam quingenties festertium, si Arabiam addas, & Seres, milles annis omnibus Romano imperio ademisse: & merces centuplicato venditas. Et hæc quidem vetera satis arguunt, primos non fuisse Lusitanos.

In

In singulis autem sui partibus oceanus ille & tunc, cum eum Lusitani ingressi sunt, & nunquam non cognitus fuit. Mauri enim, Aethiopes, Arabes, Persae, Indi eam maris partem, cuius ipsi accolæ sunt, nescire nequit quam potuerunt. Mentiuntur ergo, qui se mare illud invenisse jactant. Quid igitur, dicet aliquis, parvum videtur, quod Lusitani intermissam multis forte sculis navigationem primi repararunt, &, quod negari non potest, Europæis gentibus ignotam ostenderunt, magno suo labore, sumtu, periculo? immo vero si in hoc incubuerunt, ut quod soli reperissent id omnibus monstrarent, quis adeo est amens, si non plurimum se illis debere profiteatur? eandem enim gratiam, laudemque, & gloriam immortalem illi promeruerint, qua omnes contenti fuerunt rerum magnarum inventores, quotquot scilicet non sibi, sed humano generi prodeesse studuerunt. Si Lusitanis suus ante oculos questus fuit, lucrum, quod semper maximum est in prævertendis negotiationibus, illis sufficere debuit. Et scimus, itinera prima proventus interdum quater decuplos, aut etiam ubiores dedisse: quibus factum ut inops diu populus ad repentinæ divitias subito prorumperet, tanto luxus apparatus, quantus vix beatissimis gentibus in supremo progressæ diu fortunæ fastigio fuit. Si vero eidem in hoc præiverunt, ne quisquam se quereret, gratiam non merentur, cum lucrum suum respexerint, lucrum autem suum dicere non possunt, cum eripiant alienum. Neque enim illud certum est, nisi ivissent eo Lusitani, iturum fuisse neminem. Adventabant enim tempora, quibus ut artes pene omnes, ita & terrarum, & marium situs clarius indies noscebantur. Excitassent vetera, quæ modo retulimus, exempla, & si non uno impetu omnia patuissent, at paulatim promota velis fuissent littora, alio semper aliud monstrante. Factum denique fuisset quod fieri potuisse Lusitani docuerunt, cum multi essent populi non minus flagrantes mercaturæ, & rerum externarum studio. Venetis, qui multa jam Indiæ didicerant, cætera inquirere promptum fuit. Gallorum Brittonum indefessa sedulitas, Anglorum audacia coepito non defuisset. Ipsi Batavi multo magis desperata aggredi sunt. Nulla igitur æquitatis ratio, ne probabilis quidem ulla sententia a Lusitanis stat. Omnes enim, qui mare volunt imperio alicujus subjici posse, id ei attribuunt, qui proximus portus, & circumiacentia littora in ditione habet^r. At Lusitani in illo immenso littorum tractu, paucis exceptis præsidiis, nihil habent, quod suum possint dicere. Deinde vero etiam qui mari imperaret, nihil tamen posset ex usu communi deminuere, sicut populus Romanus arcere neminem potuit, quo minus in littore imperii Romani cuncta faceret, quæ jure gentium permittebantur^s. Et si quicquam eorum prohibere posset, puta piscaturam, qua dici quodammodo potest pisces exauriri, at navigationem non posset, per quam mari nihil perit. Cui rei argumentum est longe certissimum, quod ex Doctorum sententia ante retulimus, etiam in terra, quæ cum populis, tum hominibus singulis in proprietatem attributa est, iter tamen, certe inerme, & innoxium, nullius gentis hominibus juste negari: sicut & potum ex flumine. Ratio appetit, quia cum unius rei naturaliter usus essent diversi, eum dun-

^r Gloss. in^{e. ibi peric.}^{s. porro.}^{super verbo}^{territorio}^{De elec. in}^{sexto Et ibi}^{Can. Gloss.}^{in c. Nicet.}^{ff. de feriis.}^{s L. 4. ff.}^{de ver. dice.}^{adde Alber.}^{Gentilem}^{de juro belli}^{l. i. c. 19.}^{Sub finente}

taxat gentes divisisse inter se videtur, qui sine proprietate commode haberi non potest; contra autem eum recepiisse, per quem domini conditio deterior non esset futura. Omnes igitur vident, eum, qui alterum navigare prohibet, nullo ture defendi, cum eundem etiam injuriarum teneri, Ulpianus dixerit ^t: alii autem etiam interdictum utile prohibito competere existimaverint ^u. Et sic Batavorum intentio communis jure nititur, cum fateantur omnes, permisum cuiilibet in mari navigare, etiam a nullo Principe impetrata licentia: quod legibus Hispánicis diserte expressum est ^v.

^t L. 2.
§. 9. ne
qui in lo-
co puhl.
^u Gl. s. ad
l. 1. f. ut
in sum.
puhl.
^v Bal. in
l. 3. col. 3.
f. de rer.
dix. Rod.

Zuar. Hispanus in consilio 1. de usu mari 3. partit. tit. 28. l. 10. § 12.

C A P U T V I.

*Mare, aut jus navigandi proprium non esse Lusitanorum titulus ;
donationis Pontificiae.*

DO N A T I O Pontificis Alexandri, quæ a Lusitanis mare, aut jus navigandi solis sibi vindicantibus, cum inventionis deficiat titulus, secundo loco adduci potest, satis ex iis, quæ ante dicta sunt, vanitatis convincitur. Donatio enim nullum habet momentum in rebus extra commercium positis. Quare cum mare, aut jus in eo navigandi proprium nulli hominum esse possit, sequitur, neque dari a Pontifice, neque a Lusitanis accipi potuisse. Præterea cum supra relatum sit ex omnium sani judicij hominum sententia, Papam non esse dominum temporalem totius orbis, ne maris quidem esse satis intelligitur: quanquam etsi id concederetur, tamen jus annexum Pontificatus in Regem aliquem, aut populum pro parte nulla transferri debuisset. Sicut nec Imperator posset Imperii provincias in suos usus convertere, aut pro suo arbitrio alienare ^w. Illud saltem nemo negaturus est, cui aliquid sit frontis, cum jus disponendi in temporalibus Pontifici nemo concedat, nisi forte quantum ejus rerum spiritualium necessitas requirit; ista autem, de quibus nunc agimus, mare scilicet, & jus navigandi, lucrum, & quæstum merum, non pietatis negotium respiciant, sequi, nullam hac in re fuisse illius potestatem. Quid, quod ne Principes quidem, hoc est, domini temporales possunt ullo modo a navigatione aliquem prohibere, cum si quod habent jus in mari, id sit tantum jurisdictionis, ac protectionis? etiam illud notissimum est apud omnes, ad ea facienda, quæ cum lege naturæ pugnant, nullam esse Papæ auctoritatem. Pugnat autem cum lege naturæ, ut mare, aut ejus usum quisquam habeat sibi proprium, ut jam satis demonstravimus. Cum denique jus suum auferre alicui Papa minime possit, quæ erit facti istius defensio, si tot populos immerentes, indemniatos, innoxios ab eo jure, quod ad ipsos non minus, quam ad Hispanos pertinebat, uno verbo voluit excludere? aut igitur

^w V. R.
Loco citato.
p. 26.

^x Syl. in
verbo Pa-
pa n. 16.

tur dicendum est, nullam esse vim ejusmodi pronunciationis, aut quod non minus credibile est, eum Pontificis animum fuisse, ut Castellano-
rum & Lusitanorum inter se certamini intercessum voluerit, aliorum au-
tem juri nihil diminutum.

C A P U T V I I.

*Mare, aus jus navigandi proprium non esse Lusitanorum titulus
præscriptionis aus consuetudinis.*

LTIMUM iniquitatis patrocinium in præscriptione solet esse, aut con-
suetudine. Et hue igitur Lusitani se conferunt: sed utrumque illis præsi-
dium certissima juris ratio præcludit. Nam præscriptio a jure est civili un-
de locum habere non potest inter Reges, aut inter populos liberos ^a: mul-
to autem minus ubi jus naturæ aut gentium resistit, quod jure civili sem-
per validius est. Quin & ipsa lex civilis præscriptionem hic impedit^b. U-
scapi enim, aut præscriptione acquiri prohibentur, quæ in bonis esse non
possunt, deinde quæ possideri vel quasi possideri nequeunt, & quorum alie-
natio prohibita est. Hæc autem omnia de mari & usu maris vere dicun-
tur. Et cum publicæ res, hoc est populi alicujus, nulla temporis pos-
sessione quæri posse dicantur, sive ob rei naturam, sive ob eorum privi-
legium adversus quos præscriptio ista procederet, quanto justius humano
generi, quam uni populo id beneficium dandum fuit in rebus communi-
bus? Et hoc est, quod Papinianus ^c scriptum reliquit, præscriptionem longæ
possessionis ad obtinenda loca juris gentium publica concedi non solere: ejusque ^d L. 6. de a-
rei exemplum dat in littore, cuius pars imposito ædificio occupata fuerat: per publ.
nam eo diruto, & alterius ædificio in eodem loco postea exstructo, ex-
ceptionem opponi non posse: quod deinde similitudine rei publicæ illustrat: L. 2. ff. de
nam & si quis in fluminis diverticulo pluribus annis pescatus sit, postea, itin. L. ult.
interrupta scilicet pescatione, alterum eodem jure prohibere non posse. Ap-
paret igitur, Angelum & qui cum Angelo dixerunt ^e Venetis & Genuen-
sibus per præscriptionem jus aliquod in sinu maris suo littori præjacen-
tem acquiri potuisse, aut falli, aut fallere: quod sane jurisconsultis nimium
est frequens, cum sanctæ professionis auctoritatem non ad rationes & le-
ges, sed ad gratiam conferunt potentiorum. Nam Marciani ^f quidem ref-
ponsum de quo & ante agimus, si recte cum Papiniani verbis compare-
tur, non aliam accipere potest interpretationem, quam eam quæ Joanni
olim & Bartolo probata est, & nunc a doctis omnibus recipitur: ut sci-
licet jus prohibendi procedat quamdiu durat occupatio: non autem si ea
Tom. IV.

N u n

omissa ad d. L ult.

Com. l. 5. c. 22. in d. l. ult. n. 4. ff. de acq. ter. dom.

Donell.

omissa sit; omissa enim non prodest, nec si per mille annos fuisset continua, ut recte animadvertisit Castrensis. Et quamvis hoc voluissest Marcius, quod minime credendus est cogitasse, in quo loco occupatio conceditur, in eodem præscriptionem concedi, tamen absurdum erat, quod de flumine publico dictum erat ad mare commune, & quod de diverticulo ad sinum proferre, cum haec præscriptio usum, qui est jure gentium communis, impeditura sit, illa autem publico usui non admodum noceat.

<sup>g Ex l. 4.
C. de aqua
d. l. 11.</sup>

<sup>const. cum
l. 9. eod. tit.</sup>

<sup>E. c. un. l. 3.
§. 4. f. de
qua quo.</sup>

^{¶. ast.}

<sup>b Ad c.
accidentes
de præscr.</sup>

<sup>i De præ-
script. 4.
part. 5.
part. prin-
cip. q. 6.
num. 8.</sup>

^{v. 4. l. ult.}

<sup>8 Par. 3.
vit. 29. l.</sup>

<sup>7. in c.
Placa Rod.</sup>

<sup>Zuar. d.
cons. in 4.
in Faobin.</sup>

<sup>J. 8. c. 26.
E. c. 33.</sup>

<sup>Cov. de
præscr.</sup>

<sup>part. 2. 2.
n. 8. §.</sup>

<sup>§. 8. n. 5.
E. 6.</sup>

<sup>n. Faobin.
J. 8. c. 28.</sup>

<sup>o Aret. in
non præscribitur,</sup>

^{ut infra demonstribimus.}

^{Sed nullus est finis argutia-}

^{rum. Inventi sunt,}

^{qui in hoc argumento a præscriptione consuetudinem}

^{alleg. Bal-}

^{bus. d. loco}

^{z. 2. Vide}

^{Vafq. con-}

<sup>tr. ill. c. 29.
g. 28.</sup>

^{que}

eo dem Castrensi monstrante, ut a quæstione alienissimum, ab omnibus merito exploditur. Falsum igitur est talem præscriptionem etiam eo tempore gigni, cujus initium omnem memoriam excedat. Ubi enim lex omnem omnius tollit præscriptionem, ne istud quidem tempus admittitur; hoc est, ut Felinus loquitur ^b. materia impræscriptibilis tempore immemoriali non sit præscriptibilis. Fatetur haec vera esse Balbus ^a sed Angeli sententiam receptam dicit hac receptione, quia tempus extra memoriam positum idem valere creditur privilegio, cum titulus amplissimus ex tali tempore præsumatur. Apparet hinc, non aliud illos sensisse, quam si pars aliqua reipublicæ, puta imperii Romani, supra omnem memoriam usus esset tali jure, ei dannam præscriptionem hoc colore, quasi principis concessio præiisset. Quare cum nemo sit dominus totius generis humani, qui jus illud adversus homines omnes homini, aut populo alicui potuisse concedere, sublatu illo colore, necesse etiam præscriptionem interimi. Et sic ex illorum etiam sententia inter reges, aut populos liberos prodesse nihil potest lapsus infiniti temporis. Vanissimum autem & illud est, quod Angelus docuit, etiam si ad dominium præscriptio proficere non potest, tamen dandam esse possidenti exceptionem. Nam Papinianus ^c disertis verbis exceptionem negat:

& aliter non potuit sentire, cum ipsius seculo præscriptio nihil esset aliud, quam exceptio. Verum igitur est, quod & leges Hispanicæ exprimunt ^d, in his rebus, quæ communi hominum usui sunt attributæ, nullius omnino temporis præscriptionem procedere. Cujus definitionis illa præter ceteras ratio reddi potest, quod qui re communi utitur, ut communi uti videtur, non autem jure proprio, & ita præscribere non magis, quam fructuarius potest vitio possessionis ^e. Altera haec etiam non contemnenda est, quod in præscriptione temporis, cuius memoria non extat, quamvis titulus, & bona fides præsumantur, tamen si re ipsa appareat, titulum omnino nullum dari posse, & sic manifesta sit fides mala, quæ in populo maxime quasi uno corpore perpetua esse censetur, & ex duplice defectu præscriptio corruit ^f. Tertia vero, quia res haec est meræ facultatis, quæ o Aret. in non præscribitur, ut infra demonstrabimus. Sed nullus est finis argutiarum. Inventi sunt, qui in hoc argumento a præscriptione consuetudinem distinguenter, ut illa scilicet exclusi, ad hanc configerent. Difcimen autem, quod hic statuunt, sane ridiculum est: ex præscriptione, ajunt, jus unius, quod ab eo aufertur, alteri applicari ^g: sed cum aliquod jus ita alicui applicatur, ut alteri non auferatur, tum dici consuetudinem ^h quasi

quasi vero cum jus navigandi, quod communiter ad omnes pertinet, exclusis aliis ab uno usurpatum, non necesse sit omnibus perire quantum uni accedit. Errori huic ansam dederunt Pauli verba non recte accepta, qui cum de jure proprio maris ad aliquem pertinente loqueretur, fieri hoc posse, dixit Accursius ^{p. Adq.}, per privilegium, aut consuetudinem: quod additamentum ad jurisconsulti textum nullo modo accedens mali potius conjectoris esse videtur, quam boni interpretis. Mens Pauli supra explicata est. Cæterum illi si vel sola Ulpiani verba ^{q. In d. L.}, quæ paulo ante præcedunt, satis considerassent, longe aliud dicturi erant. Faretur enim, ut quis ante ^{L. 14.} ad des nicas pescari prohibeatur, esse quidem usurpatum ^{r. Vide Glosf. coll. loco.}, hoc est, receptum consuetudine, sed nullo jure: ideoque injuriarum actionem prohibito non denegandam. Contemnit igitur hunc morem, & usurpationem vocat, ut & inter Christianos Doctores Ambrosius ^{s. i. de offic. 28.}: & merito. Quid enim clariss. quam non valere consuetudinem, quæ juri naturæ, aut gentium, ex adverso opponitur ^{Gentil. l. t. c. 19. sub finem.}? Consuetudo enim species est juris positivi, quod legi perpetuae obrogare non potest. Est autem lex illa perpetua, ut mare omnibus usu commune sit. Quod autem in præscriptione diximus, idem consuetudine verum est, si quis eorum, qui diversum tradiderunt, sensus excusat, non aliud repertum, quam consuetudinem privilegio parari. Atqui adversus genus humanum concedendi privilegium nemo habet potest: quare inter diversas respublicas consuetudo ista vim non habet. Verum, omnem hanc questionem diligentissime tractavit Vasquius ^{t. Autb. ut nulli juri duci. §. i. c. cum tan- to. de con- suet.}, de cuso illud Hispanizæ, cuius nec in explorando jure subtilitatem, nec in docendo libertatem unquam desideres. Is igitur posita thesi, loca publica, ^{u. Contro- vers. ill. c. 89. n. 12. & seq.} jure gentium communia, præscribi non posse, quam multis firmat auctori bus: exceptiones deinde subjungit ab Angelo, & aliis conflictas, quas supra retulimus. Hæc autem examinaturus recte judicat, istarum rerum veritatem pendere a vera juris, tam naturæ, quam gentium, cognitio ne. Jus enim naturæ cum a divina veniat providentia, esse immutabile. Hujus autem juris naturalis partem esse jus gentium, primævum quod dicitur, diversum a jure gentium secundario, sive positivo: quorum posterius mutari potest. Nam si qui mores cum jure gentium primævo repugnant, hi non humani sunt, ipso judge, sed ferini, corruptelæ, & abusus, non leges, & usus. Itaque nullo tempore præscribi potuerunt, nulla lata lege justificari, nullo multarum etiam gentium consensu, hostilio, & exercitatione stabiliri; quod exemplis aliquot, & Alphonsi Ca strensis Theologi Hispani testimonio confirmat ^{x. Deposi- state legi penal. l. 2. cap. 14. part. 372.}. Ex quibus apparet, in quod, quam suspecta sit sententia eorum, quos supra retulimus, existimantium, ^{y. Ali. l. 14. ff. de acq. rx. dom. l. fin. in pr.} Genuenses, aut etiam Venetos posse non injuria prohibere alios navigare per ^{§. 2. verba omnibus Inst. de rex.} Gulsum, aut pelagus sui maris, quasi aquora ipsa præscriperint, id quod non solum est contra leges ^{z. temp.}, sed etiam ejus contra ipsum jus naturæ, aut gentium primævum, quod mutari non posse diximus. Quod sit contra illud jus, constat, quia non solam mariam, aut aquora eo jure communia erant, sed etiam præscr. l. reliqua omnes reg immobiles. Et licet ab eo jure postea recessum fuerit ex par- ^{14. ff. de injuria.}

te, puta quoad dominium, & proprietatem terrarum, quarum dominium iure naturae commune, distinctum, & divisum, sive ab illa communione segregatum fuit: tamen diversum fuit, & est in dominio maris, quod ab origine mundi ad hodiernum usque diem est, fuitque semper in communi, nulla ex parte immutatum, ut est notum. Et quamvis ex Lusitanis magnam turbam sepe audiverim in hac esse opinionem, ut eorum Rex ita prescripsit nationem Indi Occidentalis (forte Orientalis), ejusdemque vastissimi maris, ita ut reliquis gentibus aquora illa transfretare non licet, & ex nostris Hispanis vulgus in eadem opinione fere esse videtur, ut per vastissimum, immensumque pontum, ad Indorum regiones, quas potentissimi Reges nostri subegerint, reliquis mortalium navigare, praterquam Hispanus ius minime sit, quasi ab eis id ius prescriptum fuerit, tamen iorum omnium non minus insanæ sunt opiniones, quam eorum, qui quoad Genuenses, & Venetos, in eodem sensu. & si re somnio esse adsolent, quas sententias ineptire vel ex eo dilucidius appetat, de aliis. Ut quod istarum nationum singula contra se ipsas nequeunt prescribere; hoc est, non res publica Venetiarum contra semetipsam, non res publica Genuensem, contra ubi multa semetipsam, non regnum Hispanicum contra semetipsum, non regnum Lusitanicum contra semetipsum. ^a Esse enim debet differentia inter agentem, & patientem. Contra reliquias vero nationes longe minus prescribere possunt: quia ius part. I. in prescriptionum est mere civile, ut fuse ostendimus supra. Ergo tale ius cessat, cum agitur inter Principes, vel populos, superiorum non recognoscentes in temporalibus. Ita enim mere civilia cuiuscumque regionis, quoad exterorū populos, nationes, vel etiam homines singulos, non magis sunt in consideratione, quam libertas. Si re vera non esset tale ius, aut nunquam fuisset, & ad ius commune gentium primaeum, vel secundarium recurrentum est, eoque usendum, quo jure tales usurpationem admissem, non fuisse, satis constat. Nam homine lib. & hodie ius aquarum communis est, non secus, quam erat ab origine mundi. Ergo & in aquoribus, & aquis nullum ius est, aut esse potest humano generi, praterquam quoad usum communem. Praterea de jure naturali, & divino est illud preceptum, ut quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Unde cur navigatio nemini possit esse nociva nisi ipse naviganti, par est ut nemini possit, aut debeat impediri, ne in re sua natura libera, fibique minime nocia navigantium libertatem impedit, & ledat contra dictum preceptum, & contra regulam: prorsim cum omnia intelligantur esse permissa, qua non reperiuntur expressim prohibita. ^b Quinimo non solum contra ius naturale esset, velle impedire talem navigationem, sed etiam tenemur contrarium facere, hoc est, prodesse ius, quibus possumus, cum id sine damno nostro fieri potest. Quod cum multis auctoritatibus tam divinis, quam humanis confirmasset, subjungit postea: Ex superioribus etiam appareat, suspectam esse sententiam Johannis Fabri, Angeli, Baldi, & Francisci Balbi, quos supra restulimus, existimantium, loca juris gentium communia eti acquire non possint prescriptions, posse tamen acquiri consuetudines; quod omnino falsum est, eaque traditio cœca, & nubila est, omnique rationis lumine carens, legemque verbis, non rebus imponens. In exemplis enim de mari Hispaniorum, Lusitorum ^c

norum, Venetorum, Genuensium, & reliquorum, constat, consuetudine juxta navigandi, & alios navigare prohibendi non magis acquiri, quam præscriptione e. Utroque enim casu, ut appareat, eadem est ratio. Et quia per jura, e L. illa rationes supra relatas id esset contra naturalem aequitatem, nec ullam in ff. ad l. Aduceret utilitatem, sed solam lesionem, sicque ut lege expressa introduci non posset, ita etiam nec lege tacita, qualis est consuetudo s. Erit tempore id non juf. f. c. Erit autem leu. p. iij. rationes, sed potius deterius, & injuriosius indies fueret. Ostendit deinde, 4. dist. l. i. ex prima terrarum occupatione, posse populo ut venandi jus, ita piscandi & 2. ff. de legib. l. de separata sunt, ita ut particularem applicationem admittant, præscriptione quib. cum temporis ejus, cuius initii memoria non extet, quasi tacita populi concessione acquireti posse. Hoc autem per præscriptionem contingere, non per consuetudinem, quia solius acquirentis conditio melior fiat, reliquorum vero deterior. Et cum tria enumerasset, quæ requiruntur, ut jus proprium in flumine piscandi præscribatur: quid autem, subdit, quoad mare? & in eo magis est quod etiam concursus istorum trium non sufficeret ad acquirendum jus. Ratio differentia inter mare ex una parte, & terram, & flumina ex altera, quia illo casu ut olim, ita & hodie, & semper, tam quoad piscandum, quam quoad navigandum mansit integrum jus gentium pri- mærum, neque unquam fuit a communione hominum separatum, & alii, vel aliquibus applicatum. Posteriore autem casu, nempe in terra, vel fluminibus, aliud fuit, ut jam differuisse. Sed quare jus gentium secundarium, ut eam separationem quoad terras, & flumina facit, quoad mare facere desit? respon- g Per tot. titul. ff. no deo, quia illo casu expediebat. Constat enim, quod si multi venentur, aut quid in piscentur, in terra, vel flumine, facile nemus feru, & flumen piscibus eva- flum. pub. cuatum redditur, id quod in mari non est. Item fluminum navigatio facile ff. de mi- deterior fit, & impeditur per adficia, quod in mari non est. Item per a- nor. Vag. quæducitur facile evacuat flumen: non ita in mari & ergo in utroque non est foss. resp. par ratio. Nec ad rem pertinet, quod supra diximus, communem esse usum cap. 7. aquarum, fontium etiam, & fluminum. Nam intelligitur quoad bibendum, i. All. & familia, quæ fluminis dominium, aut jus habenti vel minime, vel levissime nocens b. Minima enim in consideratione non sunt. Pro nostris sententiis in pr. in quo facit, quia iniqua nullo tempore præscribuntur, & ideo lex iniqua nullo tempore præ- scriptitur, aut justificatur. Mox: & quæ sunt impræscriptibilia ex legi dispositione, nec per mille annos præsiderentur: uod innumeris doctorum testimoniis fulcit¹. Ne- mo jam non videt, ad usum rei communis intercipiendum nullam quantivis tem- poris usurpationem prodeesse. Cui adjungendum est etiam, eorum, qui dif- fident, auctoritatem huic questioni non posse accommodari. Illi enim de inter cate- mediterraneo loquuntur, nos de Oceano; illi de sinu, nos de immenso c. 14. Bal. mari, quæ in ratione occupationis plurimum differunt. Et quibus illi in- in fine. & ibi Ang. in dulgent præscriptionem, illi littora maris continua possident, ut Veneti, l. omnes. C. & Genuenses; quod de Lusitanis dici non posse, modo patuit. Immo & si de præsc. prodeesse posset tempus, ut quidam posse putant, in publicis, quæ sunt & c. 30. ann. populi, tamen non ea adsunt, quæ necessario requiruntur k. Primum enim k. d. loc. docent n. 38.

docent omnes, desiderari ut is, qui præscribit hujusmodi actum; eum exercuerit non longo duntaxat tempore, sed memoriam excedente: deinde ut tanto tempore eundem actum nemo aliis exercuerit, nisi concessione illius, vel clandestine: præterea ut alios uti volentes prohibuerit, scientibus quidem, & patientibus iis, ad quos ea res pertinebat: nam etiæ exercuisset semper, & quosdam exercere volentes prohibuisset semper, non tamen omnes; quia alii fuerunt prohibiti, alii vero libere exercuerunt, id quidem non sufficeret, ex Doctorum sententia. Apparet autem, debet hæc omnia concurrere, tum quia præscriptioni publicarum rerum lex initia mica est, tum ut videatur præscribens jure suo, non autem communi, usus, idque non interrupta possessione. Cum autem tempus postulatur, cuius initii non extet memoria, non semper sufficit, ut optime inter pretes ostendunt, probare sæculi lapsum: sed constare oportet famam rei a majoribus ad nos transmisam, ita ut nemo supersit, qui contrarium viderit, aut audierit. Occasione rerum Africanarum in ulteriora primum

^{t Oforius} ^{I. 1.} Oceani inquirere cooperunt regnante Johanne Lusitani¹, anno salutis millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo: viginti post annis, sub rege Emanuele promontorium Bonæ Spei præternavigatum est, seriusque multo ventum Malaccam, & insulas remotiores, ad quas Batavi navigare cooperant anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, non dubie intra annum centesimum. Jam vero etiam eo, quod intercessit, tempore aliorum usurpatio, adversus alios etiam omnes impedivit præscriptionem. Castellani ab anno millesimo quingentesimo decimo nono possessionem maris Lusitanis circa Moluccas ambiguam fecere. Galli etiam, & Angli non. clanculum, sed vi aperta eo perruperunt. Præterea accolæ totius tractus Africani, aut Asiatici, partem maris quisque sibi proximam piscando, & navigando perpetuo usurparunt, nunquam a Lusitanis prohibiti. Conclusum igitur sit, jus nullum esse Lusitanis, quo aliam quamvis gentem a navigatione Oceani ad Indos prohibeant.

C A P U T V I I I .

Jure gentium inter quosvis liberam esse mercaturam.

QUOD si dicant Lusitani, cum Indicis commercia exercendi jus quodam proprium ad se pertinere, eisdem fere omnibus argumentis refallen-
^{a Vide c.} tur. Repetemus breviter, & aptabimus. Jure gentium hoc introductum
